



⑦ 02/75-f-6 6†











H  
29



SCHOLA MEDICINÆ UNIVERSALIS NOVA.

PARS PRIOR,

CONTINENS

HISTORIAM MEDICINÆ,

ANATOMIAM, PHYSIOLOGIAM,

ATQUE

PATHOLOGIAM SPECIALEM,

CUM

PLURIMIS TABULIS ÆNEIS.

AUCTORE

*GULIELMO ROWLEY, M. D.*

UNIVERSITATIS OXON.; COLLEG. REGAL. MEDICORUM LONDINENSIS MEMBRO, NEC NON  
MEDICO NOSOCOMII S. MARIBONENSIS, &c.

---

LONDINI:

IN ÆDIBUS AUCTORIS, No. 21, SAVILLE ROW, AC BIBLIOPOLARUM TABERNIS  
HABENDA.

---

M.DCC.XCIV.





# A D L E C T O R E M.

## P R A E F A T I O.

HOC in opere, candide lector, selecta leges, ex innumeris auctorum voluminibus, tam antiquissimis, quam recentioribus, omnia fere ea, quæ in rem medicam maxime esse mihi sunt visa.

Additis etiam strictim iis, quæ proprio Marte; nec non multarum rerum usu, per triginta annorum spatium, comperta habeo.

Prixin medicinæ jam tum conscriptam, hac in parte omittendam existimavi. In parte verò alterâ; *si parcent animæ fata superstitioni*, ipsam medicinæ prixin, ac diversas, per tot secula, medicorum sententias, unâ cum recentissimis omnium medicinæ partium experimentis, commemorabo, et in medium proferam. Tu lector vale, et benè merere cupienti fave.

LONDINI,  
Saville Row, ipsis Kalend. Novembris, 1794.



# HISTORIA MEDICINÆ.

OBSCURÆ sunt rerum origines & multis fabularum nebulis involutæ, primis repertoribus in deorum numerum a credula antiquitate relatis, quos homines fuisse nec ipsi pagani pernecare potuerunt. Quod ut in aliis sane multis rebus; ita in medicinæ inventione cum primis locum habet, quia utilissima hæc ars mortalium generi. Omnis autem consecratio utilitatibus & beneficiis debetur, a magnis viris in turbam hominum profectis, sine quo commodo non facile reperitur ullus divinitatem hominum opinione, aut superstitione potius, post fata consequutus.

Origo medicinæ est ab experientia; experientiæ occasio est a necessitate. Incrementa dedit consuetudo, quia antiquis temporibus ægri solent in via exponi, quo rogarent transeuntes eodemne morbo laborassent, & quo pacto essent restituti.\*

Etiā artem auxit, quod a morbo liberati quomodo sanati forent soleant conscribere, ac deinde ad sacerdotes deferre, ut in templi sacrario deponerent, &c.†

Corpus animale, nominatim humanum, artificiocissime constructum, ab exiguis initiis crescit, per nutrimentum, variis organis elaboratum, & in omnes partes distributum, conservatur, & diu sæpe ad vegetam usque senectutem, morte naturali finiendam, deducitur. In hoc vitæ decursu eo etiam vigore præditum est, ut variis injuriis, a causis externis illatis, resistere, eorumque effectus superare possit.

Incrementum & conservatio corporis per actiones ei proprias efficitur. Per has nempe nutrimentum, in chylum & sanguinem mutatum, in motu hujus per varia vasa ita elaboratur, ut inde partes per actiones vitæ destructæ & expulsæ restituantur. Sæpe tamen languidores vel concitatores motus has actiones turbant, & corpus infirmum reddunt, ut causis læ-

\* Auctores Hippocrates de ver med. & Strabo. lib. xii.

† Hoc Ægyptis fuisse in more testis est Plinius, lib. xxix. cap. i. & Galenus, lib. v. de composit. med. & vi. Epidem.

de ictibus parum resistere queat. Hinc oriuntur infirmitates & morbi, hinc vel præmatura vel etiam ex summa senii imbecilitate pendens mors inducitur.

A vera actionum æqualitate, quæ præcipue in moderato exercitio corporis, affectuum animi regimine, & vietus simplicioris usu positum est, virium corporis continuatio pendet. Inde enim acquiritur robur, quod causis laudentibus diutius resistit. Concitator vero motus animi & corporis, magis tamen mollis & otiosa vita causas morborum & mortis accelerant.

Hæc, quæ de universalibus vitæ humanæ mutationibus proposuimus, nunc tantum ab experientia repetuntur, suo tempore accuratius demonstranda. Ex diuis tamen facile colligitur, cur primi terrarum incolæ, & omnes, qui nunc simplici vitæ ratione utuntur, ægritudinibus non adeo obnoxii sint, quam qui varia ratione e veris diætæ præceptis recedunt, & ita corpus magis destruunt, quam conservant.

Sed variæ, quæ homines affecerunt, injuriæ vitæ, æris circumfusi vicissitudines, vietus vel justo durior, vel mollior, violentæ corporum destructiones, aliæque plures causæ, quæ vix evitari potuerunt, functiones corporis varia ratione læserunt, ita, ut homines non sine dolore & incommodo vixerint, ideoque non omnes senio languidi, sed per fortuitos casus prostrati, e vivis deceperint. Hinc causæ morborum & mortis magis innotuerunt.

Observatum tamen simul est, obortas sæpe ægritudines per vires corpori proprias blandi dissipatas esse, vel motibus etiam vehementioribus ob ortis, materiam morbosam commotam, per varias vias ex corpore secessisse, ita, ut febres, hæmorrhagiæ, ulcera & convulsiones, causæ veræ morbosæ, sæpe tamen etiam sanitatis restitutæ extiterint. Ac hæc quidem auxilia vis corporis ipsius præstítit.

Sed cognita sunt simul remedia, eaque varie inventa, quorum alia instinctus naturæ docuit, alia casus fortuitus detexit, alia demum homines ab animalibus brutis didicerunt. Sic lingua sitiens ægri aquam desiderabat, sic aqua sub cute collecta per vulnus emanabat, sic ex vena rupta sanguis effluebat, sic capræ vim purgantem hellebori indicabant.

Ex quibus patet, cognitionem causarum & symptomatum morborum, virium vitæ, morbos superantium, & remediorum variorum in morbis applicandorum, inter omnes etiam barbaras gentes omni tempore observatam fuisse, ideoque ex his vera principia medicinæ colligenda esse.

Naturalis hæc medicina, per solam experientiam cognita & stabilita, imperfecta tantum rerum noxiarum & salubrium erat notitia, quæ, domesticæ nostræ medicinæ similis, inter plebeios homines dispersa erat; negandum tamen non est, nonnullos ex his attentiores factos hanc cognitionem auxisse. Ut itaque ægri consiliis a rerum peritis juvari possent, ad vias publicas expositi sunt, & a prætereuntibus remedia morborum acceperunt.

*Historiæ autem prisciæ monumenta, & fabulae, nos docent, Assyriis, Babylonis, Chaldais, & Magis, primo ita fuisse exultam, ut præsentes morbos tollere, futuros avertere, contendenterint. Hinc in Ægyptum, Lybiam Cyrenaicum, & Crotonem migrasse, ex his in Græciam derivatam, floruisse in primis, in peninsula Cnido, Rhodio, Co, insulis, & Epidauri.*

*Historiæ autem prisciæ, &c. Posteaquam evidenter evicimus, medicinam illam naturalem hominibus semper fuisse coævam, superest nunc exponendum, ubi primum fuerit exulta & curis peculiaribus promota, ubi primum in artis formam redacta? Quis ejus inventor? qui, qualesque primi medici? & quo tempore a privatis hominibus excoli cœperit? Quæ dum ex historiis inquirimus, tria distingnenda sunt præcipua mundi tempora: Primum obscurum est, quod quidem existisse novimus, rerum vero gestarum vix ullam habemus memoriam, nisi quantum nobis ex sacris paginis constat. Id a mundi origine ad diluvium extenditur. Alterum tempus est fabulosum, quod meritis fabulis, a veritatis tamen imagine non valde abludentibus, nisi illæ adeo figuratis teatæ forent notis, involutum est; ex quo certe etiam non multum discimus. Tertium sequitur tempus historicum, ubi res gestæ hominum verius memoriae tradi cœpere.*

Notum est, morem fuisse antiquissimis receptum populis, res hominum gestas suavissimis fictionibus, hyperbolicis figuris, signis hieroglyphicis, abscondere atque augere, nucleo veritatis sub fabularum involucris recondito. Imo teste CICERONE de nat. Deor. L. II. erat hæc illorum temporum consuetudo, ut, qui mortalibus & societati totius generis humani beneficia majora præstilissent, in Deorum numerum reciperentur. In his temporibus fabulosis, quæ mox post diluvium fuere, aliquis medicinæ inventor quærendus est; nam antediluviano tempore nondum eo perfectionis deducta fuisse videtur medicina, ut in artium numero haberet potuisse; quippe cum in sacro codice distincta mentio fiat variarum artium ante diluvium inventarum, rei rusticæ, musicæ, metallurgiæ, operis fabrilis, &c. de medicina tamen ne verbo quidem fiat mentio.

Quodsi vero fabularem historiam, quatenus ea ad medicinam spectat, per volvamus, invenimus, primum medicinæ inventorem celebrari HORUM, Assyriorum regem, ISIDIS & OSIRIDIS filium, quem alii eundem esse volunt cum APOLLINE Græcorum, seu PHOEBO Latinorum, præeunte DIODORO SICULO, qui Bibl. L. I. sic habet: "HORUM interpretantur APOLLINEM, "qui, medendi & vaticinandi artem a matre ISIDE edoctus, oraculis & medicationibus bene "de mortalium genere meritus est." Consentunt cum hac opinione versus OVIDII, quibus ipse APOLLO ita de se loquitur:

*Inventum medicina meum est, opifexque per orbem;  
Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis.*

Verum alii multum dubitant, an HORUS & APOLLO una eademque persona sit; & ipse CEL. DANIEL CLERICUS, APOLLINEM poetarum simpliciter fictam personam esse condit. Neque est levis dubitandi causa, cum HYGINUS in fabulis APOLLINEM oculariam solum medicinam invenisse scribat. cap. 274. Neque hoc notum est; nam si vera dixit DIODORUS SICULUS, HORUM scilicet ab ISIDE matre medendi artem edoctum fuisse, etiam clarum est, neque HORUM inventorem medicinæ haberi posse, neque APOLLINEM, si idem cum HORO fuerit.

Sed & BACCHUM Affyriorum, Lybiorum & Indorum régem, ab iis saltem gentibus medicinæ inventorem habitum fuisse; & eandem gloriam ab Ægyptiis HERMETI, qui MERCURIUS Latinoium; a Græcis autem AEsculapio adscriptam ex aliis monumentis erui potest. Atque adeo jam plures uno medicinæ inventores numerarentur.

In tanta opinionum diffensione in eo tamen omnis convenit antiquitas, quod Deum aliquem medicinæ auctorem agnoverit. Communi consensu inventionem medicinæ Deo adscriptam fuisse, idque ab omnibus receptum, refert HIPPOCRATES *libr. de vet. med.* & CICERO in *Tusc. quæst. l. 3.* idem adfirmat, dum ait: “ Deorum immortalium inventioni consecrata est ‘ars medica.’” Et in eo etiam sacer textus consentit, quo dicitur: “ a Deo est omnis me-“ dela, *Ecclesiastic. c. 38. v. 2.*” “ Altissimus creavit de terra medicamenta, *ibid. v. 4.*” Verum de eo nunc sermo non est; omnia enim, quibus fruimur, Dei munera sunt, neque id ullus in dubium vocat, nisi impius, nullus negat, nisi insipiens. Hic autem quæritur, quis inter homines primus medendi arte ita claruerit, ut illi inventionis gloria debeatur?

Facile patet, nihil certi in tanta rerum caligine statui posse. Mihi vero etiam risum movent critici, qui, in simili quæstione desudantes, oleum perdunt & operam. Nam & tota quæstio inanis est & facile occurrit recte ac secundum naturam indicanti, neque ab uno mortalium inventam fuisse medicinam, neque in formam artis opera unius redactam, sed primum inter gentes vagam, vagis experimentis, & promiscue a quolibet, urgente necessitate, exercitam; postea autem post multiplices casus observationum & remediorum numero, ex multitudine ad paucos transisse, qui se levandis mortalium ægritudinibus totos dederent, & medendi arti ex professo vacarent. Hos, quicunque fuerint, primos medicos, tametsi perexiguum medicinæ campum amplexi essent, tametsi particulas solum quasdam medicinæ callerent, tamen quia plus vulgo noverant, peculiariter a ceteris fuisse suspectos, & inter hos aliquem reliquis præcellentem, qui forte plures curare morbos noverat, aut qui primus in quaque natione præ sodalibus eminuit, pro inventore artis habitum fuisse, et si re ipsa inventor non esset, et si ipsa, quam exercebat, medicina multum adhuc ab artis perfectione abesset, & titulus inventoris illi magnificenter, quam verius, competeret. Hinc factum est, ut quælibet gens suum inventorem medicinæ jaet, quia in qualibet gente primum unus præ ceteris eminuit, quantulae cunque medendi peritia, aut felicitate. Ita opinor, & fabulæ differentes conciliari, & criticorum de inventore medicinæ inania dissidia facile componi possunt. Rectissime omnino BAGLIVIUS: “ Necessitas medicinam invenit, experientia perfecit. Quæ quidem prima ætate rudis erat ac stupida; progressu vero temporis, accendentibus in dies novis observationibus, sibique mutuo facem quasi præferentibus, cuncta præsertim regente ac moderante rationis lumine, liberalis facta est & erudita. Lib. I. c. II. §. I.”

*Affyriis, Babylonis, Chaldæis & Magis, &c.* Novimus fide STRABONIS & HERODOTI antiquissimum apud hosce populos obtinuisse morem, ut ægroti in triviis & foris publicis exponerentur, medicinæ a prætereuntibus petendæ causa. “ Mos genti illi, ait STRABO de Affyriis, ægrotos in viis exponendi, exquirendique a prætereuntibus, an morbo id genus norint remedia? Etenim nemo tam improbus fuerit, qui sciens non gratae impertiatur.” Imo vero ut hoc ita fieret, publica lege cautum fuisse, nec licuisse ejusmodi præterire ægros sine percontatione, aut sine dicto, si quis nosset, remedio, diserte testatur HERODOTUS, sic enim

enim habet: "Apud Babylonios etiam hæc lex sapientissime lata est, ut ægrotantes in forum deportent, quoniam medicis omnino destituuntur. Accedentes itaque ad ægrotum inter se consultant, si quis forte ipsemet eodem morbo laboravit, aut alium laborantem videre se meminit. Consulunt itaque facere idem, quod alii ad salutem fecerunt: nec fas, quemquam tacite præterire decumbentem. Si nihil aliud, tamen de morbo percunctari necesse est." Ex quibus patet, ab antiquissimis hisce gentibus cultam fuisse medicinam, sed adhuc vagam, neque in artis formam redactam & fuisse exercitam ab omnibus promiscue, antequam adhuc medici forent; medicinam ergo non ab uno homine inventam, sed a multis multis collata experimenta & observata basin dedisse arti medicæ.

Chaldæi erant prisci Assyriorum philosophi, ut ex STRABONE iterum discimus. "Constituta est, ait, habitatio quædam in Babylonia philosophis indigenis, plurimum circa philosophiam versantibus, qui Chaldæi appellantur." L. XVI. Horum primores Magi dicti sunt, voce tunc nondum odiosa & solis sapientibus & propria. Num medicinæ peculiariter, aut perinde, ut philosophiae, operam dederint, non constat. ZOROASTRÆ Bactrianorum Regi, qui teste JUSTINO L. I. c. 1. primus dicitur artes magicas invenisse & mundi principia, siderumque motus diligentissime spectasse, quidam & medicinæ peritiam tribuunt, sed obscuris & incertis nixi documentis. Seriore quidem tempore comites fuere Magia & medicina.

*Hinc in Ægyptum delata.* Et ibi quidem multo magis quam apud alias nationes exulta medicina est. Quin ipsi Ægyptii etiam inventionem medicinæ sibi asseruere, ejusque auctorem HERMETEM TRISMEGISTUM fecere, quem latini MERCURIUM nominaverunt, & a quo herba mercurialis nomen adepta creditur. Idem HERMES OSIRIN Ægypti regem, & conjugem ac sororem ejus ISIDEM cum aliis in artibus, tum etiam in medicina instituisse fertur. Ex antiquissimis enim inscriptionibus adparet, HERMETEM ISIDIS præceptorem, aut certe consiliarium fuisse, & OSIRIN ac ISIDEM ob præclara in genus humanum merita, maxime vero hanc ob frumenti sationem inventam, tum etiam ob opem medicam in Deorum numero haberit cœpisse. Confirmat hoc DIODORUS SICULUS; "Isidem, ait, multa sanitati hominum pharmaca invenisse, Ægyptii tradunt, utpote quæ scientiæ medicæ fuerit peritissima, adeoque solerter multa excogitasse. Quam ob rem nunc quoque ad immortalitatem elata sa- natione hominum maxime gaudeat—multos etiam a medicis propter morbi difficultatem desperatos, ab hac salutem accipere; plurimos oculis captos, aut alia corporis parte munitatos, si ad Deam hanc confugerint, in pristini vigoris integratatem restitui." Ino reperimus in veterum monumentis aliquas remediorum compositiones, ISIDIS nomen præferentes, quas tamen hoc solum titulo, quo plus valerent, insignitas fuisse, critici suspicantur. Vid. LE CLERC. *Hist. de med. I. p. 16.*

CLEMENS ALEXANDRINUS auctor est, ab HERMETE totam Ægyptiorum sapientiam XLII: Libris comprehensam fuisse, quorum ultimi sex ad medicinam pertinerent, in quibus structura C. H. generatim, illa vero oculorum speciatim, tum instrumenta ad operationes chirurgicas necessaria, morbique & in primis mulierum affectiones pertractarentur. Hos tamen de medicina libros spurios, & posteriorum sæculorum fetus, HERMETIS titulo solum famæ causa insignitos, aut ab alio recentiore HERMETE conscriptos, critici contendunt, quibus id pos-

tissimum faveat, quod quinque distinctos omnino HERMETES existisse, jam CICERO memoria prodiderit. *de nat. Deor.*

Quidquid horum sit, id saltem certo constat, jam temporibus antiquissimis medicos in Ægypto fuisse, & ab his primum ex professo tractatam, & in speciem quandam artis redactam fuisse medicinam. Nam præterquam quod STRABO etiam Ægyptiis expositionem ægorum familiarem fuisse scribat, ex sacris paginis hujus rei veritas luculenter ostendi potest; siquidem jam 400 ante MOSÈN annis JOSÉPH Ægyptius Patris sui JACÓBI cadaver balsamo condiendum præceperit medicis. Ita ehiū clare soluat textus: “præcepitque servis suis medicis, ut “aromatibus condirent patrem.” *Genes. c. 50. v. 2.* Ex quo simul non obscurè elucescit, jam tūm balsamo corpora condiendi morem in usu fuisse, adeoque & illa jam cognita fuisse medicamenta; quæ putredinem corporis arcerent. Patet inde etiam MOSEN neutiquam pro HERMETE Ægyptiorum haberi posse, quod ARTAPANO placuit referente EUSEBIO; Cum HERMES ille TRISMEGISTUS ab Ægyptiis medicinæ inventor habeatur, ante MOSEN vero annis jam 400, medicos habuerint.

Ipsum vero MOSEN etiam medicinæ peritum fuisse ex eo colligi potest, quod testante sacro codice omnem Ægyptiorum sapientiam & scientiam possederit; *Aet. Apost. c. 7.* & argumento est descriptio lepræ, quam dedit, *Levit. c. XIII.* Chemiæ certe peritum fuisse, docet vituli aurei per ignem in cineres potabiles combustio, quod arcanum ad nostra usque tempora delituit, donec a STAHLIO in hepate Sulphuris detectum, atque in luce in proditum fuit.

Sed longe plura adhuc adferri possunt documenta exculta ab Ægyptiis medicinæ. Sacerdotes enim eorum rei medicæ peritissimos fuisse ex HELIODORO & DIOGENE LAERTIO constat, eosque non solum curationes ægorum perfecisse, sed etiam singula literarum monumentis consignasse, ut eo major esset iteratae usus experientia, testatur HORAPOLLO, *Hieroglyph. L. I. c. 88.* Horum & magnam dignitatem, & grandem quoque numerum fuisse, ex eo colligi potest, quod tertia pars Ægypti sacerdotibus fuerit tributa, ut inde vitam sustentarent, & deorum cultui familiararentur. Migrabatque haec dignitas per hereditatem continua in posteris successione, ut refert DIOD. SICULUS. Distinctius adhuc retalit HERODOTUS, non solum plurimos, sed etiam singularum partium medicos Ægyptiis fuisse, dum ait: “Medicina ita distributa est professio, ut singulorum mōrborum singuli sint medici, nulli simul plures curandos suscipiant. Omnia autem medicorum plena sunt. Alii oculis medicinam faciunt, alii capiti, dentibus alii, rursus alii ventri medentur, a quibus diversi sunt, qui morbis occultis medentur.” Eatn consuetudinem nondum abolitam esse, sed nostro quaque aëro pro quovis fere morbo peculiares in Ægypto medicos inveniri, ex MAILLETTI, Gallici ibidem olim Consulis, relatione constat, *vid. lett. intercess. p. l. med. T. I. p. 68.* Gratuitam vero civibus faciebant medicinam, ut qui ex fundo publico alerentur, privata mercedis hindū indigi. Et juxta regulas in sacro HERMETI libro præscriptas curabant, quas negligere nefas erat. Si his observatis ægri sanitatem reddere nequivissent, culpa vacabant; si contra præscriptum egissent, capitis periculum subibant; nam medendi rationem longi temporis usu observatam & ab optimis artificibus ordinatam, paucos ingenio & solertia superatturos legislator censuit. Has porro leges sequentes fuisse ex HERODOTO & DIODORO constat: Ne quis morbi, quem sibi

sibi curandum sumserat, limites transgrederetur, nec aliis curandis se immisceret, sed suam artis particulam propriam solamque exercebat; ne quis medicus medicinam facheret, nisi juxta HERMETIS librum, secus suo periculo poenas daturus, si res male cessisset; & demum, ut ARISTOTELES refert, ne quis humores agitaret, id est ne purgaret ægrum ante quartum morbi diem; quam quidem legem ipse improbat. Addit DIODORUS omnem eorum medicinam in abstinentia, clysmatibus & vomitoris substituisse. Quæ lenis medicandi ratio laudes meruit ISOCRATIS, qui ita de ipsis habet: "Sacerdotes tot commodis gaudentes ad juvanda corpora medicinam invenerunt, non eam, quæ periculosis medicamentis utitur, sed ejusmodi, quæ, quum æque tuto sumi possint ut cibi quotidiani, tantas utilitates habent, ut nemo neget, & saluberrimis esse corporibus, & diutissime vivere Ægyptios," in *Encom. Busirid.*

Celebris quoque & memoratu digna est illa Ægyptiorum pollinctura, seu cadaverum balsamatio, de qua hodiecum luculenta testimonia habemus in mumiis Ægyptiacis. Ad hanc geragendam certum genus hominum, quod pariter sacerdotale collegium pertinebat, constitutum fuit. Horum autem præcipui & totius quasi negotii directores erant scribæ, qui & sumtuum impendendorum rationem defuncti propinquis exhibebant, & ubi de mercede inter eos convenerat, etiam locum incisionis designabant. Hoc facto is, qui dicebatur *paraschista*, seu incisor abdominis, abdomen, quantum opus erat, lapide æthiopico incidebat, quo facto, ipsi celeriter ausugiendum erat. Inciso porro corpore pollinctores accedebant, qui reliquam cadaveris curam gererent. Unus, manu per hiatum ad præcordia immersa, quidquid intestinorum erat & viscerum, corde & renibus exceptis, extrahebat; alias alvum a singulis visceribus repurgatam, vino palmeo, aromaticisque odoribus perluebat. Lotum deinde cadaver per dies triginta, juxta alios per quinquaginta, imo ut HERODOTUS narrat, per septuaginta dies nitro macerabant Ægyptiaco, deinde cedrina pice reddebat delibutum. Postea myrrham ac cinnamomo, aliisque etiam aromatibus condiebant cadaver; quod hoc modo singulorum corporis membrorum retinebat integritatem, adeo, ut palpebrarum etiam atque superciliorum pili, totaque corporis species immutata persisteret. Hoc fasciis linteis byssini, gummi quodam, quo alias loco glutinis utebantur, intermixto, involvebatur, propinquisque reddebatur. Non autem fine discrimine fuit hæc corporum conditura. Alia enim erat sumptuosissima, alia mediocris, alia vilissima. In primam, referente DIODORO, talentum impendebatur argenti; alvus in ea tantummodo incidebatur, cerebrumque hamo, per narres adacto, extrahebatur. Mediocris, quæ viginti minis redimebatur, ne quidem alvi incisionem admittebat. Tertia exiguo requirebat sumtus, de qua sic scribit HERODOTUS: "tertia conditura est, quia adorantur eorum mortui, qui tenuioris sunt fortunæ: ablutionibus ventrem abstergent, aresa ciuntque fate per dies septuaginta." Videntur autem præter hos & alii Ægyptiis suis modi balsamandoram corporum, ut ex ipsarum mumiârum accuratiore consideratione suspicatur Cl. NEHEMIAS GREG, qui cum vidisset mumiam, in qua non tantum moliores partes conditura balsamica intime penetravit, sed etiam ossa ipsa ita infecit, ut nigra penitus & adusta quasi viderentur, non sine veri specie conclusit, Ægyptios balsamanda corpora coxisse in caldario in certa quadam balsami liquidi specie, donec aquæ partes omnes exhalaverint, oleosa vero & gummosa balsami substantia in omnes partes penitus se insinuaverit. Vid. Mus. R.

Soc. Lond. p. 2. Legi etiam hac super re meretur Commentarius Cl. ROVELLE Mem. de l'acad. de Paris 1750.

Ex hisce concluserunt multi, iam anatomen quoque apud Ægyptios floruisse; quam tamen opinionem recte confutat Cel. SCHULZIUS in *Hist. med.* Nam etsi cadavera inciderint, condituræ causa, nullam tamen ex hac ipsa incisione veram structuræ corporis humani cognitionem acquirere potuerunt, cum omnia hæc tumultuarie fierent & incisori quam celerime esset su-giendum. Nec PLINII hic aliquid valet auctoritas, qui L. XIX. c. V. ipsos reges in Ægypto ad scrutandos morbos corpora mortuorum insecurissime scribit; id enim posterioribus longè temporibus sub LAGIDIS seu PTOLOMÆIS contigit, quos medicorum industriam largissimo favore excitasse, suppeditatis hominum corporibus, certo constat. Imo vero rudes in rebus anatomicis fuisse Ægyptios, confirmant illa deliramenta, de nervo a digito annulari sinistræ manus ad cor pergente, itemque, de cordis successivo ad annum usque quinquagesimum incremento & post illum decremento, quæ nugæ tanquam genuina Ægyptiorum dogmata ad nos propagatae sunt. Ceterum animantium corpora constare quatuor elementis, teste DIOGENE LAERTIO, docuerunt & singula iterum elementa, ut SENECA resert, in marem & feminam distinxerunt; siderium præterea in corpus humanum influxum statuerunt & omnia dæmonibus plena esse, tam bonis, quam malis, crediderunt; hos vitæ ac sanitatis arbitros colendos, placandosque carminibus esse; ab his morborum omnium originem repetebant, & singulæ coporis parti suum præfigebant custodem genium.

Quod ad medicamentorum supellestilem attinet, præter alia leniora remedia etiam possederunt illud HOMERO adeo celebratum *nepenthes*, hoc est iræ & tristitiae pharmacum, cui tantas poeta vires tribuit, ut quisquis illud vino permixtum biberit, toto illo die tristitiam non sit sensurus, si vel pater aut mater ejus moriatur, aut si quis coram oculis ipsius fratrem aut carissimum amicum jugularet. Dicit autem poeta, HELENAM hoc *nepenthes* accepisse in Ægypto a POLYDAMNA, THONIS uxore; & DIODORUS SICULUS affirmat, suo adhuc ævo mulieres Thebis Ægyptiis hoc medicamento usas fuisse.

Mentio etiam facienda est ÆSCULAPII seu ASCLEPII Ægyptiorum, quem HERMETIS discipulum, alii etiam consanguineum fuisse tradunt & qui, pariter in deorum numerum receptus, passim dein a gentibus divino honore cultus est. Hic neutiquam confundendus est cum ÆSCULAPIO Græcorum, qui recentior & argonautarum expeditioni intersuisse dicitur. Imo vero dubitant alii, num non ficta potius persona fuerit, vel ab Ægyptiis solum mutuata, Græcorum ÆSCULAPIUS; & licet CICERO tres diversos ÆSCULAPIOS in medium adferat, quorum primus, APOLLINIS filius, specilla chirurgica & fascias invenerit, alter, MERCURII frater, ab JOVE fulmine percussus obierit, tertius purgantia primus dederit, dentesque evulserit, reapse tamen unicum tantum Phœnicium vel Ægyptium fuisse ÆSCULAPIUM, contendit Cl. LE CLERC, cui & SCHULZIUS consentit; etsi ego crediderim, a CICERONE hac in re standum.

Atque hæc sunt præcipua & notata digniora, quæ ex obscuris illis temporibus de antiquissima Ægyptiorum medicina nobis restiterunt. ÆSCULAPIUS ille Ægyptiorum, & reliqui medicinæ patres, circa tempus, quod proximum a diluvio erat, vixisse perhibentur. Ab eo

jam tempore undecim sœcula elapsa sunt usque ad expeditionem argonautarum, quæ quinquaginta circiter annis ante obsidionem Trojæ suscepta est. Toto hoc intermedio tempore nihil memoratu dignum de medicina Ægyptiorum in annalibus deprehenditur. Inde vero cum regno Argivorum Græcæ oritur medicinæ historia. Et videntur omnino Græci, ut alias plerasque disciplinas, ita quoque medicinam ab Ægyptiis reportasse, posteaquam mutuum inter hosce populos commercium florere cœpisset.

Antiquissimus autem inter Græcos medicus fuisse videtur MELAMPUS, AMYTHAONIS, & AGLAIÆ filius, Argivus. Licet enim CELSUS vetustissimum in Græcia medicinæ auctorem ÆSCULAPIUM celebrari scriperit, tamen, si chronologia vera est, antiquiorem MELAMPODEM esse necessum est, cum ÆSCULAPIUS ille argonautarum expeditioni interfuisse, MELAMPUS autem 150. annis ante eam expeditionem vixisse perhibetur. Sed si hæc vera sunt, etiam longævum fuisse MELAMPODEM oportet, atque in ipsa usque argonautarum tempora vitam protractisse, ut qui IPHICLUM expeditionis argonauticæ socium curare potuerit: aut aliquis hic anachronismus latet.

Erat MELAMPUS ille poeta insignis, simulque pastor, medicus & divinator. Hic cum observasset, capras suas purgari, quoties helleboro vescerentur, hac ratione in cognitionem virtutis istius plantæ devenit, eoque remedio ad homines translato, regis PROETI filias insanientes percuravit & herbæ illi nomen suum reliquit, quæ ab eo tempore Melampodium dicta est. Insigne autem præmium curationis retulit, siquidem alteram harum filiarum sibi in uxorem cum parte regni tertia, alteram filiam fratri suo BIANTI cum tertia regni altera, impetravit. Primus ille videtur fuisse, qui purgantia pharmaca hominibus dederit, ob id etiam, teste SERVIO, Carthartes seu purgator, appellatus; primus etiam, qui medicamentum minerale sumendum dederit, dum ferri rubiginem IPHICLO improli suasit. Ceterum post mortem suam etiam divino honore ab aliquibus cultus fuit, templaque in ejus honorem exstructa fuisse & peracta sacrificia, ex PAUSANIA licet cognoscere. Reliquit filium scientiæ suæ hæredem, non ejusdem perinde celebritatis, cui nomen erat THYODAMAS.

Sequitur nunc CHIRON CENTAURUS, qui ipsum eruditivit in medicina ÆSCULAPIUM & alios etiam Græciæ heroes antiquissimos ad venationem instituit, teste XENOPHONTE. Medicinæ non tantum ad usus hominum, sed etiam animalium, magna ipsi peritia tribuitur, speciatim autem rei herbariæ & materiae medicæ auctor a PLINIO perhibetur. Nomen ejus in hodiernum diem gerit planta, centaurium appellata, quæ & chironium olim dicta est. Quod vulnera etiam, & ulcera tractaverit, vel ex eo colligi potest, quod ulcera difficulter curanda in proverbium abierint & chironia dicta sint, quasi talia, ut CHIRONE ad ea persananda opus sit. Magnam illius & MELAMPI existimationem fuisse, vel ex illo VIRGILII loco colligere licet, ubi GEORG. L. III. v. 549. de peste agens & irritant medicamentorum opem ostendere volens, per excellentiam de his duobus poeta loquitur:

— — *cessere magistri  
Phillrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.*

## Explicatio Tabulae prime Historie Medicinae.

UT lector omnia luculentius perspiciat hic schema, apponam ex Isaica de promptum inensa, quam tabulam Bembinam appellamus, eo quod eam primus Eminentissimus Cardinalis Beinbus obtinuerit, inestimabile antiquitatis Aegyptiacae monumentum; quod deinde opera Aenei vici Parmensis Gazophylacio Ducus Mantuani cessit, deinde in urbis expugnatione abreptuni; denique ad Ducem Sabaudiae, nescio qua bona sua sorte delatum, inter rariora cimelia ibidem conservari audio. Ex hujus tabulæ schematismis, medium, ad dictorum veritatem, comprobandum exercere vixum fuit; ex qua modus & ratio supremæ diuinitatis representandæ ratio luculenter patebit, & est uti sequitur.

Vides hic Thronum A. B. C. D. L. M. quam Hieronymus magnam Deorum portam appellabant summa symbolorum architectura fabricatum; cuius suprema coronis seu frons A. B. flanuras in aspidum surrectarum formam exprimit. Secunda coronis C. D. globo aligerò; tertia E. F. & basis L. M. throni eodem insigniuntur. Coronis tota binis columnis E. L. & F. M. albo-nigris gradibus est distincta, quarum E. L. Isidis caput impositum sustinet. Huic throno inseritur figura S. sub habitu foemineo ab semiblico ad pedes pennigero, femoralium forma, ab umbilico sursum versus pectus ubere exitio tunet; caput ejus vitta sacra Aegypia tegitur; volo superexpanditur Meleagris, quæ volatum affectat; in hujus dorso calathus eminet, ex quo duæ Perseæ folia emergunt, & bina cornua, quæ circulum Scarabæi figura notatum intercludunt; una manu sceptrum loti flore insignitum tenet, altera eum gestum exprimit, quo imperiose aliquid executioni oandum præcipitur. Sed iisdem rasæ, & canis sedentis figura insignitæ; sub throno Abacus spectatur, cuius limbus, uti & totius throni circulus stellatis notatur. Intra abacum figura ponitur aceubans ex leone accitre composita, ιερανο-λεοντόμορφος, quæ in capite lunæ sextilis phasi, una cum stella signatur; pedibus anterioribus Canopum continens; a tergore vero globu alatus serpentiser cum sceptro visitur.

Corona A. B. suprema throni seu Portæ in modum Hammarrum ἐφιορόφων diffusarum, indicat mentem supremam luce & vita plenam, æternam, incorruptibilem, ab omni materiæ contagione segregatam; Ηὕρει μὲν βλέψθης μορφῆς ἔτερον τυρηνὸν λαμπτόμπθρουσ σκηνῶδον ὃν ὅλον κατὰ βύθια κοσμού, κλῖθε τυρὸς τὴν φωνὴν. Cum videris absque forma sacram ignem imicantem saltando profunda totius mundi, tunc advertas ignis vocem. Zoroaster in oraculis.

Prieterea omnia in Obeliscis expressa simulacula nil aliud erant, quam amuleta, seu prophylactica quedam periaptæ, quæ dicto analogico rerum apparatus, mox ut essent consecrata, superiorum potestatum, quas referebant, virtutem in eadem, inevitabili quadam necessitate derivari, iisque omnes malorum occursus, Geniorum, quos notabant, subsidio, averti credebat; de quibus cum curiosè in Magia & Theologi Hieroglyphica ex omnigena auctoritate actum sit, ed Lectoreni remittimus. In occultorum morborum cura, magna hujusmodi magica schemata efficacia & virtutis esse putabant; Genii enim, quibus sacra dictis ritibus & ceremoniis persolvebant, putabantur iis prævia dispositione expiatis in somno apparere, & de medela morborum edocere eos; quemadmodum de Epicuro scriba narrat Astranipsychus. Hic Istin de morbo

incurabili consulens, noctu eandem adstantem vidit, cornibus bovinis, tutulo florigerò, ueste variegata eo proorsus modo, quo eam hieroglyphicè adornatam in adytis ponebant spectabilem; manibus ipsi Mornuim herbam, morbi, quem patiebatur, unicum medicamentum, offerebat, quam à somno vigil cum invenisset, & se, & quotquot eo morbo infestabantur, ejus applicatione à manifesto mortis periculo liberavit. Vide de his plura in Medicina & Magia hieroglyphica.

Hunc adstant duæ figuræ, prior R. virili, altera X. sub foemineo habitu, tutulis, sceptris florigeris, uberibusque turgentibus conspicui, qui conversis vultibus ad Jyngem primam mentem ab ea iussa petere videntur; Mundi sensibilis uti Psellus loquitur ductores; & Jyngis horum administrati, rerumque indicant activum passumque principium, per habitum virilem foemineumque uberibus quoque tumentibus quam largiuntur fecunditatem testantur; manib[us] contractis efficaciam in operando ostendunt; tutulis verò sceptris potestatem sibi in omnia ab lynge concessam docent; in tutulo trigono globo affixo, ostendunt omnia ab archetypo trigono profluxisse: per aspides hinc inde exurgentis in tutulo figura X, vitalis in omnibus motus notatur; verbo tutulis, monstrant, juxta ideas in supremâ mente conceptas rerum ordinem se administrare ostendunt; Quæ omnia tot ac tantis mysteriis conferta sunt, ut non dicam una pagina, sed nec vel integro libro pro dignitate explicare possint; Quare sufficit tantum hic mystica, quæ sua simulacra veteres sapientes, adornebant, solertia specimè deditis; quæ plura desiderat, is audeat opera nostra hieroglyphica, ubi in Theologia Aegyptiaca, & Bembinæ tabulae expositione omnia plenè descripta & variè probata reperiet. Kircherus.

Figura secunda. Osiris.

Figura tertia. Horus.

IV. Vides in lapide Ophite primo incisos 3 accipitres, deinde 3 circulos, & postea 3 sphynxes leoninæ formæ, sequitur postea conjuratio numinum paucis in Aegyptiaca lingua verbis prolata. Quorum intellectum pari brevitatem expono. Per 3 accipitres, triplex 3 Mundorum intelligibilis, seu Archetypi, siderei, & Hylæ triplex Osiris, per 3 circulos suæ dispositionis ordine, divinitatis nota conspicuus; per 3 Sphynxes, triplex triplices mundi Momphta significatur; & ut Osiris accipitrinus mundanus caloris auctor est; ita humidae Momphta. Ex quorum justa attemperatione, uti omnia quæ in principe triplici naturæ gradu spectantur, nasci; ita quoque ex eorundem discrasia seu intemperie, sterilitatem causari necesse est, ad quam advertendum, hujusmodi patellam veluti amuletum in statu Momphtæ capite ponebant, additio etiam ad id, quod prætenderent obtinendum magico murmure, seu adjuratione. Verba Aegyptiaca lingua seu Coptica, in lingua Latina sunt.

Oter potens divine Osiris. Mophta, Mophta, Mophta, adjuro ter per hoc signum, Thoth, Thoth, Thoth, id est Mercurii, qui est trium favillarum sive cisternarum sacrum custos, custos, custos, triplici sceptro dominationis tuae potens.

V. Onuphus taurus facer.—Nam cum Nuphi vel enuphi, vel etiam anuphi, significat bonum, vero ehe vel ahe, bovem designat, Onuphim, Onuphini non incommode bonum bovem, qui neupi Aegyptiis bona portenderit, licerit interpretari. Aegyptiis porro Henuphi ἱερωνᾶς significat, in lingua Coptica, id est copiam, ubertatem, abundaniam.





Hujus discipulus **ÆSCULAPIUS**, **APPOLLINIS** & **CORONIDIS** filius, tantos in medicina progressus fecisse dicitur, ut ob id maxime inter Græcos medicinæ inventor haberi mereretur. Is orbem omnem circumivisse & hominibus ægris arte sua opem tulisse fertur, præcipue autem inter heroes expeditionis argonauticæ celebratur. **PLATO** & **SUIDAS** de illo tradunt, adeo liberalem fuisse, ut & pauperes ab inferis revocaret; mortuum autem esse sideratione seu gangræna pulmonis, quod ignaris rerum medicarum anfam præbuit fabulæ, **JOVIS** fulmine percussum interiisse, quoniam & illi, quos fulmen intereinit, siderati veteribus dicti sunt. Ob multa autem & præclara generi humano præstata beneficia inter divos referri meruit, nec a Græcis tantum, sed & Romanis, aliisque nationibus postea religiose cultus est, templis plurimis in ejus honorem exstructis, quorum indicem integrum ex **PAUSANIA** potissimum exhibuit Cl. SCHULZIUS.

Duos reliquit **ÆSCULAPIUS** ex EPIONE uxore filios, **PODALIRIUM** & **MACHAONEM**, "qui, "bello Trojano ducem **AGAMEMNON** fecint, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerount; quos tamen **HOMERUS** non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo, ferro & medicamentis mederi solitos esse proposuit. Ex quo apparet, has medicinæ partes solas ab iis esse tentatas, easque esse vetustissimas, ut recte jam **CELSUS** animadvertisit." Simul inde patet, simplicem admodum eorum temporum medicinam fuisse, sufficientem tamen & bonam, eodem **CELSO** indice, "ob bonos mores, quos neque desidia, neque luxuria vitiarant." Et idem pulchre animadvertisit **SENECA Epist. XCV.** dum ait: "Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent paullatim; deinde in hanc pervenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum, tunc illam minus habuisse negotii, firmis adhuc corporibus & facili cibo, nec per artem voluptatemque corrupto."

Atque hæc sunt Græcæ medicinæ incunabula, tenuia illa quidem, licet in nulla natione tantum, quantum inter Græcos, promota fuerit, atque in primis in gente Asclepiadea exculta, donec ad **HIPPOCRATEM** demum Coum pervenerit, a quo primum in artis formam redacta medicina.

**Crotonem.** Urbs Italiæ fuit, quam adiit ex Ægypto redux **PYTHAGORAS**, quem in patria Samo, jam a Tyranno oppressa, residere noluisset. Hac in urbe scholam erexit **PYTHAGORAS** celeberrimam, ipsæ quoque medicinæ peritus, **CELSO** teste. Ex ea schola prodit **DEMOCEDES**, & ipse Crotone oriundus, & medici filius, & medicus eo ævo celeberrimus, cuius fama effectum est, ut tum temporis primi medicinæ laude haberentur Crotoniatæ. Is patrem habuit **POLYCRATEM**, cuius iracundiam & morositatem cum ferre non posset, Crotone relicta Æginam pervenit, ubi commoratus unum annum facile primos medicos transcendit, etsi imparatus erat & nihil instrumentorum habebat, quæ ad artem exercendam pertinerent. Unde factum est, ut anno sequente Æginetæ ipsum conduxerint talento: Athenienses tertio anno centum minis: **POLYCRATES** antem Sami tyrannus anno quarto talentis duobus. Ex quo apparet, jam tunc temporis publico stipendio conductos fuisse viros, qui præ cæteris in medicina inclaruerint. His ergo conditionibns Samium pervenit **DEMOCEDES**, curamque **POLYCRATIS** tyranni gessit. Eo vero deinceps in Asiam ab **ORÆTA**, Persarum regis præfecto, accersito suspenso. **DEMOCEDES** cum pluribus Græcis, qui **POLYCRATI** a latere fuerunt, captivus detine-

detinebatur. Mox etiam, ORÆTA Persis suspesto & trucidato, qui in familia ejus erant, omnes abducebantur in Persiam, cumque his etiam DEMOCEDES vincitus inter mancipia ducebatur, artem suam quam maxime dissimulans. Accidit vero, ut rex DARIUS venatione occupatus, equo celeriter exsiliret, pedemque sibi luxaret. Per septem dies noctesque carebat omni requie; vocati Ægyptii medici nihil proficiebat, irrita erant ab iis applicata medicamenta. Dixit dein quis regi ex servis, esse DEMOCEDEM, qui artem calleret. Jubet eum illico accersiri DARIUS, artemque suam profiteri. Ille, Græcæ libertatis usque tenax, negat se callere medicinam; stimulis tandem ac verberibus coactus fatetur, præparat fomentum molle, quod omnem tensionem ac inflammationem removeret, brevi tempore sanat regem. Ex hoc Ægyptiorum medicorum pristina fama valde concussa est, Crotoniensium vero maxima fuit æstimatio. Imo vero in furorem actus DARIUS ob perversam medendi rationem omnes, excepto DEMOCEDE, medicos cruci jussit affigi, quam tamen crudelem sententiam sua depreciatione sustulit DEMOCEDES. Ipseque hic vir etiam ATOSSAM reginam, DARII uxorem, pessimo & late proserpente mammarum ulcere, quod cancrum fuisse multi suspicuntur, laborantem, ex gravissimo discriminè eripuit, persanavit. Summum hinc aulæ Persicæ favorēm naclus, in id solum animum intendebat, ut redditum in patriam impetraret, qui ei quoque concessus est. Non erat hic ex genere Asclepiadarum, licet Græcus; vixit annis centum ante HIPPOCRATEM. Hæc de Crotonensi schola præcipua sunt, quod ad medicinam attinet. Ejēctis dein Crotone philosophis, cremat per seditionem PYTHAGORA, alia schola nata est Agrigenti, in qua celebres fuere medici ALCMAEON, anatomicorum Græcorum fere antiquissimus, EMPEDOCLES, qui seminam, jam aliquot diebus spiritu destitutam, restituit & ACRON empiricorum princeps, EMPEDOCLI exosus.

*Lybiam Cyrenaicam.* Provincia olim Africæ ejusdem nominis urbem habuit Cyrene dictam. Celeribus hæc philosophis olim inclaruit, ARISTIPPO, SOCRATIS discipulo, ac sectæ Cyrenaicæ fundatore, ERATOSTHENE, CALLIMACHO, & CARNEADE; de medicis ejus loci nihil ceterum peculiare constat, nisi, quod ea ætate post Crotonienses Cyrenaici medici pri-  
num tenuerint locum.

*Peninsula Cnido, Rhodo, Co, insulis.* Celebrem fuisse Scholam Cnidiam & cum Coa certasse GALENUS reliquit, primas tamen semper tenuisse Coam; ipsum quoque HIPPOCRATEM, a Cnidiis aliqua accipere gravatum non fuisse, licet ceterum Cnidios reprehenderit, quod Semioticam, seu signorum doctrinam generalius & non satis appropriate tradiderent, quod pauca ad usum medicamenta proponerent, quod pleraque ipsorum remedia sint vehementer evacuantia, quodque de diæta nihil haberent memoratu dignum. Ex ea schola prodiit EVRYPHON, auctor sententiarum Cnidiatum & CTESIAS, HIPPOCRATIS consanguineus, postea in aula ARTAXERXIS Persarum regis medicus, simulque historiæ scriptor insignis.

Rhodia schola, ut omnium vetustissima, ita cito defloruit, GALENO teste, & HIPPOCRATIS quidem ævo jam oblivioni tradita suit, dum Coa schola, Asclepiadarum præcipua sedes, maxima celebritate vigeret.

*Epidauri.* Non quidem schola medica hic fuit, sed templum AEsculapio sacrum, ægrotum expositione, & oraculis vatuum, & morborum curatione celeberrimum. Hic quippe natalis habebatur Dei locus, hinc omnium maxime celebratus, maxima religione cultus fuit; donec

donec ipsum idolum sœviente peste Romam delatnm ibidem sedem figeret, templo in insula Tiberina constituto. Vid. LIVIUS Epit. Lib. XI. VAL. MAX. L. I. c. 8.

*Prima condendæ arti fundamenta jecit 1. casus fortuitus; 2. naturalis instinctus; atque 3. eventus haud prævisus; his ἡμερίᾳ simplex nittitur primo.*

*Prima condendæ arti fundamenta jecit 1) casus fortuitus.* Vidimus medicinam, perinde ac alias artes, tenuem quondam habuisse originem, ac valde simplicem fuisse primam illam Ægyptiorum & Græcorum medicinam. Ea periodus velut infantia artis haberi potest. Ipsa vero necessitas coagit mortales ad singula sollicitate attendere, noxia a salubribus secernere, notare quæque, ex quibus aliqua posset in corpus humanum redundare utilitas. Quidam vero nec vires remediorum, nec ipsam morborum naturam a priori cognoverint, multa hinc fortuito solum casu, vel naturali instinctu, vel denique eventu haud præviso, discere debuerunt.

Dicitur autem *casus fortuitus* effactus talis, qui omnium animos percellit & cuius causa nulla ratione cognosci potest. Talis casus fortuitus erat, cum CROESI filius a nativitate mutus, viso milite in patrem armata manu irruente, subito loquela recuperata exclamaret: o homo! ne patrem occidas. Tales casus fortuiti in morbis non raro contigerunt cum ægrorum salute. Ita epilepsia, terribilis ille morbus, casu fortuito curata legitur per vulnera & ambustiones capitis. Ejusmodi historia exstat apud MARCELLUM DONATUM L. II. c. IV, de nobili Gallo, qui, epilepsia laborans, in Italiam proficisciatur, ut primarios ibi medicos consuleret; verum a latronibus in via spoliatus, præter alia vulnera ingentem plagam in fronte suscepit, cum insigni ossis deperditione. Ab hoc postea vulnere post longum satis tempus curatus, simul ab epilepsia, quæ singulis mensibus illum invadere solebat, liber evasit. Puella epileptica, dum corripitur paroxysmo, corruit supra carbones accensos, faciem & sinciput miserrime amburit; fluente postea ex ambusta plaga fanie ac pure morbo libera manet, quamdiu hic fluxus durat; eo cessante revertitur morbus. WILLIS pathol. cerebr. c. III. Ejusmodi casus fortuiti, salute ægrorum excepti, effecerunt, ut ipsi medici talia tentare auderent; hinc incisiones capitis, iniunctiones usque ad ipsam cranii tabulam, scarificationes, setacea, in hoc morbo a medicis tentata.

Phreniticus furibundus lecto exsilit, inter exsiliendum cadit, nasum sortiter pavimento impingit; prorumpit sanguis largo ex naribus rivo & sanatur. Mere fortuitus casus est, instruens tamen homines etiam non medicos de salubritate hæmorrhagiæ narium in hoc morbo. Hinc veteres medici etiam volebant, ut hoc in morbo, natura sibi non sufficiente, nares irriuantur asperis corporibus, vulnerarentur intrusis festucis, quo sanguis profluat in salutem ægrotantis.

Casus habentur curatorum hydropicorum, rupto forte umbilico, aut erupta cute alicubi alliso corpore, dum omnis, qua data porta, effugeret aqua, vasa distenta collaborarentur, ac tonum suum paullatim recuperarentur. His casus fortuitus docuit medicos instituere paracentesin & via per artem facta, deductis aquis, levare hydropicos.

Casus fortuitus, dum suppurato pulmone & pleuræ acreto, pus sponte viam sibi pararet extrorsum per rosas intercostalibus musculis & cute, casus, inquam, iste docuit medicos, per artem tentare viam & paracentesin pus ex cavo pectoris foras prolicere, ut curetur empyema.

Casus fortuiti docuerunt, morbos gravissimos, vixque medicamentis tollendos, paralysin, podagram, melancholiam, maniam, quandoque fortissimis animi affectibus e vestigio sublatos fuisse & similia cum judicio his in casibus posse tentari.

Casus fortuitus docuit vim scordii anti-septicam, putredini adversam, cum forte adverteretur, cadavera militum in acie cæorum, quæ proxime scordium jacebant, minus longe putruisse, quam alia. Sed non facile finem inveniremus, si omnia, quæ casus fortuitus ad medicinam contulit, persequeremur.

2. Alterum artis medicæ fundamentum præbuit *instinctus naturalis*, tum corporeus ille, qui motus automaticus, tum mentalis, qui appetitus spontaneus appellatur, de quibus iam dictum fuit. Observati enim inde effectus, modo salutares, modo noxii, docuerunt homines saepc repetitis casibus, sub quibus conditionibus juvaret, sub quibus noceret, instinctum naturalem sequi. Ita tandem certis observationibus deprehensum, aquam frigidam in morbis inflammatoriis certo noxiā, in febribus ardentibus non raro salutarem esse.

3. *Eventus haud prævisus*, qui est effectus, hominum opinioni contrarius, dum scilicet quidquam ex consilio & proposito sit, aliis tamen, quam sperabatur, effectus subsequitur; e. g. dum, dato purgante, vomitus oritur; dum, dato medicamento opato, ad inducias morbi obtinendas, ipse interim morbus augetur, &c. Huc pertinent idiosyncrasiae ægrotantium, seu particulares & individuae hominum constitutiones; huc etiam pertinent ipsi medicorum errores, sive in diagnosis morbi, sive in medicamentorum selectu commissi; hinc & hodieum tales eventus haud prævisi non adeo rari sunt; maxime dum pertinaciter præconceptæ semel opinioni inhæret medicus, nec ad naturæ ductum flexilis est. Optandum sane foret, ut omnes medici ut exemplum HIPPOCRATIS & SYDENHAMI candide suos errores & eventus non prævisos faterentur; sic enim alios ab errore tutiores præstarent & forent feliciores posteri, quos aliena pericula cautiōres fecissent, dum alioquin sine-hoc adminiculo in eosdem scopulos incident.

Addi posset observatus in brutis animantibus naturalis instinctus, qui nonnihil ad medicinam contulit. Ita vim hellebori a capris didicit MELAMPUS. Ita hodieum medicamentum in phthisi proficuum, licet sibi arcanum, invenit medicus Helvetus DANIEL LANGHANS, quod ab ovibus se didicisse ipse profiteur. Ita vim graminis solventem in obstructionibus viscerum, in calculis biliosis, ex animalibus didicimus, quæ dum hiemali tempore sicco sœno in stabulis pascuntur, infarcta plerumque & calculosa lanionibus viscera exhibit, recenti vero gramine liberis in pascuis nutrita, viscera sanissima recuperant. Quam in rem ingeniose PLINIUS pronunciavit: “ pudendumque rursus, omnia animalia, quæ sint salutaria ipsis nosse, præter hominem.” Quin si huic auctori fides, etiam venæctionem & clysmatum usum ab animantibus edocetos esse homines discas. Ait enim L. VIII. c. 26: “ Hippopotamus in quādam medendi parte etiam magister existit. Affidua namque satietate obesus exit in littus, recentes arundinum cæfuras speculatus: atque ubi acutissimam videt stirpem, imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat, atque ita profluvio sanguinis morbidum alias corpus exonerat & plagam limo rursus obducit.” Et cap. 27. de ibide ave, quæ clysmatis faciendis instituerit homines, sic habet: “ Simile quiddam & volucris in Ægypto monstravit, quæ vocatur ibis: rostri aduncitate per eam partem se perluens, qua redi ciborum onera

“ onera maxime salubre est.” Nunc si etiam isthæc PLINIANA vera non essent, sufficiunt tamen exempla jam recensita & nimis certum est, hodieum medicos quædam ad remediorum vires spectantia discere posse ex Alpicolis pastoribus, quibus naturam atque ingenium animalium accuratius nosse datum est.

*His empiria simplex ntitur primo.* Quum sola experientia, sola simplici observatione effectuum niteretur primorum temporum medicina, & adhuc hodie, qui empirici sunt, non alia habeant fundamenta, quibus possint considere, quam casus fortuitos, instinctum naturalem, eventus haud prævisos, hinc empirica hæc appellatur medicina; Empiria enim experientiam significat, ab omni ratiocinio vacuam, simplicem nimirum effectuum observationem, absque ulla causarum cognitione. Quæ quidem etsi basis est medicinæ, ut nemo negat, sola tamen ad formandum bonum medicum insufficiens est, cum plerisque in casibus & causarum cognitio, & ratio, quæ in dubio contrarias observationes dirimat, necessario requiratur.

*Incrementum deinde dabit 1. memoria experimentorum, quæ obtulerant prægressa; 2. descriptio morbi, remedii, & successus in columnis, tabulis, & parietibus, templorum; 3. ægrorum in triviis, & in foro expositio, ut transeuntes de morbo compellarent, remedia, si norant, aperirent, atque ad usum eorum exhortarentur; hinc observatio, de industria, rebus videndis intenta. Tum ex his. εμπειρία nata profectior, tamen soli præterito, & præsenti, cognoscendo idonea; 4. ratiocinum ex comparatione obseruatorum cum præsentibus & futuris; quæ ἀναλογία appellatur.*

*Incrementum deinde dabit 1.) memoria experimentorum, quæ obtulerant prægressa.* Dum scilicet notarent ea industria, quæ ex casu fortuito, instinctu naturali & eventu non præviso dicerant; quid salubre, quid noxiū esset, & sub quibus conditionibus quid juvaret aut noceret, ut hisce simplicibus observatis in casu dato certius ac felicius uti possent.

*Descriptio morbi, remedii & successus in columnis, tabulis & parietibus templorum. 3.) ægrorum in triviis & foro expositio, &c.* De expositione illa ægrorum in foris & viis urbium publicis, quæ antiquissimis Assyriis & Ægyptiis usitata erat, jam supra dictum fuit.. Posteaquam vero homines medicinæ laude clariores in Deorum numerum referri, templisque exstructis divine coli cœperunt, etiam in templo Deorum medicinæ præsidum ægri transportabantur; remedii petendi causa jacebant in templo, hoc vocabant incubare, seu incubationem, & inde orta locutio: *incubare Deo.* Id fiebat in templis AEsculapii præprimis, Athenis, Pergami, maxime vero incubationibus celebre erat Epidaurium. Erat etiam sanum AEsculapii in insula Co, & Triccae, & alia per Græciam aliorum numinum templa, incubatione clara, veluti templum SERAPIDIS, templum PLUTONIS & PROSERPINÆ, & antrum CHARONIUM. Et a Romanis quoque ægros desperatos in templo AEsculapii Tiberino depositos fuisse, ex SUETONIO constat. Non vero ægros ipsos tantummodo, sed & sacerdotes pro ægrotantibus incubuisse, ex STRABONE discimus. Incubaturi, ut Deos sibi propitiios redde-rent, per dies aliquot a cibo & potu abstinebant, sacra etiam faciebant immolando & ex aqua marina lavabantur. Medicinam vero per somnia petebant vel ipsi ægri, vel pro his sacerdotes & codicillis obsignatis, quibus petitiones inscriptæ erant, suppositis incubabant & somnia capiebant.. Tum porro incubantibus in somnio vel res ipsæ eventuræ representabantur, vel solum

rerum quædam imagines & symbola, vel Deos ipsos percipiebant, oracula per somnum edentes. Variæ hæc species representationum variis nominibus insigniebantur. Post reparatam vero ab incubatione sanitatem oportebat, ut Diis gratias agerent & dona offerrent, donaria dicta; præcipue vero eos, qui oraculi consilio restituti fuerant, aurum & argentum signatum dedisse, ex PAUSANIA scitur. Alii gratiarum referendarum modi erant per tabulas, templi parietibus, columnis, vel aliis locis appensas, pictas, vel scriptas, vel utrasque; vel & columnis inscribabant & morbum & curationem. In pictis vero tabulis referebant membra ante ægroti, nunc a Deo refecti, figuram, vel & ipsas curatorum imagines. Scriptarum tabularum variæ erant species, vel insignite nomine Dei Deæve, adjecta gratiarum actione, vel & adjecto morbi nomine, vel & adpositis convalescentium nominibus, & morbi historia, & remedio ejusdem. Imo & alius modus erat, dum nempe convalescentes Diis ipsa membrorum, quæ morbo laboraverunt, simulacra, ex varia materie confecta, dedicarent. Nec solum simplicia medicamenta, sed & variæ plurium remediorum compositiones & instrumenta quoque chirurgica, descripta in templis Deorum reperiebantur. Ita in templo VULCANI prope Memphis inventum emplastrum, cui nomen ab ISIDE impositum, & aliud emplastrum, sacrum dictum, in eodem fano inventum. Præcipue autem mos iste a Græcis observatus est, qui, si quid privatim profuisseisset, mox ipsum medicamentum Diis in templis dedicarunt, ex quo omnes proficerent. Ita teste XTIO aurifaber compositionem collyrii cuiusdam, eximio usu comperti, templo Ephesio testamento reliquit; & ipse rex ANTI-OCHUS theriacam suam teste PLINIO, in templo AEsculapii versibus dedicavit. Plumbum odontagogum, sive instrumentum, dentibus ebellendis idoneum, ex plumbo factum, ERASISTRATI tempore in templo Delphici APOLLINIS publice ostensum est. In his itaque templorum monumentis habebantur primæ quasi pandectaræ medicæ & collectio non exigua casuum practicorum, licet ordine, selectu, dogmatibus, carentium.

*Tum ex his empiria nata perfectior, tamen soli præterito & præsenti cognoscendo idonea. Cum scilicet ex pluribus casibus selectus esset facilior & in iisdem remediis per repetita experimenta vis salutifera in morbis magis confirmaretur. Sed plus omnino ad amplificandam medicinam contulit.*

4. *Analogia*, quæ est ratiocinium ex comparatione status præteriti cum præsente ad futurum elicitum. Hæc tunc ab hominibus cœpit adhiberi, cum plusculæ jam observationes medicæ adnotatae existissent, plurimumque remediorum vires jam exploratae haberentur. Sic enim naturaliter ratiocinari debuerant, id, quod olim in hoc illo casu prosuisse visum est & repetita experientia comprobatum, nunc etiam profuturum, si ad eundem morbum applicetur in alio ægro. Et omnino satis fidere possimus analogiæ, si cautelæ necessariæ observentur; his autem prætermisssis nihil magis errori obnoxium est. Oportet enim ut conditiones status præteriti & præsantis, qui inter se comparantur, omnino æquales sint; tunc enim certa erit conclusio inde ad futurum deducta, sine hoc erit falsissima & ægro periculosa. E. g. si quis ex eo, quod observatum sit, frigidæ haustum in febribus ardentibus quandoque salutarem fuisse, si quis, inquam, homini febre inflammatoria laboranti aquam frigidam concederet, is profecto pessime erraret & ægrum in discrimen conjiceret; quoniam analogia tota erronea est & circumstantiæ

cumstantiæ aliqua tantum, non omni ex parte, æquales sunt. Aut si quis ex eo, quod observatum sit, vomitum ex corrupta bile oriundum optime curari dato vomitorio, in vomitu, ex inflammatione ventriculi oriundo, propinaret vomitorium, facile trucidaret ægrum. Non enim pares sunt ex omni parte circumstantiæ; hinc analogia erronea, ac perniciosa.

Ex his non perinde bene ab omnibus animadversis factum est, ut medicinæ certitudini non parum derogaretur, ipso præeunte CELSO, dum sic de illa pronunciare non dubitavit: “Est enim hæc ars conjecturalis, neque respondet ei plerumque non solum conjectura, sed etiam experientia,” page 13. *Præf.* Verum enimvero non ideo conjecturalis mere dicenda medicina est, quod præter intentionem medicorum aliqua subinde in morbis eveniant. Non est in medicina error, sed in medicis, qui analogiæ legibus non satis caute utuntur & pro iisdem morbos habent diversissimos. Exemplum sit in peripneumonia putrida & inflammatoria, quarum singula diversam postulat curandi methodum, bene distinctam a Cel. RISSOTO; si confundantur inter se morbi diversæ species, non medicinæ, sed medici culpa est, qui analogia exacta nescit uti, nec, an omnes circumstantiæ æquales sint, pro necessitate rei satis expendit.

Præterea si etiam, omnibus circumstantiis iisdem positis, tamen non sequatur speratus effectus, non ideo tamen medicina conjecturalis dicenda est. Sunt enim interdum peculiares corporum quorundam constitutiones, idiosyncrasias medici vocant, quas nec medicus, nec ulla ratio humana prævidere potest. E. g. certum est, rhabarbarum esse purgans fidissimum & maxime innocuum; si medicus Retro exhibeat rhabarbarum dosi debita, eo fine, ut ille purgetur; si tamen ille inde non purgetur, sed vomat, culpa non est in medico, nec in medicina, sed causa hujus phænomeni in peculiari idiosyncrasia, soli Petro propria, latet. Ita Illustriss. VAN SWIETEN ægro cuidam præscripsit lapides cancerorum, remedium certe innocentissimum; ille vero, sumto medicamento, contra omnem rationem intumuit toto corpore &, cum audivisset, lapides cancerorum sibi exhibitos esse, dixit, se prædicere potuisse hunc eventum, si remedium præscriptum antea novisset. Ita sunt, qui ex idiosyncrasia aversantur seles, vinum, caseum, cancros, caput vitulinum; feminam, quæ ne quidem tres guttas vini, integra aquæ amphora permixtas, ferre poterat, novit Pater meus. Verum exempla istiusmodi rarissima sunt, neque in millesimo obveniunt; adeoque non faciunt exceptionem multam a regula generali, nec ideo conjecturalis medicina dici debet. Quin ipse CELSUS, qui hanc talen appellaverat, paulo postea sententiam suam limitavit, dum prudenter omnino hunc in modum decernit: “Si quid igitur vix in millesimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, cum per innumerabiles homines respondeat. Est itaque medicinæ fides, quæ multo saepius, perque multo plures ægros prodest.” Quare etiam peculiaria ista phænomena ad easus fortuitos referenda sunt, quos nemo certe prævidere potest, nisi qui naturalem idiosyncrasiam hominis cuiusdam prævie novit; ob quam rationem idem CELSUS meliorem censet medicum amicum, quam extraneum.

*Major deinde accessit arti perfectio 1. constitutione medicorum, tam ad morbos quosvis, quam ad certos quosdam, curandos. 2. Annotatione accurata morborum; 3. observatione, & descriptione, exacta, remedii, & usus ejus. Verum tum statim quibusdam familiis, & sacerdotibus, propria*

fatta & gentilitia, honori fuit, & emolumento; sed tamen eo ipso quam maxime in suo progressu impedita.

1. Quod ad primum attinet, jam satis de hoc egimus in historia medicinæ Ægyptiacæ; fuisse nemipe in Ægypto medicos plurimos, peculiaribus morbis inventos, certisque adstrictos legibus, quas transgredi sine periculo non licebat.

2. Quod ad alterum, magna omnino fuit antiquorum industria in observandis morbis, horum phænomenis & eventibus. Sollicite adnotabant non solum sexum, ætatem, temperiem, vires, vitam prægressam ipsius ægrotantis, sed & morbi quasque circumstantias, initium, incrementum, statum, decrementum, finem; adnotabant sollicite, quomodo multis in casibus natura se juvaret & ægrum morbo liberaret per crises, sive evacuationes sensibiles materiæ morbosæ. Urinam, alvum, respirationem, situm seu decubitum ægri, linguam, oculos, cutem, hypochondria exakte explorabant. Pro exemplo esse possunt, non solum historiæ ægrotuum qui in libris *Epidemicorum I. & III.* ab HIPPOCRATE consignatae sunt, sed & alia ejusdem opera, maximeque *Coacæ prænotiones*, & liber *Prognosticorum*, ad ipsum extra dubium ponunt.

3. *Descriptione remedii, &c.* Diximus paullo antea, non solum remedia in tabulis votivis templorum ab antiquis fuisse descripta, sed etiam testamento quasdam meliores medicamentorum compositiones templis Deorum relictas esse. Et HIPPOCRATIS quidem tempore jam multa habebantur simplicia medicamenta, ab ipso in usum vocata, & quædam etiam composta, de quibus vidèri potest LE CLERC *Hist. de med. P. III. chap. XXIV. & XXV.*

Verum tunc statim quibusdam familiis & sacerdotibus propria facta & gentilitia, &c. Priscis enim temporibus a sacerdotibus, ut dictum est, exercebatur medicina in templis Deorum. Existorū vero hominum re intererat, ut arcana semper & peplo religionis involuta maneret medicina. Hinc miris ambagibus & circumstantiis, ad rem non pertinentibus, usi sunt, ut ignaros deciperent; & ex ipso morbo jam satis meticulosos fallere, non adeo magnæ artis erat. Sic impetrarunt, ut ipsis propria & gentilitia maneret medicina, ex patre in filios hæreditario quasi jure propagata; sic effecerunt, ut sub austero religionis velo, simulatis Curiis, ipsi interim clanculum perpetua ducerent bacchanalia, &, quemadmodum Deorum loco oracula edebant, ita & Deorum loco victimas opimas, lautissimæque dapes, diis oblatas ab ægrotibus, in abscondito consumerent. Certe ne simplicissimum quidem remedium suaferunt ægris, quod non religiosis ceremoniis conditum, sacrisque, si ita dicere licet, fabulis involutum esset, aut certe superstitionis plenum. Hujus rei testimonium adhucdum perhibet tabula marmorea, in templo ÆSCULAPII Tiberino Romæ inventa & sub imperatore ANTONINO posita, quatuor morborum & curationum historias inscriptas continens, quarum prior hæc est:

“ 1. Hoc tempore CAIO cuidam cœco oraculo fuit responsum, ut ad aram accedens adoraret numen, dein a dextra parte ad sinistram iret, & quinque digitos in ara postquam collocasset, manum rursus inde reciparet, & propriis imponeret oculis. Et continuo recuperavit visum, circumfusa concione populi, una cum eo lætantis & congratulantis, &c.”

Hanc vero totam curationem aut fictam esse, aut certe supertitiosam nemo non videt. Altera inscriptio hæc est:

“ 2. LUCIL.

“ 2. Lucii cuiusdam filio pleuritico, cuius saluti omnes diffidebant, Deus oraculum edidit, ut ad aram adgressus cineres inde sumeret, & cum vino commixtos lateri imponeret. “ Et convaleuit, & publice Diis gratias egit. Populus vero cum eo lætatus & congratulatus est.” Hæc curatio tota naturalis est; cinis enim sale alcalino dives, vino dum solvit, medicamentum constituit solventissimum, & hoc omnis fere cinis vegetabilis facit, nec erat necessarium, ut ex ara sumeretur.

3. Tertia inscriptio hæc fuit: “ JULIANO cuidam sanguinem rejiciens, & ab omnibus desperato, ASCULAPII oraculum consilium dedit, ut ad aram accedens sumeret inde nuces pineas, & cum melle per tres dies comederet, &c.” Etiam hoc naturale est, & hodie dum démulcentes pineæ nuces, amygdalæ & mellita hæmoptoicis commendantur.

4. Inscriptio ultima talis erat: “ VALERIO APRO militi cœco, suasit oraculum, ut collatio, ex galli albi sanguine, & melle commixto, oculos per tres dies inungeret. Et restitutus oculis publice Deo gratias egit.” Et hæc curatio iterum aut falsa, aut superstitionis fuit. Cœcitas profecto morbus iste neutiquam fuit.

Videmus ex hisce, qua ratione callidi sacerdotes, pro libitu suo & ægris imponere, & plenam circumfusam decipere noverint.

Huc etiam pertinet historia IPHICLI argonantæ, qui cum prole careret, & ea propter MELAMPUM accederet, consiliumque peteret, jussit eum vates ante omnia duos immolare tauros, horumque extis minutatim concisis aves accersivit MELAMPUS, ex quibus augurium caperet; didicitque a vulture, quodsi IPHICLUS cultrum in sacram quercum defixum acciperet, & rubiginem inde derasam sumeret cum vino per dies decem, eum tunc sanatum iri, & futurum prolificum. Addit historia, hoc ab IPHICLO factum esse, & contigisse, quod vates prædictixerat. Verum enim vero ferrum cum vino sumptum maximum est roborans medicamentum, & si ex laxitate fuit sterilitas IPHICLI, potuit omnino sic emendari vitium corporis, etiam si tauri immolati non fuissent, etiam non accersitis avibus, etiam ferro in sacram quercum non defixo, sed alio quoconque vegetantium acido roso. Verum istæ ambages ob rationes dictas factæ sunt. Quin ipse etiam HIPPOCRATES discipulos suos jurejurando obstrinxerat, ne artem suam profanis propalarent. Quæ quidem res medicinæ incremento non parum obfuit.

1. Extispicia sacerdotum; 2. cadaverum balsamo condendorum mos; 3. vulnerum tractatio; 4. laniena ipsa, promoverunt cognitionem fabricæ corporis sani, causarumque abditarum, & proximarum tam sanitatis, morbiique, quam ipsius mortis.

1. Extispicia sacerdotum. Atque ista proprie anatomicæ originem dederunt; cum nihil nisi purum immolaretur, fieri non poterat, quin sacerdotes extra frequenter adeo inspicientes & omnia perquirentes sollicite, situm, figuram, nexum, ordinem, & alias corporis animalis sanitatis proprietates dicserint, licet hæc in animalibus solum caperentur experimenta. Hæc extispicia toti antiquitati, populoque etiam Romano solemnia fuisse, notum est; & ipse CICERO, antequam in bellum proficeretur, Diis immolabat victimas, ut scilicet superstitione genti de futuro felici successu persuaderet.

2. Cadaverum balsamo condendorum mos, qui antiquissimus fuit, & de quo jam in historia Ægyptiorum fuse dictum est.

3. *Vulnerum tractatio.* Inde chirurgiæ origo, quæ posterioribus saeculis a medicina separata fuit. Imo vero ipsa medicina priorem fuisse chirurgiam contendit Cel. PLATNER in *diff. de chir. art. med. parent.* AEsculapius, Apollinis filius, specillum invenisse & vulnera primus deligasse fertur, ut auctor est CICERO. Hujus filii, PODALIRIUS & MACHAON, in bello Trojano medici, referente HOMERO, non adeo morbos internarum partium, quam quidem vulnera ferro & medicamentis curarunt. Post eos celebris est PATROCLUS, qui ægrotante ex vulnera PODALIRIO, EURYPYLOM sanavit. Idem PODALIRIUS primus omnium venam secuisse dicitur; & AEsculapius tertius, quisquis ille demum fuerit, primus evulsisse dentes. HIPPOCRATES ipse & chirurgiæ peritus fuit, & aliquas operationes instituisse videtur; post illum DIOCLES CARYSTIUS a CELSO laudatus pariter & chirurgia inclaruit, & instrumentum, telis extrahendis idoneum, invenit. Quid? quod HOMERUS adeo perite vulnera multa descripsit, ut vel ob id anatomæ guarus fuisse videatur, & sint, qui ex illo quoddam anatomæ compendium colligi posse adfirmant. Saltem id evincitur, jam iis temporibus, quibus HOMERUS scripsit, chirurgiam non parum floruisse. Utilis vero medicinæ præprimis fuit chirurgica vulnerum tractatio, neque illa mediocre ex hac incrementum cepit; siquidem exinde & inflammationis, & suppurationis, & gangrenæ & scirrhi curatio ad internos morbos videtur fuisse translata.

4. *Laniena ipsa.* Hæc quidem ad cognitionem fabricæ corporis humani nihil potuit conferre, morborum tamen historiam & causas latentes subinde illustrare potuit. Sic neverunt laniones motu corporis diurno & valido pinguedinem consumi in animalibus ceteroque obesis, etiam oleo medullari ossium exhausto per motum nimium; neverunt iidem ex nimia quiete in animalibus nasci concretiones bilis & urinæ in calculos, viscerumque infarctus, solo motu & recenti gramine solvendos; & id genus plura alia, quæ & in hominibus locum habent.

*Denique, 1. incisio vivorum animalium in usus philosophicos; cadaverum inspeccio attenta post morbum tractatum; 2. enarratio in morbis distincta causæ, ortus, incrementi, vigoris, decrementi, exitus, permutationis, effectuum; 3. medicamentorum cognitio, electio, preparatio, applicatio, visita, eventusque observati, videbantur fastigium fere imposuisse operi.*

1. *Incisio vivorum animalium in usus philosophicos.* Primum, quod scitur, inter Græcos anatomæ exercuit ALCMÆON Crotonensis, PYTHAGORÆ discipulus, ut refert CHALCIDIUS, PLATONIS commentator, qui sic de illo scribit: “ ALCMÆON Crotonensis, in physicis exercitatus, quique primus exsectionem (anatomæ) aggredi ausus est, de oculi natura multa & præclara in lucem protulit.” Animalia primum incidisse scribit LE CLERC, hunc ipsum CHALCIDI locum citans, in quo tamen speciatim de animalium sectione nihil dicitur; imo dubitari eo magis potest, quod PYTHAGORÆ discipulus ALCMÆON fuerit, adeoque viva certe non secuerit animalia, cum animarum metempsychosin crediderint Pythagoræ, & animalia lædere nefas duxerint. Si itaque anatomæ primus aggressus est, videtur eam solummodo in cadaveribus aut hominum, aut brutorum exercuisse.

Hic coævus vixisse creditur EMPEDOCLES Agrigentinus, pariter e schola PYTHAGORÆ discipulus, medicus insignis, qui & ipse corpora secuit; nam teste PLUTARCHO “ auditum fieri docuit, quando aër allabitur cochleiformi fabricæ illi, quam in interiore auris parte

“exæcte elaboratam, instar tintinnabuli suspensam esse, & pulsari dixit.” Ex quibus simul apparet, jam cochleam, organi auditorii intimi partem maxime reconditam, EMPEDOCLI notam fuisse.

De DEMOCRITO vulgo etiam refertur, quod animalia secuerit & speciatim in bilis sedem & insanæ causam inquisiverit, totis cadaveribus impallescens. Unde etiam Abderitæ litteras ad HIPPOCRATEM scripserint, quibus eum magno præmio conducunt, ut Abderam veniret, & DEMOCRITUM, quem insanire crediderunt, curaret. Ille vero veniens, & una hellæborum secum adferens, cum vidisset DEMOCRITUM totum occupatum contemplatione naturæ, non ipsum, sed Abderitas helleboro indigere pronunciavit, initoque cum DEMOCRITO colloquio multum ab eo profecisse dicitur. Hæc nituntur epistolis mutuis HIPPOCRATIS, DEMOCRITI, & Abderitarum, quæ quidem cum operibus Hippocraticis editæ sunt, sed a viris eruditissimis spuriæ habentur.\*

ARISTOTELEM porro dissectionibus occupatum fuisse, & longo usu aliquid in hac arte consecutum esse, GALENUS testatur, qui illum optimis anatomicis adnumeravit. Nec solum libros octo anatomes scripsit, teste DIOGENE LAERTIO, sed etiam magnum illud opus de natura animalium confecit voluminum quinquaginta, ad quod scribendum ARISTOTELEM immanni pretio conductum fuisse ab ALEXANDRO M. pervulgata fama est. PLINIUS quidem non aliud refert, quam quod “ aliquot millia hominum in totius Asiae Græciæque tractu ARISTOTELI parere jussa sint, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebant: quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinæ, aviaria in cura erant; ne quid usquam gentium, ignoraretur ab eo: quos percontando 50 ferme volumina illa præclara de animalibus condidit.” *Hist. Mund. L. VIII. c. XVI.* ATHENÆUS vero refert, “ ARISTOTELEM ab ALEXANDRO M. octingenta talenta, ad condendam animalium historiam, accepisse.” Sed eam famam, tanquam ex rumore vulgi natam, non debilibus argumentis infirmat Cel. SCHULZIUS *Hist. med. p. 358.* Quidquid vero horum sit, digni tamen sunt ARISTOTELIS libri de historia & partibus animalium, qui toti legantur, etiam HALLERO judice. Minime enim malam habet incubationis historiam, bonam etiam ovi descriptionem; situm fetus humani verum & perfectionis, quæ sensim in partibus fetus adparet, explicationem. *Meth. stud. med. Tom. I. p. 382.*

De HEROPHILO, primo vasorum lacteorum inventore, deque ERASISTRATO, qui ambo Alexandriæ docuerunt, & non animalia solum, sed & humana corpora inciderunt, alio loco dicetur. Illorum enim historia ad posteriora tempora pertinet, quin ipse ARISTOTELES jam HIPPOCRATE recentior fuit.

Quanti autem emolumenti fuerit animalium vivorum incisio, inprimis quod ad physiologiam attinet, vel ex eo patet, quod multa admodum nos hactenus laterent, quæ vix nisi in vivo animali demonstrari possunt. Certe, sine ea viventium sectione, nec HEROPHILUS olim, nec alii post illum vasa lactea, nec ductum thoracicum PECQUETUS, nec HARVEIUS circulationem sanguinis, nec motum intestinorum peristalticum WEPFERUS, nec irritabilitatem ac

\* Has litteras Anglice translatas vide in opere meo, *On Female and Nervous Diseases, Madness, &c. in four volumes, London, 1794*, in which are all my writings in English.

sensibilitatem partium HALLERUS detexit. Ingens ergo est hujus profectionis in physiologia utilitas, sed suis tamen coercenda limitibus, nec temere brutorum fabrica cum humana permiscenda.

*Cadaverum inspectio attenta post morbos.* Et hoc quoque posteriorum HIPPOCRATE temporum est, & ad Ægyptios pertinet, qui primi cadavera eo fine secuerunt, ut abditas morborum causas eruerent, anatomicis etiam regum jussu & liberalitate provocatis. Id enim manifeste docent PLINII verba, dum, de raphano loquens, hunc utilem deprehensum fuisse ait in phthisi cordis, morbo, qui Ægyptios olim affixerat & cadaverum inquisitione detectus fuerat; sic autem habet: Lib. XIX. cap. V. “Tradunt & præcordiis necessarium hujus (raphani “nempe) succum: quando phthisin cordi intus inhærentem non alio potuisse depelli compre-“tum sit in Ægypto, regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos infecantibus.” Hoc imprimis factum esse videtur sub PTOLOMÆIS, LAGI filio, & PHILADELPHO; ipsos autem reges manum operi admovisse & cadavera secuisse, quum medicos habuerint idoneos, minime probabile est; & forte textus PLINII: *Regibus infecantibus*, melius legeretur, *regibus inspec-tantibus*, quod scilicet ipsi reges curiositate ducti cadavera a medicis incisa inspicerint frequentius, ad detegenda morbi mortisque causas.

2. *Enarratio in morbis distincta causa, ortus, &c.* De hoc jam supra dictum fuit, & pro exemplo esse possunt libri HIPPOCRATICI, ut adpareat, quam sollicite veteres ad omnes morbi circumstantias attenderint.

3. *Medicamentorum cognitio, electio, præparatio, &c.* Hæc quidem omnia vel casu fortuito, vel appetitu spontaneo, vel denique imitatione instinctus naturalis, in brutis animantibus observati, paullatim innotuerunt. Videntur in primis veteribus fortiora innotuisse medicamenta, qualia sunt purgantia & emetica, &c. Cum enim a mitioribus non adeo sensibiliter fuerint affecti, etiam istorum effectus & vires non adeo cito aut perspiciisse, aut adnotasse videntur. Quod autem jam insignis copia medicamentorum antiquis nota fuerit, docent iterum scripta HIPPOCRATICA, in quibus multorum & maxime efficacium remediorum mentio fit, quæ omnia diligenter excerpit, & uno quasi intuitu collecta videnda exhibit DANIEL CLERICUS.

Præterea & illud notari meretur, quod in applicatione remediorum veteres singulari cautela usi sint, neque statim morbo cuique remedium applicuerint. Ita e. g. HIPPOCRATES ad ægrum diarrhoea laborantem vocatus non illico remedium, quo fluxus ille sisteretur, præscripsit; sed prudenter indagavit prius, num æger illam diarhoeam ferret cum levamine, num contra inde debilitaretur, an fluxus ille esset naturæ opus, sese a materie morbifica per ejusmodi eva-cuationem liberantis, an vero vi morbi produceretur in perniciem ægri? His antea bene ex-aaminatis ac perpensis fluxum illum aut sibi relinquebat, aut dato remedio sistere conabatur.

Hippocrates igitur, Democrito coætaneus, horum quidem omnium pulchre gnarus, suisque simul sapiens observatis, bona quæque adunando, corpus medicinæ Græcæ conflavit, meruitque primus vero nomen medici: quippe qui ἡμετέρα, Εἰδολογία, instructus, castaque σοφία; peritus, me-dicinam omnibus fundavit seculis δογματικόν.

HIPPOCRATES Cous, ex ÆSCULAPII profapia oriundus, & ab eodem decimus octavus, natus est in insula Co, anno primo olympiadis octuagesimæ, annis ante bellum Peloponnesi

triginta,

triginta, ante C. N. quadrincentis & sexaginta. Patrem habuit HERACLIDEM Coum, avum vero cognominem, HIPPOCRATEM primum, HERCULI etiam vigesimo affinitatis gradu coniunctus ex latere materno, utpote cuius filiam in uxorem duxit AEsculapius. Vixit contemporaneus maximis Græciæ viris, SOCRATI, HERODOTO, THUCYDIDI, DEMOCRITO, aliisque. A parente suo HERACLIDE, more Asclepiadarum, in medicina institutus fuit, plurimum vero scientiæ medicæ debuit haussisse ex tabulis votivis, in templo sive Coo, sive Cnidio suspensis, quas omnes excerpit, descripsit, ac cum propriis observatis permiscuit & posteritati reliquit. Sunt etiam, qui crediderunt, HIPPOCRATEM DEMOCRITI discipulum fuisse; idque præter SORANUM etiam CELSUS, est dubitanter, refert. Verum nulla omnino supersunt documenta, ex quibus hæc opinio confirmari posset; & si quid ex DEMOCRITO profecerit HIPPOCRATES, id potius tribuendum videtur amicæ conversationi, quæ tum inter jam valde senem DEMOCRITUM, & ætate florentem HIPPOCRATEM viguit. Functis vita parentibus patriam suam reliquit, multum peregrinatus obiit in Thessalia, licet certum non sit, quo anno vivere desierit. Alii enim ipsum anno ætatis suæ 85 Larissæ mortuum scribunt, alii usque ad annos 108 vixisse perhibent. Moribus ac virtutibus fuit optimis, & modestiam ac veracitatem ejus vel inde æstimare poterimus, quod passim etiam infelices morborum exitus, imo plures horum, quam felicium recenseat; quod etiam errorem suum libere profiteri non dubitaverit, quam ob rem elegans CELSI elogium meruit, qui sic in laudem ejus perorat: L. VIII. c. 4. “A futuris se deceptum esse, HIPPOCRATES memoriæ tradidit, more scilicet magnorum virorum & fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habitu, convenit etiam simplex veri erroris confessio, præcipueque in eo ministerio, quod utilitatis causa posteris traditur; ne qui decipientur eadem ratione, qua quis ante deceptus est.”

Philosophiæ ceterum peritus, ac speciatim HERACLITI dogmata secutus, tamen, eodem CELSO teste, medicinam ab studio sapientiæ separavit, vir & arte & facundia insignis. Totus hinc nitebatur in praxi observatis, & experientia empirica, sed ita tamen his nixus est, ut semper analogiam adhiberet in subsidium, caste deducens ex multoties repetita experientia conclusionibus, quarum pleræque & hodieum veræ deprehenduntur. Atque hac ratione primus certe omnium aliquod medicinæ dogmaticæ fundamentum, seu exemplar præbuit, non illud quidem ex omni parte perfectum, sed tale tamen, quod omnium sacerdorum & approbationem & imitationem promoverit.

Num anatomem in humanis corporibus exercuerit, disputatum est. Negarunt id CERICUS & SCHULZIUS. Sed omnino melior hac in re judex, Illustris HALLERUS, manifestum esse vult ex locis genuini libri de *articulis*, “corpora humana & de industria quidem ab HIPPOCRATE incisa fuisse, ut qui confirmet suam sententiam ex anatomico experimento, in quo clavicula occurrit, homini ita pene propria particula, ut ex alio animali cain HIPPOCRATI innotuisse, minime videatur.” Et osteologiæ quidem peritum fuisse, nemo negat. Chirurgiæ etiam gnarum fuisse, vel scripta ejus satis evincunt, & ex eo quoque clarum est, quod iis temporibus chirurgia medicinæ pars fuerit & medici passim hanc exercuerint; imo scripta chirurgica HIPPOCRATIS de vulneribus capitis, de fracturis & articulis, omnia alia eiusdem scripta ordine, veritate & fide sere superant, etiam HALLERO judice.

Libros de medicina græce dialecto Ionica scripsit; quibus meritus est, ut ab omni deinceps posteritate medicorum princeps inter antiquos haberetur auctores. Verum inter tot libros, **HIPPOCRATIS** nomine inscriptos, multi omnino spurii intercesserunt, a nostro haud profecti, sed vel a filiis, vel a genero **POLYBO**, vel a discipulis elaborati, vel ab alio quodam posteriore **HIPPOCRATE** scripti. Id docet stili diversitas, & multis horum interspersum frequens ratione nium; a quo certe noster Coss longe semper abhorruit. Unde etiam Cel. **LE CLERC**, omnes eos libros Hippocraticos, quibus multum ratiocinii admixtum est, certo pro spuriis habet. Editiones operum **HIPPOCRATIS** variae & multæ admodum sunt. Inter meliores ea est, quam dedit **ANUTIUS FOESIUS** in folio, græco-latinam. Optima autem censetur, quam **RENATUS CHARTERIUS** adornavit Lutetiae Parisiorum tredecim voluminibus in folio 1679, ubi simul **CLAUD. GALENI** opera omnia comprehenduntur, & in fine cuiusque voluminis correctiones, & variantes lectiones adjectæ sunt. Sunt tamen, qui editionem latinam **JOH. MARINELLI** tribus voluminibus in folio Venetiis 1737 dataim, aliis præferant, ut magis compendiosam & utiliorem, ob collectos in primis tomo II. omnes locos parallelos **HIPPOCRATIS**, & adjectum accuratissimum **PINTI** indicem, qui solus tomum III. implet.

Quod ad familiam **HIPPOCRATIS** attinet, scimus ex **GALENO**, duos ipsi fuisse filios, **THESSALUM** & **DRACONEM**, quorum uterque filium genuit, iterum **HIPPOCRATIS** nomine insignitum. **THESSALUS**, referente **GALENO**, "nihil Hippocraticorum dogmatum immutavit, " ant sustulit, vir admiratione dignus, verum qui non in patria mansit, ut **POLYBUS**, sed "ARCHELAO Macedonum regi sese addixit." De **DRAcone**, **THESSALI** fratre, nihil memoria peculiari dignum superest, nisi quod ejus filius **ROXANEM**, **ALEXANDRI M.** Macedoniæ regis uxorem, curaverit, istiusque reginæ fuerit archiater, quamquam & ea historia admodum incerta sit, nec omnibus probata. Præcipue autem familiam **HIPPOCRATIS** illustravit gener ipsius **POLYBUS**, natione Coss, quem **GALENUS** admodum æstimat & extollit, quemque vocabat "discipulum **HIPPOCRATIS** & in schola successorem, qui prorsus nihil ex dogmatibus sui præceptoris mutaverit; ceterum patriæ suæ inservire, quam alibi lautiores conditiones sequi maluerit." Ex quo simul apparet, **HIPPOCRATEM** discipulos in arte medica instituisse, quod & **SORANUS** affirmat, & iurandum **HIPPOCRATIS** testatur; adeoque non, ut alii Asclepiadæ, gentilitiam domui suæ medicinam reservavit, sed & alios docuit nulla sibi necessitudine coniunctos, lucri cupiditati humanitatem præponens. Horum præcipui fuerint **TRODICUS**, **DEXIPUS** & **APPOLLONIUS**, de quibus, ut de ipso **HIPPOCRATE**, qui plura scire desiderat, historiæ medicæ scriptores, **CLERICUM** in primis atque **SCHULZIUM** evolvat.

*Quæ in gente Asclepiadea illibata diu exculta; ab Arcteo Cappadoce ordinatus in corpus digesta, in variis partibus a diversis, artificibus, differenti temporum, locorum, & rerum, successu, accuratius elaborata, in Alexandrina præprimis schola; tandem ad Claudium Galenum pervenit.*

*Quæ in gente Asclepiadea diu exculta, &c. Mortuo **HIPPOCRATE** non tamen doctrina periit Hippocratica; & licet ipsius ætate jam plures medicorum sectas exslitisse, liber de veteri medicina persuadeat, prævaluit nihilominus Hippocratica semper doctrina, diuque exculta persistit in gente Asclepiadea, & ad ipsa **CLAUDII** imperatoris tempora pervenit, cum & XE-*

**XENOPHON** Cous, istius imperatoris archiatér ASCLÉPIADEM se dixerit, & Cois immunitatem tributi impetraverit. Ita enim clare ostendi potest ex CORN. TACITO, qui *Annal. Lib. XII.* p. m. 249. ita scribit: "Retulit dein (Claudius in senatu) de immunitate Cois tribuenda, multaque super antiquitate eorum memoravit: Argivos, vel COELUM, LATONÆ parentem, vetustissimos insulæ cultores: mox adventu Æsculapii artem medendi illatam, maxime quæ inter posteros ejus celebrem suisse, nomina singulorum referens, & quisque quibus actatibus viguerisset. Quin etiam dixit, XENOPHONTEM, cuius scientia ipse uteretur, eadem familia ortum; precibusque ejus dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi, sacram, & tantum Dei ministram insulam colerent." Non ideo tamen illibata toto hoc tempore mansit Hippocratica doctrina, nec inter solos jam fuit Asclepiades, sed varie a variis mutata & corrupta quoque fuit, donec ad ARETÆUM perveniret, qui non nisi post primos Romano-rum imperatores vixisse videtur.

Primus autem post HIPPOCRATEM ejusque filios inclinavit DIOCLES CARYSTIUS, tum PRAXAGORAS & CHRYSIPPUS, quorum mentionem CELSUS injicit.

Post ea tempora alia sequitur periodus & redeundum est in Ægyptum, ubi tunc studium medicum summo in vigore fuit, præprimis Alexandriæ, adeo ut, referente MARCELLO, sat fuerit inedico ad existimationem famamque obtainendam, si Alexandriae studuisset. Ibi HERO-PHILUS & ERASISTRATUS, maxima in celebritate versati, medicinam ac speciatim anatomen professi sunt. De his a CELSO memoriæ proditum est, quod "etiam nocentes homines, a regibus ex carcere acceptos, vivos inciderint, considerarintque, etiamnum spiritu remanente, ea, quæ natura ante clausisset, eorumque posituram, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollietem, levorem, contactum;)\* processus deinde singulorum & recessus, sive quid inseritur alteri, sive quid partem alterius in se recipit," *præfat. p. 7.* Et TERTULLIANUS id ipsum videtur credidisse, cum scribat *lib. de anima cap. X.* "HEROPHILUS ille medicus lanus, qui sexcentos exsecuit, ut naturam scrutaretur; qui hominem odit, ut nosset, nescio an omnia interna ejus liquido explorarit, ipsa morte mutantem quæ vixerant, & morte non simplici, sed inter artifia exsectionis." Verum enim vero hæc fama exaggerata videtur, & merito in dubium vocatur a plerisque. Hoc certum est, HEROPHILUM insignem anatomicum fuisse, ut qui vasa lactea primus viderit, nervos in tria genera distinxerit, sinus cerebri, tubas animalium & vesiculos seminales descripscerit, nomina etiam dederit intestino duodeno, venæ arteriosæ, & arteriæ venosæ, tunicis oculi retinæ & arachnoideæ, calamo scriptorio, torculari, aliisque pluribus. Addi potest GALENI testimonium, qui sic ait: "HEROPHILUS reliquam medicinam perfecte callebat: sed in anatomica doctrina ad summum apicem pervenerat: hujusque tam præclaræ eruditio partem non in bestiis, ut plerique alii, sed in ipsorum hominum corporibus sibi acquisiverat." Idem HEROPHILUS pulsuum doctrinam aut introduxit in medicinam, aut certe amplificavit, & HIPPOCRATEM quoque reprehendere ausus est, ut qui eandem neglexerit, aut certe parum excuterit. Hinc PLINIUS de illo ait: *lib. IX. cap. 37.* "Arteriarum pulsus in cacumine membrorum maxime evidens, index fere morborum, in modulos certos, legesque metricas,

\* *Confrutum legit SCHULZIUS l. c. p. 375.* Mihi videtur optimo censu, & mutatione minime violenta legi posse anfractum, quod imprimis de intestinis admodum quadrat.

“ per ætates, stabilis aut citatus aut tardus, descriptus ab HEROPHILO, medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus.” Et alibi lib. XXV. c. 1. “ Omnes scholas damnavit HEROPHILUS, in musicos pedes venarum pulsu descripto, per ætatum gradus.”

Fuit autem HEROPHILUS patria Chalcedonius & multos elarosque habuit discipulos, dogmatum suorum sequaces. Scripta autem ejus omnia interciderunt, nec sciremus dogmata & merita hujus viri, nisi horum in operibus suis mentionem fecisset GALENUS. Ceterum PRAXAGORAM præceptorem habuit.

ERASISTRATUS autem Græcus quidem natione pariter fuit, sed de loco ejus natali non conveniunt scriptores. Nobilissimum CHRYSIPPI discipulum fuisse MACROBIUS affirmat. Anatomen etiam exercuit cum laude, atque non minus, quam HEROPHILUS vasa mesenterii lactea vidit, & in cerebro præsertim, ac nervis accuratius scrutandis versatus est. Novit jam ventriculos cerebri & origines nervorum ac propagationem horum, ut ex fragmanto, quod GALENUS nobis conservavit, adparet. Novit etiam originem vasorum sanguiferorum ex corde & valvulas, tam ventricularum cordis, quam arteriarum, quibus dein nomina tricuspidalium & sigmoidearum vel ab ipso, vel a discipulis fuere imposita. De usu istarum valvularum etiam fragmentum nobis conservavit GALENUS ex tractatu ERASISTRATI de febribus. Ceterum in ventriculo cordis sinistro & arteria aorta solum spiritum, sive aërem contineri credidit, quod ipsum satis evincit, falsum esse rumorem eum, quo vivos homines incidisse traditui, quoniā necessario sanguinem in arteriis obvium habuisset. Aërem autem a pulmone hauriri, cordi sinistro tradi, inde in arterias fluere existimabat: quodsi autem sanguis in ea vasa, quæ spiritui vehendo destinata erant, transfunderetur, inflammationem fieri. Novit etiam asynchronos cordis & arteriarum motus, & concoctionem per attritum fieri statuit. Ceterum, ut HEROPHILUS in fluidis vitiatis causas morborum omnium quærebat, sic ille ratione contraria morbos omnes ex vitio solidorum & errore loci derivavit, multaque plethorae ad morbos procreandos vim tribuit. Nimium vero metuebat venæsecionem & purgantia, horumque loco exercitia corporis, frictiones, balnea, inediam alimentorum substituit; porro externe cataplasmatibus, foementis, & ligaturis artuum multum tribuit. Libros ERASISTRATI non possidimus, fragmenta vero aliqua conservavit GALENUS. De discipulis ERASISTRATI atque HEROPHILI videri possunt historiæ medicæ scriptores.

Notari vero meretur, jam iis temporibus, ut CELSUS refert, medicinam in tres partes divisam fuisse, diæticam nimirum, quæ solo viœtus regimine, chirurgicam, quæ manu & instrumentis, pharmaceuticam, quæ medicamentis mederetur.

Post HEROPHILUM ac ERASISTRATUM alia secta florere cœpit eorum, qui se empiricos nominaverunt, ducibus imprimis SERAPIONE Alexandrino, PHILINO Coo, quos APOLLONIUS, GLAUCIAS, HERACLIDES Tarentinus, & complures alii sectuti sunt, licet ab aliis jam ACRON Agrigentinus pro empiricorum principe habeatur.

Ad hæc quoque tempora pertinet medicinæ apud Romanos introduc̄tio, qui tarde admodum hanc receperunt, cum apud alias nationes jam maximo in vigore esset. Si PLINIO fidem haberemus, sere per annos sexcentos Roma caruisset medicis, et si neget eandem hoc tempore caruisse medicina. Ait enim lib. XXIX. c. 1. “ primum e medicis venisse Romanam Pelo-

“ ponnes

“ ponneso ARCHAGATHUM, LYSANIE filium, L. ÆMILIO, & M. LIVIO Coss. anno urbis  
 “ DLXXXV. eique jus Quiritium datum, & tabernam in compito Acilto emptam ob id  
 “ publice. Vulnerarium cum tradunt suis vocatum, mireque gratum adventum ejus initio:  
 “ mox a saevitia secandi urendique transiisse nomen in carnificem, & in tedium artem omnes-  
 “ que medicos.” Refert deinde CATONIS odium in medicos Græcos, & verba ipsa adducit,  
 quibus filium suum CATO monet, ut ab ipsis sibi caveat. Veruntamen, et si quidem ARCHAGATHI  
 historia negari non potest, scire tamen oportet, PLINIUM passim medicis insultare,  
 hinc ex præconcepto fervore rumorem eum exaggerasse, Romam scilicet ultra sexcentos annos  
 caruisse medicis; cum relationis istius contrarium non difficulter possit ostendi. Nam præter-  
 quam quod anno urbis 321. pestilentia causa ædes APOLLINI pro valetudine populi voce-  
 retur, & quod anno 460. ÆSCULAPIUS Epidauro Romam advehetur, etiam ante ARCHAGATHI  
 adventum aliquos Romanis medicos suisse, ex DIONYSIO HALICARNASSEO probabile  
 fit. Ille enim de saeva pestilentia, quæ Romæ anno u. c. 282. graffabatur, inter alia scribit,  
 “ quod contra medicamenta, aliaque morborum levamina contumax fuerit;” & clarius multo  
 de illa lue, quæ anno 301. urbem depopulata est, refert, nec medicos in tanta ægrotantium  
 multitudine suffecisse, nec domesticorum atque amicorum ministeria, unde factum sit, ut  
 multæ domus desolarentur ob curantium inopiam. Fuerunt itaque plus quam ducentis ante  
 ARCHAGATHI adventum annis Romæ medici, & PLINII textus de extraneis solummodo, ac  
 græcis præcipue medicis intelligendus est. Ex hisce non satis animadversis orta est illa fama,  
 quam & recentiorum aliqui buccinarunt, medicos omnes consilio & auctoritate M. FORCII  
 CATONIS Roma pulsos suisse. Id vero ex nullo auctore veteri ostendi potest, ac ne de ipso  
 quidem ARCHAGATHO; & si res ita fuisset, CATONEM tamen illum nullas in hac partes  
 habere potuisse clarum est, ut qui modo annos XV. natus erat adveniente ARCHAGATHO, &  
 procul dubio haud diu Romæ commorato ob infelicitatem rei medicæ successum. Alii longius  
 etiam progressi ex hocce PLINII loco ostendere voluerunt, medicos apud Romanos suisse ho-  
 mines ignobiles, ac servos, infimæque sortis homines; neminem ingenium civem ante Cæ-  
 sarum ævum medicinam exercuisse. Hoc ut ostenderet, omne suum ingenium intendit Celeb.  
 MIDDLETON. Sed contra eum undique insurrexerunt clari viri, non in Germania solum,  
 sed etiam in Anglia, demonstraruntque documentis non obscuris, MIDDLETONUM male chi-  
 rurgos cum medicis confudisse, hosque suisse homines liberos, & paulo meliore ordine, quam  
 artium liberalium professores, habitos suisse; quodsi etiam quidam medici, ex aliis nationi-  
 bus bello capti, servi fuerint, non omnes ideo Romanorum medicos servos suisse. Hoc tamen  
 fatendum est, medicinam tardiores apud Romanos, quam alias nationes, progressus fecisse.

Centum fere post ARCHAGATHUM elapsis annis Romam venit ASCLEPIADES Bithynus,  
 ex ÆSCULAPII tamen familia non oriundus, ibique medicinam exercuit, non infelicitibus au-  
 spiciis, cum methodum medendi ARCHAGATHO contraria servaret, & CELSO teste, morbos  
 tute, celeriter & jucunde curare promitteret. Hic totam antiquorum medicinam invertit,  
 omnianque violentiora remedia, in primis emetica, & purgantia proscriptis; ipse lenibus medi-  
 camentis utebatur, atque in primis abstinentiam ciborum & vini ægris imperabat, frictions  
 etiam, ambulationes, & gestationes suadebat. Quandoque tamen indulgentior & vinum con-  
 cedebat, & aquæ frigidæ haustum non raro, quod existimationem ejus non parum augebat. Et  
magna

magnō utique in honore fuisse ASCLEPIADEM vel inde appareat, quod ab APULEIO princeps medicorum, excepto solo HIPPOCRATE, & a SEXTO EMPIRICO medicus, qui nulli alteri secundus esset, appelletur; & quod plus, etiam medicus & amicus CICERONIS fuerit, nec medicinæ solum, sed etiam eloquentiæ laude multum inclaruerit.

Fuerunt autem ea ætate & alii Romæ contemporanei ASCLEPIADI medici, & horum nonnulli hanc medioecriter clari, testimonio CICERONIS.

Ex discipulis vero ASCLEPIADIS, qui multi fuerant, imprimitis referri meretur THEMISON, qui a præceptore suo jam senex deflexit, & faciliorem medicinam reddere volens, novam sectam condidit, methodicam appellatam. Is omnes morbos ad tria genera solummodo reduxit, stridulum scilicet, laxum, & mediocre; quasi vero ex generalibus hisce principiis omnium morborum intellectus haberi possit. Habuit tamen sequaces non paucos, ob ipsam scientiæ medicæ facilitatem, quam præ se ferebat hæc secta. Longiusque etiam progressus THESSALUS, qui omnem medicinam intra seinesstre spatium addisci posse jactitaverat. Et isti quidem omnes, multum ab HIPPOCRATIS doctrinae alieni, suis placitis indulgebant.

Primus autem Latinorum C. CELSUS Hippocraticam doctrinam plurima ex parte restauravit, & sua lingua pulcherrime scriptam tradidit, ut etiam latinus HIPPOCRATES quibusdam dictus sit, licet non omnes ejusdem sententias recte fuerit asseditus, forte ob græcas sententias phrasibus latinis non adeo facile explicandas. Sub AUGUSTO & TIBERIO vixisse dicitur, scripsitque de medicina libros octo elegantissimo stylo. Chirurgica quoque in iisdem tradidit, & in chirurgicis passim sententiam suam proponit, & nonnunquam opponit aliis; & lithotomiam cum situ & apparatu tam perspicue descripsit, ut RAVIUS, Lithotomus certe laudatissimus, eum cum primis commendaverit illis, qui a se felicem hanc operandi methodum (dum ex 100 vix 5 perierunt) sciscitabantur. Medicus omuino fuit, quamvis non omnibus assisteret, ob quod etiam multi dubitaverunt, an vere medicinam exercuerit. Vero simile tamen est, eum omnino amicis suis, & aliis quoque familiaribus medicinam administrasse, & satis peritiā ejus medicam vel hoc docet, quod saepē admodum inter diversas medicorum sententias, & in dissidiis quidem momenti gravissimi, suum interponat judicium. Editiones operum ejus variæ sunt; recentissimam, & meliorem aliis, nuper admodum dedit Celeb. CAROL. CHRISTIAN. KRAUSE, Lipsiæ 1765, 8vo. majori.

Hæc erat medicinæ apud Romanos conditio, dum interim Alexandriæ in Ægypto ab HEROPHILI ac ERASISTRATI discipulis & sectatoribus maximo studio excoleretur medicina, quo etiam GALENUS addiscendæ rei medicæ causa se contulit. Sed antequam de illo dicamus, breviter de ARETÆO CAPPADOCE agendum est.

Hic in Cappadocia medicinam exercuit, licet definiri non possit, quo præcise tempore vixerit. Sunt enim qui ante Cæsares illum vixisse volunt, eo quod in lingua Ionica scripserit, quæ postea jam cœperit vilescere. Verum Cel. LE CLERC recte contrarium tuetur, cum ARETÆUS noster citet medicamentum ex viperis antidotum, cuius inventor fuit ANDROMACHUS, NERONIS medicus, & cum etiam antidoti MITHRIDATIS mentionem faciat; ex quo consequitur, eum saltem post MITHRIDATEM regem vixisse, nec antiquiorem esse potuisse ANDROMACHO. Edoctus ille priscorum medicorum dogmata, proprio labore multum profuit, primusque in sistema medicinam rediget, collectis in unum iis omnibus, quæ HIPPOCRATES & alii.

& alii clari medici sparsim de morbis scripta reliquerant. Morborum historias meliores & exactiores tradidit, quam alii ante ipsum vetusti medici, & curationes quoque docuit perfectiores. Primus etiam cantharidum externum ad vesicas ciendas usum in medicinam introduxit, & venæ sectionis quoque usum ac mensuram determinavit, & assignavit loca venæ secundæ opportuna, & arterias quoque certis in casibus incidi jussit. Scripsit de signis acutorum & diuturnorum morborum libros IV. itemque libros IV. de curatione eorundem. Opera ejus cum commentariis Cel. PETITI, Medici Parsini, & aliorum clarorum virorum animadversionibus edidit Cel. BOERHAAVIUS, quæ editio optima est, Lugd. Bat. 1735 in Folio.

*Ille sparsa colligens, digerens confusa, cunctaque ex peripateticis dogmatibus, ad servitutis infamiam usque, explicans, emolumenti plurimum, neque minus tamen damni, bona arti attulit: dum auctor fuit, ut ex elementis, qualitatibus vulgo dictis cardinalibus, harum gradibus, & humoribus quatuor, subtilius, quam verius, explicaretur medicina.*

Jam missis aliis minoris famæ medicis, qui post CELSUM & ARETÆUM vixerunt, ad GALENUM nos dicit ordo historiæ. Is Pergami, Asiacœ urbe, natus post annum Christi 130 vel 131 sub regno HADRIANI imperatoris. Patrem habuit NICONEM, sub cuius institutione & aliorum clarorum virorum, literas elegantiores, ac philosophiam didicit, primum in Stoicorum, dein Academicorum, denique Peripateticorum ac Epicureorum scholis versatus. Postea, annos modo natus septendecim, suadente in primis patre, medicinæ studio operam dedit, variis usus magistris. Inde juvenis adhuc scientiæ ulterioris amore peregrinatus est, & Alexandriam in Ægyptum se contulit, ubi adhucdum florentissimum erat medicinæ studium. Duos ibi annos coimmoratus Pergamum rediit, jam non medicinæ solum, sed etiam chirurgiæ profunde peritus; & quatuor abhinc annis exactis, relicta patria Romam pervenit, anno ætatis suæ 32. Ibi mox adversarios nactus est urbis ejus medicos. Facile tamen his omnibus superior, cum doctrina, tum curationum felicitate multum inclaruit. Peste vero tamen Romæ invalesce, quinquennio exacto in patriam rediit; vix autem reversus a M. AURELIO & LUCIO VERO imperatoribus, ut Romam rediret, sollicitatus est. Denuo itaque Romam ivit, & LUCIO interim mortuo, AURELIO se addixit, cuius etiam filios COMMODUM & SEXTUM, ipsumque Imperatorem, febre laborantes, diversis temporibus curavit. Mortuus est, referente SUIDA, anno ætatis suæ septuagesimo; &, ut ex scriptis ejus apparet, vixit sub Imperatoribus, ANTONINO, M. AURELIO, LUCIO VERO, COMMODO, SEVERO. Peragravit Syriam, Cyprum, Ciliciam, iter fecit in Lemnum insulam, curiositate ductus videndæ terræ Lemniæ, & in Palæstinam ad opobalsam explorandum. Vir ceterum fuit summi ingenii & experienciæ non mediocris, quippe qui ex primo febrili insultu, quænam febris futura esset, an tertiana, an quartana, &c. præfigire novit; qui prædicere poterat, quo tempore febris ægrum derelictum esset; qui in acute decumbente ægro, medicis venæ sectionem parantibus, crisin per hæmorrhagiam narium instantem ad punctum temporis indicere noverat; & cui denique in dilucidandis scriptis HIPPOCRATIS plurimum debet posteritas, cum nemo hominum GALENO melius assecutus sit sensum textuum Hippocraticorum. Chirurgus idem & audax fuit & felix, quippe qui hominem perterebrato osse sterni ab abscessu mediaстini liberavit, periculose certe operatione, ad quam accuratissima loci affecti, & morbi simul cognitio.

cognitio requiritur. Anatomæ peritissimum fuisse, libri de usu partium satis ostendunt, in quibus multa ad anatomen ac physiologiam pertinentia habentur, quæ a recentioribus non-nullis assumpta & pro novis venditata sunt. Opera ejus omnia cum Hippocraticis edita sunt a RENATO CHARTERIO, quæ optima editio censetur.

Corrupti vero etiam medicinam philosophiæ Peripateticæ nugis, dum elementorum & qualitatum commenta introduceret, & ex his omnia repeteret. In primis in quaternario numero mire sibi complacuisse videtur. Statuit enim quatuor omnium corporum elementa, ignem, aërem, aquam, terram; ex his constare omnia primitus, & pro varia horum proportione specie inter se differre. Præterea etiam qualitates quatuor cardinales creavit, easque non compositis solum corporibus, sed ipsis etiam elementis indidit. Ita ignem dicebat natura sua esse calidum & siccum, aërem calidum & humidum, aquam humidam & frigidam, terram frigidam & siccam. Perro juxta hæc principia statuit in corpore humano adesse humores primigenios quatuor, bilem flavam, quæ respondeat ignis elemento, calido & sicco; sanguinem, aëri similem humido & calido; phlegmæ aquæ adspicere frigidum & humidum; atram denique bilem frigidam & siccam, qualis terra est. Ex hisce qualitatibus humorum, inter se mixtorum, oriri temperamenta, & ex prædominante una alterave qualitate morbum gigni, aut si una qualitas nimium intenderetur; nam & ipsas qualitates iterum in quatuor gradus dividit. Ita primus caloris gradus erat, qui homini naturalis sit; secundus, qui febrem excitet; tertius, qui inflammationem; quartus, qui gangrænam & sphacelum producere. Neque hoc satis, sed etiam medicamenta secundum has qualitates non solum, sed etiam secundum gradus earundem distribuit, ita, ut si morbus fuisset frigidus in secundo gradu, huic remedium in secundo gradu calidum opponere necesse esset. Verum ista omnia tantum non obsuerunt medicinæ incremento, quam quidem posteriorum ignorantia & desidia, quod hiscilect percussi auctoritate & eloquentia GALENI in ejus dogmatibus adquieverint, & de augenda medicina ne quidem cogitaverint, quam adeo iam perfectam crediderint, ut nihil ultra posset adponi; quod in physiologia, anatome, & materia medica per saecula fere XIV. factum est. Non ideo igitur GALENO sua laus deroganda est, quoniam ad artem dogmaticam conficiendam assidue laboravit, materiam medicam atque botanicam in primis excoluit, multos morbos sola profligari diæta docuit, pertinacia etiam mala venæctionibus largis, cauteriis, ambustionibus fugavit. Imo omnem medicinæ ambitum, quam late patet, amplexus est & scriptis pertractavit, anatomen, physiologiam, pathologiam, semioticen, hygienen, therapeutiken, chirurgiam, & hæc omnia amplissime ita, ut nec ante illum quisquam his in rebus ipsis sit comparandus, nec post illum ullus mortalium tantum laborem vel votis aggressus sit, quod CEL. HALIERI de GALENO judicium est. Nec probabilitatem habet HELMONTII impetus, dum plagiarium GALENUM facit, cum passim certe aliorum sententias, imo & fragmenta in medium adduxerit, de quibus alias vix nobis quidquam constaret.

Post GALENUM, qui celebres fuere medici, & quorum opera in manibus nostris versantur, quinque sunt præcipui: CÆLIUS AURELIANUS methodicus, ORIBASIUS, ÆTIUS, ALEXANDER TRALLIANUS ex bona morborum descriptione clarus, & PAULUS AEGINETA chirurgiæ inter antiquos auctor uberrimus.






Plate II.



*Explicatio Tabulæ II. Historiæ Medicinæ.*

I. SALUS Salutis simulacrum in numismatibus rarum non est, sed est eo habitu, quo hic, Onychi incisum, ob oculos ponitur.—Salutis veneratio magna fuit, tam apud Græcos quam apud Romanos: hinc crebræ illæ inscriptiones: saluti perpetuæ, saluti publicæ, saluti sanctæ, AEsculapio & saluti, AEsculapio & Hygiæ, apud Gruterum & Reynesium, &c.

II. Sacrificium salutis.\*

III. AEsculapius soli & lunæ sacrificans.

IV. Isis cum caduceo.

V. Caput Pantheum—non fœminea ea sunt sed virilia: cornu Arietinum Jovem Ammonem designat: calathus Serapidem innuit: tridentem Neptunum prodit: serpens AEsculapium afferit, &c.

VI. Isis, Serapidi aut Osiridi juncta.

VII. Annulùs aureus cum Serapide.

VIII. Annulus cum dea Valetudini.

IX.

X. Serapis Rhodiis cultus.

XI. Serapis Rhodiis cultus.

XII. Coi AEsculapium Dianam, &c. adorantes.

XII. Minerva & AEsculapius. Pergameni ex Arcadia oriundi Minervam & AEsculapium coluere.—Hic Italicos in templo AEsculapii, salute apud salutis deum nequicquam quæsita, confosso memorat.—Citasti & Lucianum, quo autore AEsculapius in hac urbe medicinam exercuit, & officinam habuit: quid præterea desiderem? Id quod Poëtæ suppeditant, respondit Dulodus. Martiali scilicet AEsculapium *Dcum Pergameum* dici:

Pergamco posuit dona sacrata DEO. Inquit L. IX. Ep. XVII. Et Papinius apposite ad nummum,

Pergameas intrasse Domos, ubi maximus ægris  
Auxiliator adest, & festinantia sistens  
Fata salutifero mitis Deus incubat angui.

XIV. In numismatibus familiaribus Acilia.

Caput salutis, & simulacrum valetudinis expressit, utrumque, ut ratio nomii. is constaret, ab Antiope, Medeor, fano, deduci, &c:

\* Vide Begeum, vol. i. p. 69.

*Explicatio Tabulae III. Historiae Medicinæ.***I. Aesculapius Romam advectus, & Thensa Cæsari decreta.**

— at vides serpentem aræ impositum — serpentis enim forma Aesculapium Epidauro adveatum historia docet, eamque hoc numismate adumbrari, ex ultimo Rubricorum numismate palam est ; in eo enim ara hæc cum serpente in visitur, prominente ex eo navi. Quod Cæsarem attinet, Thensam ei decretam esse, ex Suetonio certum est ; Quid igitur mirum, si Rubrius, Corfinio capto a Cæsare dimissus, hoc monumentum ejus gratiam quæsierit ? *Begerus.*

**II. Hoc numisma describit, & illustrat Rev. Harduinus & aliud in paucis diversum protulit Cel. Patinus. Telephorus eo visitur, cui, etiam Evemerioni dicto Pergamenos sacrificasse, Pausanias tradit. Vestein, quali indutus est a capite ad calcem usque revolutam, Martiali *Lingonicum Bardocucullum* vocari, Cel. Patinus observat. *Cephalion* Prætor iterum fecit cum numisma percuteretur.****III. Salus, &c.**

— In hoc salutem video, quam procul dubio & speravit & invocavit. Constat enim valetudinis adeo miseræ eum fuisse, ut Hadrianum adoptionis pœnituerit & præmatura mors caducum parietem adhuc ante parentem everterit.

**IV. Sub Adrianus apis inventus.**

**V. & VI.** Antonio pio omnigenam sanitatem præcati sunt Aegyptii & Pergameni. Et Aegyptii quidem Serapidem, Pergameni autem Aesculapium pro salute & felicitate.

**VII. & VIII. Serapis.**

**IX. M. Aurelius.** Hoc numisma anno decimo sexto signatum, Isidem exhibet in serpentis volumina desinentem. Serpens est genus salutis.

**X. Marco Aurelio salutem Nicomedienses præcati sunt.**









*Explicatio Tabulæ IV. Historiæ Medicinæ.*

I. Commodus & AEsculapius.

AEsculapius notissimum Pergamenorum numen, procul dubio pro salute commodi vigilat.

II. Salus generis humani,

III. Serapis conservator.

IV. Serapis & Isis.

V. Julianus Serapis & Hermanubis.

VI. Severus cum Serpente—sub Αδριανόπολι AEsculapium agnoscit.

VII. Albinus & Minerva.

VIII. Albinus & Salus.

IX. Caracallæ & Getæ salutem AEsculapio suo commendarunt Pergameni.

X. Macrius & Salus. Vota publica.

*Explicatio Tabulæ V. Historiæ Medicinæ.*

I. Elagabulus & Serapis.

II. Gordianus & Serapis, &c.

Ad secundum numismata plura veniunt observanda, & primo quidem non legi ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, ut apud Patinum & Hardniniūm; sed cum copula ΕΦΕΣΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, adeo ut duas urbes in nummo celebrari, jam dubium non sit—Ægyptiam enim aperte evincit Serapis, uti Ephesum Diana.

III. Hostilianus. Serapis in templo.

IV. Gallus. Serapis in templo. Hoc numisma ab Antiochenisibus percussum sub Hostiliano vidimus.

V. Gallus Serapis, &c.

VI. Gallus Apollini Salutari.

## VOLUSIANUS.

VII. In hoc numisma Salus. Illam pestifera lues expressit, hæc Dea fuit quam votis Angusti fatigarunt. Sed mille sunt mortis viæ. Cui pestis pepercit, Is Æmilianum debellatur, suorum perfidia cecidit.



## VALERIANUS.

VIII. Apollo conservator.

## GALLIENUS.

IX. Isis & Nemesis. Numisma a Smyrnensibus percussum.

X. Gallienus cum Baccho & Æsculapio, secundum varias opiniones, sed mihi videtur esse Æsculapium & Hygeiam.









*Explicatio Tabulæ VI. Historia Medicinæ.***I. Galienus cum AEsculapio.**

In numismate a Sideribus percusso—Et quidni ad pestem referamus, quæ Gallieno imperante tanta memoratur extississe, vel Romæ vel in Achaicis urbibus, ut *uno die* quinque millia hominum pari morbo perierint?—AEsculapi auxilio—tunc vel maxime opus fuit, indique nec mirum, quod Sidores eum nummo suo impresserint.

**II. Quietus cum Apollone conservatore.**

— cum autem ramum lauri præferat Apollo, non sagittam aut arcum, primum est judicare, non auxilium bellicum, sed medicum hic spectare. Plura de his in Begero.

**III. Probus & Salus.****IV. Diocletianus cum Iside.**

Hic paucis monendum, Isidem AEgyptiorum cum Cerere Græcorum eandem fuisse, inde que confici, AEgyptios anno Imperii Diocletiani 12 (id enim ex adjectis literis numeralibus L. IB. patet cum ante octennium Achilleus rebellasset, & a Diocletiano vicitus fuisset, se victori deinceps, vel Annonæ suæ proventu devotos, eleganter hoc numismate ostendisse.

**V. Isis cum Horo.**

Græci, quando de Horo loquuntur, solent eum semper Apollinem interpretari. Ita Herodotus, lib. ii. c. 144. commemorat Ωρούλιον Οσίριος παῖδα, τον Ἀπόλλωνα "Ελληνες δυομάζεσσι. Horum Osiridis filium quem Græci Apollinem nominat & c. 156. Αιγυπτίου δὲ Απόλλων μὲν Ωρος. Et Apollo quidem AEgyptiace Horus dicitur.

**VI. Isis.****VII. Apis conditus.****VIII. Osiris, vel salutis auctor.**

In Diodoro, lib. i. p. 11.—Hos itaque deos (Solem & Lunam) mundum universum gubernare statuunt, nutrientes & agentes omnia, tripartitis anni temporibus, modo invisibili circuitum absolventibus, nempe vere, estate, autumno. Quæ licet naturam inter se maxime contrariam habeant, annum tamen consensu optimo efficiant, &c.

Hæc tabulæ Romanorum credulitatem superstitionemque ostendunt, cum dignitate medicinæ atque medicorum.

Debetis sero & artibus, & harum memoria, per gentes ingenio, lingua, moribus, inconditas, quæ ex septentrione effusæ, scientias, harum instrumenta libros, abolebant, post sextum seculum, in Europa; a nono dein ad decimum tertium, ab Arabibus, in Asia, Afria, & Hispania, medicina subtilissime fuit culta: dum materiem medicam, ejus præparationes, & chirurgica, auxere, atque correxerunt simul; vitia autem Galenica magis, quam prius, adsperserunt arti: sed tamen sequentes fere omnes sequaces habuerunt. In Hispaniam quippe ad Saracenos ea tempestate eundum erat cupidis scientiarum, unde doctiores reduces Magi appellabantur, turpi vocabuli sensu. In academis vero publicis sola ibidem explicabantur scripta Arabum, incognitis fere, certe nullo in usu habitis, Græcis.

A GALENI tempore per saecula XIII. non modo nullum incrementum cœpit medicina, sed etiam corrupta, ac scœde deturpata fuit, communi aliarum scientiarum fato.

Sæculo enim post C. N. quinto septentrionis populi Vandali, Visigothi, ac postea Ostrogothi Europam late devastarunt, devastarunt scholas, exusserunt cum urbibus florentissimis bibliothecas maximas.

Sæculo VII. Saraceni late grastati cœperunt, expugnata a Turcis Ægyptus, capta Alexandria medicinæ sedes primaria, & biblioteca ejus urbis amplissima, quæ septingenta millia (700,000) voluminum capiebat, in integrum devastata, omni librorum supellestile a barbaris ad balnea calefacienda in usum lignorum adhibita, ut quater mille thermæ sex mensium spatio continuo inde calefierent. Hoe ultimum hujus bibliothecæ fatum fuit, quæ jam JULII CÆSARIS ætate quadringenties mille (400,000) incendio perdidit.

Sæculo VIII. a Saracenis Africanis Hispania bello subacta est. Iis ergo temporibus sparsa hinc inde, quæ interitum effugerant, Græcorum scripta ab Arabibus evolvi, & ab iisdem medicinæ præcepta, in primis GALENI dogmata, tradi cœperunt & explicari lingua Arabica, ut adeo ad illos tunc solos configiendum fuerit medicinæ cupidis. Habuerunt scholas medicas publicas Toleti & Cordubæ in Hispania, ad quas tunc migrandum erat exteris. Principes corum medici snere RHASES, AVENZOAR, AVICENNA, AVERRHOES, & MESUE Christianus. Horum fama, toto orbe dispersa, undique concivit exteros, ut medicinæ discendæ causa in Hispaniam proficiscerentur. Hinc juste indignabatur HELMONTIUS, dum acute scribit: "Eupropæ desperantes, velut tota animi vis sibi effecta esset, barbaris inventis stare, & peregrina excoluisse, duxerunt satis. Illorum autem commenta in novas in dies centurias redigisse, nedum non ingenerosum putarunt, sed honori duxerunt, sapere ex commentario duntaxat."

*Oper. p. 8.* Reapte enim Arabes deteriorem effecerunt medicinam; libros Græcorum, male vertendo in linguam patriam, genuinum sensum corruperunt, & omnia ad peripatetici systematis servitutem redegerunt. Anatomen in integrum neglexerunt, ut qui ne ausi quidein fuerint cadaver attingere; cetera omnia ex ARISTOTELE & GALENO deciderunt, quorum tanta apud ipsos erat auctoritas, ut, si quis in disputatione horum adduceret sententias, facile is aliorum vicitor secederet. Id solum laudis promeruerunt Arabes, quod materiam medicam auxerint. quibusdam simplicibus remediis, imprimis purgantibus lenioribus, Mauna, Senna, Rhee, Cassia fistula, Tamarindis, Myrobalanis, dum Græci non nisi validiora haberent pharmaca. Sacchari quoque usum mellis loco, syrups, conservas, confectiones, primi in medicinam induxe-

induxerunt, & quædam nova in usum vocarunt aromata. Primi etiam variolas descripserunt; primi stillatitias pararunt aquas, ceterum in chemia rudes; primi denique auri atque argenti vanitatem medicamentis admiscere cœperunt. Plura vid. apud FREIND in *Hist. med.*

Donec emendati, atque refutati sunt, binis diversis mediis, maxime quidem postquam Emanuel Chrysoloras, Theodorus Gaza, Argyropulus, Lascaris, Demetrius Chalcondylas, Georgius Trapezuntius, Marius Aysurus, dein alii, libros manuscriptos græcos, Byzantio eductos, Venetiis, alibique interpretati, lingue græcae, auctororumque Græcorum, usum reduxerant, circa annum 1453. Aldo simul Græcos feliciter medicos evulgante per impressionem recens inventam, atque his quidem auspiciis instaurata iterum in Galliis Hippocratica disciplina. Deinde quoque experimentis chemicorum; dum Arnoldus Villanova, Lutlius, Basilius Valentinus, Paracelsus, effectus artis chemicæ in medicinam atque physicam induxerunt; & anatomicorum; fervente horum opere in Italia primo industria Jacobi Carpi.

Tandem post diutinas calamitates aliqua denuo reparandæ medicinæ affulsit spes, dum Hispani, patria paulatim recuperata, literarum & scientiarum commercia cum Italis communicarent; et si Salerni in schola, a CAROLO M. fundata, saeculo XI. adhuc Arabes prægerentur. Ineunte vero saeculo XIII. primum latine redditus est GALENUS. Saeculo deum XV. Græcia a Turcis subacta, & eruditis ejus regionis in Galliam Italianique profugere coactis, vetus HIPPOCRATIS doctrina, tunc quidem nova, denuo instaurari cœpit, præeunitibus in primis FERNELIO, DURETO, BALLONIO. Accedit huic novæ felicitati publicæ major alio, inventio nimirum typographiæ, circa medium saeculi XV, qua id effectum est, ut euangelatis undique græcis auctoribus Arabum jugum tandem excuteretur, opera in primis Grammaticorum, quorum nomina in textu recensentur. Atque his quidem auspiciis restaurata in Gallia præcipue caput extulit Hippocratica medicina.

Surrexere deum chemici, qui vana spe lapidis aurifaci, & universalis medicinæ sollicitati, et si spe sua exciderint, multaque in medicinam paradoxa intulerint, non tamen nihil ad amplificationem physicæ partis medicinæ & materiæ medicæ contribuerunt. Primusque horum BASILIUS VALENTINUS circa annum 1400. chemiam ad medicinam applicuit. Integro fere post hunc saeculo floruit THEOPHRASTUS PARACELSIUS Galenicorum & Arabum osor maximus, qui BASILII principia, teucto auctoris nomine, refuscitavit, ac sua fecit; omnia corpora ex sale, sulphure, & mercurio constare dictitans. Ceteroquin agyta maximus, tamen in praxi felix, opio in primis, mercurio & turpetho, quorum remediorum vires alios ejus ævi medicos latebant, opium vero Galenics summe deleterium habebatur, utpote in quarto gradu frigidum, & calidi innati vigorem extinguens. Post eum ineunte saeculo XVII. floruit HELMONTIUS, & ipse heteroclitus, in eo tamen laudandus, quod scholas e veterno suo excitaverit, Aristotelicas & Galenicas nugas exploserit strenue, & ratiocinio solo sine experimentis vanam esse medicinam ostenderit. Sed eo ipso factum est, ut Hippocratica medicina non parum labefactaretur, & chemicis passim increbescientibus chemia non famula medicinæ, sed fere domina evaderet. Successit denique FRANCISCUS DE LE BOE SYLVIUS, qui primus in Academiam Leydensem chemiam introduxit. Et de his quidem dubium, an profuerint magis,

an magis obseruerint medicinæ incremento. Melior omnino & masculæ chemiæ auctor fuit inter BASILIUM VALENTINUM & PARACELSUM medius, ROGERIUS BACO, & qui utcunque ad chemicos referri posset, HELMONTIO jam posterior ætate, ROBERTUS BOYLEUS.

Sed & anatome Arabibus neglecta tandem resuscitata est; ac primus MUNDINUS, Italus medicus, Bononiæ circa annum 1315 librum scripsit anatomicum, quem secta ab eo viro cadavera ita commendarunt, ut legibus in Italia sanctum fuerit, ne in alium auctorem prælegerent doctores. Rudis quidem erat illa anatome, sed melior tamen, quam nulla. Post hunc intervallo duorum sere sæculorum floruit JACOBUS BERENGARIUS Carpensis, chirurgus & anatomicus insignis, qui anno 1521 Bononiæ commentaria in MUNDINUM, propriamque etiam anatomen, & primas tabulas anatomicas ligno incisas edidit. Primus quoque, si PARACELSUM excipias, mercurio in lue venerea curanda usus est. Ceterum vivos duos Hispanos, quos curare nequiverat, ab eo dissectos fuisse, fabulam redolet, ex rariore tunc temporis & adhuc inconsueta anatome oriundam.

BERENGARIUM sæculo XVI. insignes dein anatomici sequuti sunt, quorum principes hic nominasse sufficerit: ANDREAM VESALIUM, BARTHOLOMÆUM EUSTACHIUM, GABRIELM FALLOPIUM.

*Usque dum immortalis HARVÆUS demonstrationibus suis, omni priorum theoria eversa, novam omnino, & certam, jecit huic basin scientiæ.*

Tandem immortalis HARVÆUS Anglus & Magnæ Britanniæ regum Archiater, dispulsis antiquæ medicinæ tenebris, ingens lumen attulit anatomicis in primis & physiologicis rebus, dum per experimenta in vivis animalibus instituta detegeret ac publicis scriptis demonstraret sanguinis circulationem, id est, continuum fluxum a corde per arterias ad omne punctum corporis, ejusdemque redditum per venas ad cor, unde prius fluxerat. Hoc inventum pulcherrimum & utilissimum anno 1628 publicaverat HARVÆUS, libro in 4to Francofurti edito, postea multis aliis locis recuso, & quæsto. Non defuere tamen medici vetustatis præjudicio infatuati, qui luculentissimæ veritati acriter se opponerent, & errare cum antiquis, quam cum HARVÆO sapere mallent; cumque rigore mathematico demonstrationum Harvæanarum eo jam compulsi essent, ut receptui canere & vietas veritati manus dare cogerentur, tamen omiserunt nihil ut saltem inventi gloriam HARVÆO eriperent. Et alii quidem CÆSALPINO, REALDO COLUMBO, alii MICHAELI SERVETO, qui ob librum suum de Trinitatis erroribus Genevæ anno 1553 rogo combustus est, circulationem jam fuisse perspectam, asseruerunt. Hoc quidem negari non potest, & istos, & alios quoque ante HARVÆUM medicos aliquam jam circulationis illius minoris, quæ per pulmonem sit, ideam habuisse, sed majorem illam circulationem per aortæ ramos & universum corporis ambitum non cognoverunt, nec minorem quidem illam satis demonstrarunt, unde constanter HARVÆO laus inventi manet. Alii vero ulterius progressi etiam HIPPOCRATI notam fuisse circulationem contenderunt, eo quod is corpus humanum circulo simile esse dixerit, ut nec principium, nec finis alicubi inveniatur. Sed textus hic solummodo de reciprocis partium corporis humani officiis intelligendus est; quælibet enim pars corporis laborat in usum totius machinæ, & tota machina laborat in usum partium

partium corporis singularum. Hinc mira reciprocatio, quam circuli similitudine expressit **HIPPOCRATES**. Et alioqui notum est, veteres omnes fere ærem in arteriis contineri credidisse; adeoque clarum est, frustra omnino circulationis Harvæanæ vestigia in antiquitate quæri.

Quanta vero vis fuerit experimentorum **HARVÆI**, vel inde aestimari potest, quod etiam nolentes adversarios ad assensum pertraxerint, dum ipsi eadem instituere coepissent. Et notatum dignum est, quod de se ipso testatur candide **VOPISCUS FORTUNATUS PLEMPIUS**, celebris olim in Academia Lovaniensi Professor; hæc ejus verba sunt: (*Fund. med. L. II. c. 7.*)

“ Nuper Anglia novam peperit de motu cordis opinionem, quam invulgavit **GULIELMUS HARVÆUS**, edito ea de re peculiari libello. Primum mihi inventum hoc non placuit, quod & voce & scripto publice testatus sum; sed dum postea ei refutando & explodendo vehementius incumbo, refutor & ipse, & explodor: adeo sunt rationes ejus non persuadentes, sed cogentes, &c.”

Notari porro meretur, ab hoc invento epocham medicinæ recentioris constitutam fuisse, ut omnes, qui ante **HARVÆUM** vixerunt medici, antiqui, qui post illum fuerunt, recentiores appellantur.

*Inde hodie libera ab omni secta coli potest; dum promota est per inventa certa, anatomica, botanica, chemica, physica, mechanica, & per vera effecta artis, quæ in ipso opere versatur.*

Ex quibus denique constat: Antiquissimam artem sola collectione fidelis observatorum constitisse. 2. dein vero, cogitatum fuisse de causis experimentorum per disputationem rationis idagandis. 3. priorem partem, evidentia, usu, necessitate, semper eandem, nec fallacem; posteriorem dubiam, mutabilem, ac cuilibet fere sectæ diversam, evassisse. Ut tamen usu idoneo rationalis æque, quam prior empirica, certa reddi queat.

*Inde hodie libera coli potest ab omni secta, &c. Sectæ nominæ intelligimus doctrinam, qua aliquid incerti, & de quo merito dubitari potest, licet verosimile, traditur tanquam verum. Inde igitur, quidquid semel certum definitumque est, ad sectam jam non pertinet. Sic olim doctrina Galenica de facultatibus ac qualitatibus quatuor cardinalibus, secta erat. Hypotheses chemicorum, **CARTESII** figmenta, & aliæ opiniones speciosæ, experientia destitutæ, secta erant. Non poterant sibi temperare ingenia magis luxuriantia, quin deflecterent in opinione minus firmas, quoties experientia vacua speculationibus solis indulserunt.*

Liberam quidem ab omni secta medicinam hactenus nemo coluit; posset tamen ab omni secta repurgari, si vellemus ea solum, quæ demonstrata sunt, assumere, relictis dubiis & obscuris; quod quidem hodie magis fieri potest, posteaquam per tot experimenta anatomica, botanica, chemica, physica, mechanica, & per repetitis toties observationes practicas adeo promota est medicina, ut, qui antiquos nobiscum conferre hac in re voluerit, eos nobis immense inferiores fuisse, facile convictus fateri debeat. Hinc patet iniquissime de medicina pronunciasse Cel. **MAUPERTUIS**, dum huic scientiæ a duobus inde annorund millibus ne unicum fere augmentum accessisse scripsit. *lett. 16.* Reæ illum falsitatis & audacie arguerunt **Lipsienses Comment.** T. II. p. 290.

Atque *in primis* si considerare velimus *experimenta anatomica*, nihil his ipsis utilius, imo nihil magis necessarium est, tam ad naturalem corporis humani statum, quam ad morbosum rite cognoscendum atque explicandum. Hæc enim sola detegunt magnitudinem, situm, figuram, nexum, ordinem, structuram partium internarum corporis, quibus ignoratis partium illarum functiones cognoscere impossibile est. Hæc ipsa detegunt post mortem effecta morbi, ejusdem sedem, non raro quoque & morbi & mortis causas in lucem protrahunt; unde ingens anatomæ in physiologia ac pathologia utilitas elucescit. Quis credidisset a vomitu rumpi potuisse œsophagum & cibos deglutitos in thoracem effundi, nisi hoc detectisset anatome? Quis de ruptura cordis aut auricularum cogitasset unquam, nisi id in factis anatomicis deprehensum esset? Quis lienem in pelvem posse prolabi, ventriculum medium a potu fermentante crepare, foetus in ovario, imo in ipso abdomen ad maturitatem excrescere posse, & alia id genus plura scivisset unquam, nisi anatomicorum sedulitas hæc demonstrasset. Quantum non debemus RUY SCHIO, qui injectionibus suis plurimas corporis partes, veteribus exsangues habitas, vaseu-losissimas esse ostendit? Quis vasa lactea, quis lymphatica, horumque decursum & fabricam novisset, quis cordis & aliorum musculorum irritabilitatem, quis peristalticum intestinorum motum compertum haberet, si abfuisset anatomicorum industria? Accedit ipsa certitudo experientiæ anatomicæ, quæ tanta est, ut non facile quis decipi possit, si modo debitæ cautelis experimentum aggrediatur; nam quod contraria non raro apud auctores legantur experimenta, inde deducendum est, quod non omnes easdem circumstantias, nec easdem cautelas adhibent, aut præjudiciis imbuti ad experimentum accedunt, id solummodo arripientes, quod ad sectæ suæ placitum applicare, aut vi etiam detorquere possint. Inde tot lites & dissidia, quæ facile tamen dirimuntur, seposito partium studio, si sola consulatur naturæ vox. Certa enim in se quælibet sunt experimenta, sed ratio ab experimento deducta fallax esse potest. Sic dum vacuas in cadavere arterias deprehenderunt antiqui, solum aërem his contineri crediderunt. Non experimentum fallax erat, sed ratio; facileque potuissent se ipsos convincere, si adver-tilissent sectas vivi animalis arterias impetu maximo sanguinem effundere; neque adeo in statu naturali aëre, sed sanguine repletas esse. Maxima ergo cautela opus est in ratiocinio, quod ab experientia formatur.

*Botanica.* Hæc scientia, parum culta veteribus, adeo promota est hodie unanimi Cel. Vitorum labore, ut omnes plantæ ex certis & infallibilibus a Creatore inditis characteribus cognosci facile possint. Dum intra hosce cancellos manet botanicus, satis ab errore, tutus est & recte omnino plantas similes, & iisdem characteribus prædictas sub idem genus cogit; at si pœria transgrediatur, si ratiocinio indulget liberalius & plantas iisdem, aut similibus characteribus prædictas, eadem aut simili virtute medica pollere credit, fallitur vehementer, cum sub eadem classe venenatæ & innocuae stirpes, imo sub eodem genere plantæ diversarum virium comprehendantur.

*Chemica* experimenta non parum utilitatis medicinæ attulerunt. Etenim per hæc non solum penitissime latentes in corporibus vires, ac proprietates sensibus absconditæ, in lucem protractæ sunt, sed etiam inventa medicamenta efficacissima, ignota veteribus, in usus hominum cesserunt, totaque res pharmaceutica insigniter adaucta est. Plurimum vero chemicæ ebemus

debemus, quod didicerimus inde, pro diversa principiorum mixtione, jam summe noxia venena, jam saluberrima, aut innocua exsurgere corpora. Unde nemo certe medicorum chemia carere potest, alioquin gravissimos errores in præscriptione remediorum facile commissurus. Sed hæc iterum suis limitibus coercenda sunt, neque aliud, quam quod experimento inest, deducendum. In promptu enim error est, si quidquam ab experientia deflectens paulo plus indulseris ingenio. Quod cum a chemicis observatum non fuerit, multæ omnino vanæ hypotheses & commenta in medicinam inducta sunt, non vitio chemiæ, sed chemicorum.

*Physica, mechanica.* Hæc quoque ad incrementum medicinæ plurimum contulerunt, neque illis carere potest medicus experimentis physicis & mechanicis, quæ certa & ab omnibus comprobata sunt. Nec profecto explicari possunt actiones corporis humani sine physicæ experimentalis accurata notitia ; si quis enim naturam ac proprietates aëris ignoret, nunquam intelliget, ut in animantibus, pulmone præditis, fiat respiratio ; non intelliget actionem arteriarum, nisi noverit leges corporum elasticorum ; coecutiet in explicando visu, nisi proprietates materiæ luminosæ exacte didicerit ; nunquam assequetur, ut fiat auditus, nisi in experimentis phonurgicis probe antea fuerit versatus, &c. Corpus nostrum præterea est vera machina hydraulica, in qua non interrupto motu, celeritate maxima, in circulum eunt redeuntque diversi humores. Leges igitur staticæ, hydrostaticæ, hydraulicæ, & quidquid ad mechanicam pertinet, medico scitu necessariæ sunt. Id tamen fateri oportet, & ipsos mechanicos in errorem sœpius induci, nec raro in speculationibus suis deceptos fuisse maxime, dum de particularibus corporum proprietatibus parum solliciti, generales mechanicæ leges ad humanum corpus transtulerunt. Alius utique est fluxus sanguinis nostri plastici, coagulabilis, per arterias flexiles, elasticas ; & alias fluxus aquæ fluidissimæ, solidæ, incompressibilis per tubos inflexiles, rigidos, metallicos, quorum resistentia respectu fluidi contenti vix non immensa est. Præterea & in eo peccaverunt mechanici plerique, quod omnia naturæ phænomena per leges mechanicas fieri crediderint ; hinc ad explicandam purgationem aut vomitum fixerunt particulas certa figura prædictas, aculeatas, & nescio quo modo fabrefactas, quæ ea gauderent qualitate, ut jam sursum raperent atque inverterent ventriculum, sive vomitum cierent ; aut contrarium figura sua inducerent motum, si deorsum purgatio fieret. Ejusmodi ludicris fictionibus maxime dediti erant medici Cartesiani, apud quos ad nauseam usque repetitas hæugas invenietis. Quin etiam Galli Academicæ, HOMBERGIUS, LEMERY, GEOFFROY, in reddenda ratione phænomenorum chemicorum, physicorum, non sine magnis propriæ imaginationis summis materiem hanc amplisicarunt, intolerabili particularum farragine lectorem obruentes ; magni, si tacere novissent, philosophi ! Habent prosectori usum in rerum natura plurimum mechanicæ leges ; sed omnia phænomena rerum naturalium ex mechanicis explicare velle, desipientis est ; quasi vero non aliis etiam legibus alia atque alia corpora regerentur ! quasi vero non suas, sed minutolorum ejusmodi ingeniiorum ideas sequi debuerit Creator ! quis inquam solutiones corporum, attractiones, repulsus, gratuitatem, elasticitatem, ex mechanicis legibus dilucide nobis explicabit ? Quis motum sanguinis circulatorium, perpetuamque cordis systolen ac diastolen ex mechanicis demonstrabit principiis, dum per ipsam mechanicam constat evicta perpetui mobilis impossibilitas ? Quis sensilitatis, irritabilitatis phænomena ex mechanicis derivabit, dum extra corpus animatum nulla vel sensilis, vel vero sensu irritabilis

ostendi machina potest? Utamur ergo inventis physicis, chemicis, mechanicis in medicina; sed ita illis utamur, ut agnoscamus & his ipsis limites suos esse, nec ad unum, ut dicitur, calceum redigi naturam posse.

Ex omnibus haec tamen dictis constat: antiquissimam artem sola collectione fideli observatorum constitisse, dein vero cogitatum fuisse de causis experimentorum per disputationem rationis indagandis. Vidiimus enim in litteria medicinæ, primis temporibus hanc sola simplici empiria mixam fuisse, ex observatione attenta rerum salubrium & noxiarum enata; accessisse dein analogiam, demum etiam ratiocinari de causis cœpisse homines, maxime cum philosophi medicinæ studium sibi familiare reddidissent. Unde rectissime CELSUS ex solis observatis ortam esse medicinam edixit, “ subinde aliorum salute, aliorum interitu, perniciosa discernentem a salutaribus. “ Repertis deinde medicinæ remediis, homines de rationibus eorum differere cœpisse: nec “ post rationem medicinam esse inventam; sed post inventam medicinam rationem esse quæ-“ sitam.” *Præf.* p. 9. 10.

3. *Priorem partem semper eandem nec fallacem, posteriorem dubiam, &c.* Id omnino extra dubium est, priorem partem medicinæ, quæ empirica dicitur, omnino esse infallibilem; experientia enim sub iisdem circumstantiis semper eadem est, nec fallit per se. Atque hæc ratio est, cur **HIPPOTRATIS** & aliorum veterum scripta practica, solas observationes continentia, æterna sint. Eadem enim phænomena, quæ multis olim ante nos saeculis v. g. in pleuritico, phrenitico, deprehensa sunt, eodem plane modo nostris temporibus in simili ægro observantur. Posteriorem vero medicinam rationalem fallaciæ obnoxiam & in errorem inducere posse, pariter certum est, si nimis talia pro veris assumat medicus, quæ nunquam demonstrata sunt, aut si talia ab experimentis, quantumvis certis, ratiocinio deducat, quæ nunquam illis infuere; ut si quis ex certo quidem experimento, quod omne animal aëre sublato suffocetur, inducere velit, aërem esse causam respirationis; conclusionem enim format, quæ in experimento nullatenus continet. Si vero inferat inde, aërem ad respirationem necessarium esse, recte infert, nilque aliud dicit, quam quod in experimento continetur. Hinc experientia per se certa est, ratiocinium errori obnoxium. Verum enim vero non ideo sequitur, ratiocinii usum e medicina eliminandum esse, quin maxima hujus quoque est necessitas. Non enim fallit ratio, si caste ex experientia deducitur; si ipsa ratio novis experimentis comprobatur; imo vero parum promota fuisset medicina, si sola experientia sine ratiocinio semper stetissent homines. Et fundamento caret vulgaris calumnia, bonum theoreticum plerumque malum practicum esse. Sæpe autem pro bono theoretico habetur, qui minime talis est, qui ampullas projicit & sesquipedalia verba, qui ratiocinio abutitur omni experientia destitutus, aut ineptissimum ab experimentis ratiocinium elicit; talem & ineptum esse practicum equidem non abnuero; sed is pseudo-theoreticus est, hypothesis fabricator, naturæ vacuae speculator. Verus theoreticus ille est, qui veras & genuinas effectuum in ægris obviiorum causas novit; qui autem causam morbi intelligit, facile eum aut curare potest, si medelam admittat cognitam, aut si respuat, insanabilem declarare. Æque magius autem medicis est judicio Ill. Van SWIETEN, qui morbum incurabilem certo cognoscere, quam qui sanabilem remediis tollere valet. Et nimis certum est, multos morbos a nobis felicius curari, tantum ob causas eorum melius, quam veteribus, perspectas. Pro varia enim morbi causa varia & diversissima

sæpe

sæpe est curatio, exemplo vomitus, cephalalgia, vertiginis, & plerorumque aliorum. Multos morbos hodiecum difficulter curamus, quorum causas non cognoscimus, exemplo epidemico ruin morborum; in quibus fere semper empirice tantummodo a juvantibus & nocentibus indicationes formare cogimur. In epilepsia, mania, vagis solum experimentis tentamus varia, & uti certas horum morborum causas cognitas non habemus, ita certa quoque curandi methodus nondum inventa est. Nam, ut recte CELSUS inquit, “cujus rei non est certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non potest.” Unde & illud verum manet, theoriam castam & experimentis certis innixam, non modo utilem, sed & necessariam esse medico ad praxim<sup>7</sup>ituro.

## PRINCIPIA ET PARTES MEDICINÆ.

Ex eo autem capite inutilia, & fallacia, plurima accepit hæc scientia, quæ ut expellantur, considerandum, omnem scopum artis esse evitationem doloris, debilitatis, mortis; adeoque conservationem sanitatis præsentis, absentis restitucionem: ideoque quidquid sciendum, & agendum medico, uni tantum huic proposito inservire debere.

Est enim res objecta arti nostræ, hominis vita, sanitas, morbus, mors; horum causæ, quibus oriuntur; eorundem media, quibus diriguntur.

Proinde est medicina scientia eorum, quorum applicatorum effectu, vita sana conservatur, ægra vero in priorem restituitur salubritatem.

Cujus itaque necessitas, utilitas, nobilitas, sponte patent.

Agnoscuntur autem duo modo firma fundamenta, quibus certa demum nititur; nempe 1. accuratissima observatio earum apparitionum, quæ in homine sano, ægroto, moriente, mortui cadavere, sensibus externis apparent; sive ex orientur ab iis, quæ in ipso homine, sive ab iis, quæ per externas causas, casu, vel arte, in eum agunt. 2. severa indagatio illorum, quæ in homine latent sensibus abscondita, vel quæ & faciunda sunt in eventum præfixum. Hæc autem sola potest obtineri ratiocinatione exacta dum & data experimenta, singulatim per se expensa, & in omnibus suis proprietatibus examinantur, & dein inter se comparantur sedulo, ut convenientia, vel diversitas, patescat, & tumque prudentissima fide notantur ea omnia, quæ in iis contineri perspecta clare inde deduci possunt. Neque vero posteriora hæc prioribus minus firma, vel fida, erunt.

Ut porro hæc quæsita ex datis inveniantur, principia quædam requiruntur, quorum notitia & applicatione fiat demonstratio. Quæ, distincta, clara, certa, esse debere ratio ipsa exigit. Talia autem in iis, quæ pure corporea in homine, sunt mechanica, & experimenta physica, sola. His enim corporum vires generales, singularesque, tantum innotescunt.

Quum vero in homine etiam alia sint, quæ per illa principia non queunt intelligi, ideoque per eadem ne quidem demonstrando explicari possunt, alia longe ratione circa hæc intendum erit, si errores vitare velimus: id autem facile perspicit, quicunque sequentia, alibi demonstrata, considerat, & ut vera admittit.

Neque

Neque tamen per hæc principia demonstrativa omnes actiones humanæ explicari possunt, sed illæ solum, quæ a sola fabrica corporea oriuntur, vitales puta, & naturales; animales neutiquam. Hæc enim, neque a solo corpore, neque a mente sola pendent, sed ab intimo utriusque commercio fluunt. Cum itaque pure corporeæ hæc actiones non sint, etiam per principia solis corporibus propria explicari non possunt, minus demonstrari. Non desuerunt quidem philosophi, qui actiones humanæ mentis ex solis corporeis affectionibus, juxta EPICURI & LUCRETII systema repetierunt; & alii, qui contrariis passibus incidentes corporum existentiam negarunt, & omnia ex spirituali principio deducere phænomena considerunt. Illos materialistas, hos vero idealistas scholæ nominant; pars utraque delirans.

---

## TABULA CHRONOLOGICA PRIMA.

A MUNDO CONDITO AD HIPPOCRATEM COUM ANNI CIC CIC CIC LXXI.

---

*Tempus fabulosum indefinitum.*

Stupendam antiquitatem jactant Ægyptii, Sinenses & Malabares religionis suæ ipsique innexæ medicinæ. Ad plures annorum myriades supra mundi initia adscendunt. In tabula autem hac DIONYSIUM PETAVIUM ubique sequimur.

Ante Christum natum.

3984	Mundus creatur.
3983	i. Annus creati mundi. Medicina cum variis artibus invenitur.
3054	930 Adam primus homo, primusque medicus, moritur.
2942	1042 Seth moritur.
2329	1655 Diluvium universale. Chami posteritas in Ægypto medicinam excitat & propagat.
1769	2215 Josephus patriarcha in Ægyptum venit.
1575	2409 Circa hoc tempus putatur Jobus decessisse.
1531	2453 Israelitæ Mosis ductu ex Ægypto proficiscuntur.

Ante Christum natum.	Anno Mundi.			
1263	2721	Argonautarum expeditio. Hanc præcesserunt. Melampus, ut & Chiron Centaurus.		
1247	2737	Intersuerunt Hercules, Aesculapius, Medea, Circe.		
1004	2980	Aesculapii & Herculis religio cœpit.		
916	3068	Salomon rex Judæor.		
776	3208	Afa rex Judæ.		
		Olympias prima.		
754	3230	VI. 3 Roma conditæ.		
753	3231	VI. 4 I Ab urbe condita.		
690	3295	XXII. 3 64 Tobiæ cæcitas dispellitur.		
616	3368	XLI. I 138 Nechepsus in Ægypto regnat.		
525	3459	LXIII. 4 229 Persæ Ægyptum occupant.		
522	3462	LXIIII. 3 232 Democedes Crotoniensis floret.		
505	3479	LXVIII. 4 249 Cinnabaris inventa.		
500	3484	LXXX. 254 Pythagoras moritur.		
		Florent Alcmæon & Empedocles, anatomes cultores.		
472	3517	LXXXVII. 283 Iccus Tarentinus floruit.		
460	3524	LXXX. 295 Hippocrates nascitur.		
		Heraclitus & Democritus florent.		
433	3551	LXXXVI. 3 321 Romani pestilentia pressi Apollini ædem vovent.		
430	3554	LXXXVII. 3 314 Initium belli Peloponnesiaci : cuius temporibus Hippocrates Cous floruit.		
		Eodem tempore florent Plato Prodicus.		

## TABULA CHRONOLOGICA SECUNDA.

AB INITIO BELLI PELOPONNESIACI QUO HIPPOCRATES FLORUIT AD EXITUM JUSTINIANI.

Ante Christum natum.	Anno Mundi.	Olympiadum.	Romæ conditæ.	
430	3554	LXXXVII. 3	324	Annus primus belli Peloponnesiaci, cuius initio Hippocrates inter summos Græciæ viros, qui felicissimum illud sæculum immortalibus monumentis illustrarunt, floruit. Hujus altero anno sævissima Athenis pestilentia græsatur, quam Thucydides accurate descripsit. Florent Philistion Siculus, Ariston, Phaon, Nicomachus pater Aristotelis, Menecrates Syracusanus. Herodicus seu Prodicus.

## HISTORIA MEDICINÆ.

Ante Christum natum.	Anno Mundi.	Olympiadum.	Romæ conditæ.	
422	3562	LXXXIX. 3	332	Eudoxus Cnidius & Meton, ambo medici, seu mathematicis studiis clariores, florent. Floret Plato philosophus.
404	3580	XCIV.	350	Democritus moritur.
400	3584	XCV.	354	Socrates cicutam bibit.
357	3627	CV. 4	397	Hippocrates moritur.
356	3628	CVI.	398	Alexander M. nascitur. Florent Dexippus, Petron, Diocles Carystius, Praxagoras Cous.
348	3636	CVIII.	406	Plato moritur.
343	3641	CVIII.	411	Dionsii Syracusani tyrannis sublata.
342	3642	CIX. 3	412	Aristoteles Alexandro præceptor datur.
336	3648	CXI. 4	418	Alexander regnare cœpit. Florent Philotimus, Plistonicus, Eudemus, Mnesitheus, Dieuches, Numenius, Chrysippus Cnidius, Medius, Aristogenes Cnidius.
331	3653	CXII. 2	423	Alexandrinæ urbis initium. Callisthenes Olynthius, Philippus Acarnan, Critodemus Cous, Glauclias. Alexippus, Pausanias.
324	3660	CXIII.	430	Alexander M. moritur. Ptolemæus Lagi F. Ægyptum regendam suscepit & Alexandriam florentissimam reddit mercaturæ ac artium, inter has medicinæ, sedem.
322	3662	CXIII. 3	432	Florent Herophilus Chalcedonius & Erasistratus. Aristoteles in Chalcide moritur. Theophrastus Eresius præceptoris Aristotelis scholam suscipit.
294	3690	CXXI. 3	460	Florent Thrasyas Mantinensis, Alexiades. Erasistratus in aula Seleuci moratur.
291	3693	CXXII. 2	463	Æsculapius Epidauro Romam transfertur.
286	3698	CXXIII. 3	468	Serapis Alexandriam transfertur.
287	3699	- - 4	469	Ptolemæus Philadelphus cœpit. Florent Herophili discipuli, Mantias, Callimachus, Bacchius, Zenon.
				Itemque Erasistrati discipuli, Strato, Apollonius, Apollophanes Seleucientis.
				Item Philinus Cous, Herophili discipulus, sectæ empiricæ auctor: post hunc autem Serapion Alexandrinus, cui alii tribuunt, quod sectam empiricam fundaverit, ex schola autem Erasistrati prodierit.
273	3713	CXXVII. 2	483	Epicurus moritur. Cleopantus videtur floruisse.
				Chirurgi nobiles Evenor, Nileus, Nolpis, Nymphaorus, vixerunt: forte etiam Apollonii duo & Ammonius lithotomus.
				Hoc intervallo videtur floruisse Heraclides Tarentinus, empiricorum nobilissimus.
234	3750	CXXXVI. 3	520	Cato censorius nascitur, medicinæ Græcanicæ omniumque Græcorum obrectator.

Ante Christum natum.	Anno Mundi.	Olympiadum.	Romæ conditæ	
219	3765	CXL. 2	535	Archagathus Romam venit.
218	3766	- 3	536	Andreas medicus obtruncatur.
190	3794	CXLVII. 3	564	Romani, bello cum Antiocho, rebus Asiæ se immiscent.
167	3817	CLIII. 2	587	Macedonia in formam provinciæ redacta & Græcia liberata, frequens Græcorum cum Romanis commercium.
154	3830	CLVI. 3	600	Finiunt sexcenti anni, quibus Roma sine medicis fuisse scribitur.
149	3835	CLVII. 4	605	Cato moritur, annos natus LXXXV.
133	3851	CLXI. 4	621	Attalus rex Pergamenorum ultimus decessit. Ejus temporibus vixit Nicander Colophonius.
				Asclepiades Prusiensis, Bithynus, Romam venit, ex rhetore medicus & sectæ novæ, Democriteo-Epicureæ, auctor.
63	3921	CLXXIX. 2	691	Mithridates devictus mori cogitur a filio. Pompeius, omnia regia præda potitus, ejus observationes de medicinis alexipharmacis, per libertum suum Lenæum, in sermonem Latinum jubet transferri.
48	3936	CLXXXIII.	706	Pompeius vietus periit.
46	3938	- 3	708	C. Julius Cæsar omnes medicinam Romæ professos, & liberalium artium doctores, quo libenter & ipsi urbem incolerent, & ceteri appetenter, civitate donavit.
44	3940	CLXXXIV.	710	Cæsar a conjuratis trucidatur.
31	3953	CLXXXVII. 2	723	Antonius & Cleopatra desinunt, bello Actiaco victi & in Ægyptum fugati.
				M. Artorius, Augusti medicus, post illud prælium ad Aëtium naufragio periit.
				Dioscorides Phacas.
22	3962	CLXXXIX. 2	731	Augustus a difficulti morbo per Antonium Musam curatur: hinc ipsi, & omnibus deinceps medicis, jus aurei annuli datum.
				Euphorbus Jubæ medicus.
				Themison medicinæ methodicæ fundamenta jicit.
				Philenides Catinensis.
?	3984	CXCV.	754	Annus a Christo servatore nato primus. Cassius.
				Æmilius Macer.
14	3997	CXCVIII. 2	767	A. Cornelius Celsus floret. Augustus moritur: succedit Tiberius. Eudemius. Pacchius Antiochus. Apuleius Celsus.*
				Tiberius.

\* In facello effuso, Isidi & Baccho consecrato, ubi Oppidum Pompeii olim fuit, sed tectum eruptione monitis Vesuvii tempore Plinii & nuper repertum; peregrinationibus meis, vidi in refectorio hujus facelli inscriptionem subsequentem—CORNELIA CELSA: & prope hoc facellum domus chirurgi nunc existit ubi multa instrumenta chirurgica inventa fuerunt, in palatio Portici Regis Neapolitani nunc deposita. Hæc domus fortasse olim fuit celeberrimi Cornelii Celsi, vel Apuleii Celsi, qui floruerunt non procul a tempore: hujus devastationis.

Post Christum natum.	Anno Mundi.	Olympiadum.	Romæ conditæ.	
37	4020	CCIII. 4	790	Tiberius moritur. Calpetanus, Arruntius, Æbutius, Rubrius.
41	4024	CCV.	794	Occiditur Caius Cæsar. Veetius Valens. Q. Stertinius, & frater ejus.
54	4037	CCVIII. 2	807	Scribonius Largus. Claudius moritur: succedit Nero. Andromachus pater & filius, archiatri. Democrats archiater. Asclepiades junior. Charicles. Menecrates. Eretianus.
				Theſſalus Trallianus methodicam ſectam instaurat. Crinas Massiliensis, iatromathematicus.
68	4051	CCXI. 4	821	Charmis Massiliensis psychrolusiae auctor. Nero ſe ipsum interficit.
78	4061	CCXIIII. 2	831	Vespasianus moritur: Titus succedit.
80	4063	- - 4	833	Athenaeus Attaliensis pneumaticæ ſectæ auctor. C. Plinius Secundus moritur. Dioscorides Anazarbenis.
89	4072	CCVII.	842	Arius. Apollonius Tyanœus Romæ versatur.
96	4079	CCXVIII. 4	849	Domitianus interimitur.
98	4081	CCXIX. 1	851	Trajanus cœpit. Agathinus. Magnus archiater. Herodotus.
				Archigenes. Rufus Ephesius. Plutarchus Chæronensis.
117	4091	CCXXIV. 2	870	Hadrianus cœpit. Soranus Ephesius methodicam ſectam absolvit. Item tum fuiffe videtur Cælius Aurelianus Siccensis: cuius habemus libros quinque Tardarum passionum; ac tres Celerum morborum.
*Margo inferior cum cartilagine nasi conjunctus.*

*Margo internus cum suo socio connexus est, & inferius apophysi perpendiculari ossis ethmoidici accumbit.*

*Margo externus apophysi nasali ossis maxillaris occurrit.*

*Connexio cum 4. ossibus. 1. Cum suo socio. 2. Cum osse frontali. 3. Cum osse maxillari. 4. Cum osse ethmoideo.*

*Usus.* Constituit narium, & tegit organum odoratus.

#### *Ossa Lachrymalia.*

*Situs in angulo interno orbitæ.*

*Figura quadrata est.*

*Divisio in superficiem externam & internam, & in 4. margines.*

*Margo superior cum osse frontali.*

*Margo inferior cum osse maxillari cohæret.*

*Margo internus cum apophysi papyracea ossis ethmoidiei &*

*Margo externus cum apophysi nasali ossis maxillaris conjungitur.*

*Cavitates.*

1. *Sulcus medius in margine externo, qui cum sulco medio apophysis nasalis ossis maxillaris fossam lachrymalem constituit.*

*Connexio cum 4. ossibus. 1. Cum osse frontali. 2. Cum osse maxillari. 3. Cum osse ethmoideo. 4. Cum osse spongioso inferiori.*

*Usus.* Constituit partem orbitæ, ductus lachrymalis, & labyrinthum narium obtagit.

#### *Ossa Spongiosa inferiora.*

*Situs in parte laterali & inferiori narium.*

*Figura, quæ cochlidi similis fore est.*

*Divisio in superficiem externam, quæ concava sinum maxillarem respicit.*

in superficiem externam, quæ convexa septo nasi obversa est.

in duos margines.

*Margo superior ciminctiæ transversali ossis maxillaris adhaeret.*

*Margo inferior liber in cavitate nasi pendet.*  
in duas extremitates in anteriorem & posteriorem.

*Connexio cum 3. ossibus per harmonias. 1. Cum osse maxillari. 2. Cum osse palatino. 3. Cum osse lachrymali.*

*Usus.* Superficiem organi odoratus augmentat. Aperaturam Antri Highmoriani angustare juvat.

#### *Ossa Palatina.*

*Situs in posteriori parte nasi, ex qua lateraliter in orbitam usque ascendit.*

*Figura est irregularis.*

*Divisio in tres partes.*

1. In partem palatinam, quæ palatum format.

2. In partem nasalēm, quæ in naso ad orbitam ascendet.

3. In partem orbitalēm, quæ in orbitam prominet.

*Prominentiae.*

1. *Apophysis pterygoidea, quæ ope incisuræ cum extremitate apophysis pterygoideæ ossis sphænoidalis, & tuberositate ossis maxillaris conjugitur.*

2. *Linea eminens, in superficie partis nasalis cui extremitas posterior ossis spongiosi inferioris incumbit.*

*Connexio cum 6. ossibus. 1. Cum suo socio. 2. Cum osse maxillari. 3. Cum osse sphænoidali. 4. Cum osse ethmoideo. 5. Cum osse spongioso inferiori. 6. Cum osse vomere.*

*Usus.* Format palatum, cavitatem nasi, orbitæ partem.

#### *Vomer.*

*Situs in medietate cavi narium, quod in duas partes dividit.*

*Figura quæ speciem vomeris refert.*

*Divisio in duas superficies & 4. margines.*

*Margo anterior, cui cartilago septi narium ossis ethmoidiei adnectitur.*

*Margo posterior, fauces respicit.*

*Margo inferior, qui in sulco ossium palati & maxillarium recipitur.*

*Superficies dextra & sinistra, cavitates narium respiciunt.*

*Connexio cum 4. ossibus & una cartilagine. 1. Cum osse sphænoidali. 2. Cum osse ethmoideo. 3. Cum osse maxillari superiori. 4. Cum osse palatino. 5. Cum cartilagine septi narium.*

*Usus.* Sustinet & dividit cavitatem narium.

#### *Maxilla inferior.*

*Situs in inferiori & anteriore parte faciei.*

*Figura soleæ ferreæ equinæ similis dicitur.*

*Divisio in superficiem internam & externam.*

in marginem superiorem & inferiorem.

in corpus seu partem mediam & extremitates.

*Prominentiae.*

1. *Apophysis condyloidea, quæ fovea articulari ossis temporum excipitur.*

2. *Apophysis coronoidea, quæ acuminata est, atque tendini musculi temporalis pro adhesione inservit.*

3. *Symphysis maxillæ, est linea eminens in medietate corporis.*

4. *Margo alveolaris, qui 1-6. alveolos habet.*

5. *Margo inferior, qui labium externum & internum format.*

6. *Anguli maxillæ, qui in extremitatibus marginis inferioris sunt.*

*Cavitates.*

1. *Excisura semilunaris, quæ inter apophysim condyloidem & coronoideam est.*

2. *Foramen maxillare posterius, in interna superficie.*

3. *Foramen maxillare anterius*, in extera superficie.
4. *Canalis mentalis*, qui in ossis substantia, sub dentibus a foramine posteriori ad anterius pergit, & nervum maxillarem inferiorem cum arteria & vena maxillari transmittit.
5. *Alveoli dentium* 16. in superiori margine maxillæ.

*Connexio* cum fovea articulari ossis temporis & eum osse hypodeo per musculos.

*Uſus.* Est masticationis organum.

#### *De Cavitatibus Faciei in specie.*

Præter cavitatem cranii quinque aliæ cavitates in capite ab ossibus eranii & faciei formantur.

1. *Orbitæ*
2. *Cavitas narium.*
3. *Cavitas oris.*
4. *Cavitas fancium.*
5. *Cavitas auditus.*

#### *Orbitæ.*

*Situs* sub fronte ad latera radicis nasi.

*Figura* est conoidea.

*Divisio* in introitum & fundum.

*Introitus* dividitur

- in marginem superiorem & inferiorem.
- in angulum externum & internum.

*Anguli orbitæ* etiam canthi voeantur.

*Cavitates* in orbita sunt,

1. *Fovea glandulæ lachrymalis* in externo.
2. *Fovea trochleæ orbitalis* in interno angulo.
3. *Fossa lachrymalis* pro situ facci lachrymalis.
4. *Canalis nasalis lachrymarum* est continuatio fossæ lachrymalis, pergit oblique in nares, & ibi sub osse spongioso inferiori aperitur.
5. *Rima orbitalis superior.*
6. *Rima orbitalis inferior.*
7. *Foramen superciliare.*
8. *Canalis infraorbitalis.*
9. *Foramen opticum.*

*Compositio* orbitæ ex 7. ossibus. Superius ex osse frontis. Inferius ex osse maxillari & jugali. Interius ex osse lachrymali, ethmoideo, & palatino. Exterius & in fundo ex osse sphænoideo.

*Uſus.* Continet, & defendit oculum ejusque partes adjacentes.

#### *Cavitas Narium.*

*Situs* sub antiea eranii parte in medietate faciei.

*Divisio* mediante septi ossei in dextram & sinistram cavitatem.

*Figura* pyramidalis est.

*Prominentiæ* sunt.

1. *Septum narium*, quod a vomere & lamina perpendiculari ossis ethmoidei constituitur.
2. *Tria paria* ossium spongiosorum.

*Suprema* &

*Medita*, quæ ambæ sunt partes ossis ethmoidalis.

*Inferiora*, quæ separata sunt.

*Cavitates* sunt,

1. *Sinum pituitariorum*, tria paria.

*Sinus frontales* in osse frontali.

— *sphænoidales* in osse sphænoidali.

*Sinus maxillares* qui etiam *Antra Higmori* vocantur, in osse maxillari sunt.

2. *Foramina narium antica*, quæ ab osse maxillari & vomere.

3. *Foramina narium postica*, quæ ab ossibus palatini, & vomere formantur.

*Compositio* nasi ex 14. ossibus. 1. Ex osse frontis.

2. Ex ossibus maxillaribus. 3. Ex ossibus nasi.

4. Ex ossibus lachrymalibus. 5. Ex ossibus spongiosis inferioribus 6. Ex osse sphænoideo. 7. Ex osse vomere. 8. Ex osse ethmoideo. 9. Ex ossibus palatinis.

*Uſus* est, ut formetur organum odoratus atque sinus pituitarii narium.

#### *Cavum Oris.*

*Situs* intra superiorem inferiorem maxillam.

*Figura* anterius ovata posterius transversum absissa.

*Divisio* in maxillam superiorem & inferiorem.

*Compositio* ex 5. ossibus & 32. dentibus. 1. Ex ossibus maxillaribus superioribus. 2. Ex ossibus palatinis. 3. Ex maxilla inferiori.

*Uſus* hujus cavi est pro masticatione.

#### *Dentes.*

Sunt ossicula parva alveolis maxillarum infixa.

*Numerus* ordinarie 32. sunt. In qualibet maxilla 16.

*Divisio* in tres species.

in 4. medios qui incisi vi dieuntur.

— 2. caninos, quorum singulus, ad latus incisorum est.

— 10. molares, quorum in singulo latere 5. sunt.

*Divisio* euſuslibet dentis est.

in coronam, quæ pars suprema dentis extra gingivas prominens est.

— collum, quod eireulus sub corona est.

— radicem, pars inferior dentis alveolo absentia.

*Differentia coronarum.*

*Coronæ* dentium incisorum sunt latæ, & habent marginem aeuminatum.

*Coronæ* dentium caninorum sunt crassæ & apicem habent obtusum.

*Coronæ* dentium molarium sunt pluribus eminentiis acuminatæ.

*Differentia radicum.*

*Radices* dentium incisorum sunt simplices & tenues.

*Radices* dentium caninorum sunt etiam simplices, sed longiores & crassiores quam in incisoribus.

*Radices* dentium molarium sunt in primo simplices, in eæteris autem duplies, triples, quadruples, quæ subinde concretæ sunt.

*Cavitas dentis.* In radice qualibet foramen est, quod in

*in parvam cavitatem, quæ in dentis substantia interna est, dicit. Per hoc foramen intrat nervus, arteria, vena alveolaris, & periosteum internum dentis.*

*Substantia dentis in radice compacta est. Coronæ superficies externa peculiaris substantia durissima & albissima, quæ vitrea vocatur, & loco periostei externi est, obducitur.*

*Connexio. Radices dentium alveolis per gomphosim seu inclavationem insiguntur.*

*Usus est ad masticationem.*

*Genesis dentium. Fœtus duplum sericum dentium in qualibet maxilla gingivis occultam habet.*

*Tempus prima dentitionis est sexto vel septimo post partum mense. Hi dentes dentium primariorum seu lactariorum nomine insigniuntur.*

*Tempus secundæ dentitionis. Circa septimum ætatis annum lactarii dentes sensim exidunt, & sensim novi ex iisdem alveolis subnascuntur, hi vocantur, dentes secundarii, seu perennes quia per vitam durant.*

*Ultimi dentes molares admodum sero in adulta jam ætate prodeunt, ideo dentes sapientiæ etiam dicuntur.*

### Cavitas Faecum.

*Situs sub basi cranii, intra corpora superiora vertebrarum colli & posticam narium partem.*

*Figura est superius quasi quadrata.*

*Divisio in sex partes.*

- *in supremam, quæ a processu basilari ossis occipitis.*

- *in anticam, quæ ab apophysibus pterygoideis ossis sphænoidalium, ossibus palatinis & vomere formatur.*

- *in posticam quæ a tribus supremis vertebrarum colli corporibus.*

- *in duas partes laterales, quæ ab ossis temporis partibus petrosis formantur.*

*Compositio ergo est ex hisce 10. ossibus.*

*Usus. Est pro situ faecum, laryngis, pharyngis, ossis hyoidei.*

### Os Hyoideum.

*Situs in faecibus intra linguæ basim & laryngem.*

*Figura est semilunaris.*

*Divisio in corpus & 4. cornua.*

*Prominentiæ sunt,*

1. *Duo cornua majora, quæ a lateribus corporis exirent & cum cornibus cartilaginis scutiformis laryngis ope ligamentorum cohaerent.*

2. *Duo cornua minora, quæ etiam ossicula triticea vocantur & ad ortum cornuum majorum prominent.*

*Connexio cum sex partibus vel per musculos, vel per ligamenta processibus. 1. Cum lingua. 2. Cum laryngis. 3. Cum processibus styloideis ossis temporis. 4. Cum maxilla inferiori. 5. Cum scapula. 6. Cum sterno.*

*Usus. Inservit linguæ pro adhæsione, & deglutitione.*

### Cavitas Auditus.

*Situs est interne in parte petrofa ossis temporis*

*Divisio in meatum auditorium extermum.*

- *cavitatem tympani, in qua 4. ossicula auditus locantur.*

- *labyrinthum.*

- *meatum auditorium internum.*

### De Trunko.

*Truncus sceleti dividitur in Spinam.*

*Thoracem &  
Pelvem.*

### Spina Dorfi.

*Est columnæ ossea, quæ in postica trunci parte a foramine occipitali magno ad os sacrum usque extenditur.*

*Compositio ex 24. vertebris.*

*Divisio vertebrarum est in 7. vertebrae colli.*

- 1. *vertebras dorfi.*

- 5. *vertebras lumborum.*

*Divisio singulæ vertebræ est in corpus & 7. apophyses.*

*Corpus est pars crassa, quæ anticus partem vertebræ constituit.*

*Apophyses 7. sunt,*

1. *Apophysis spinosa, quæ in parte postica eminet.*

2. *Duæ apophyses obliquæ superiores.*

3. *Duæ apophyses obliquæ inferiores.*

4. *Duæ apophyses transversæ, quæ ad latera sunt.*

*Cavitates sunt,*

1. *Specus vertebralis, qui medullam spinalem continet, & ab occipite ad posticam superficiem ossis sacri usque extenditur.*

2. *Foramina lateralia vertebrarum, quorum 24. sunt, in quolibet corpore vertebrali medium.*

*Hæc nervos spinales emittunt.*

*Connexio vertebrarum est dupl. cx.*

1. *Corpora invicem per synchondrosis.*

2. *Apophyses obliquæ unius vertebræ cum apophysibus vertebræ sociæ per arthrodiam connectuntur.*

*Usus spinæ dorfi est, ut sit fulcrum trunci & capititis, ut contineat & defendat medullam spinalem.*

### Vertebra Prima Colli.

*Hæc vocatur etiam Atlas.*

1. *Nec corpus, nec apophysim spinosam habet.*

2. *Eorum loco arcum anteriorem & posteriorem format.*

3. *Arcus anterior processum dentiformem vertebræ secundæ circumdat.*

4. *Loco apophysium obliquarum superiorum duos sinus articulares habet, qui condylos ossis occipitis excipiunt.*

5. *Superius cum capite, inferius cum secunda vertebra*

tebra colli ope apophysium obliquarum inferiorum, & processus odontoidei cohaeret.

### Vertebra Secunda Colli.

Hæc etiam Axis seu Epistropheus dicitur. Peculiare illi est.

*Apophysis odontoidea* seu *dentiformis* in parte superiori corporis, que intra arcum anteriorem atlaatis ope ligamenti transversalis in situ retinetur, & alio ligamento ad foramen occipitale magnum firmatur.

### Vertebræ Colli.

Hoc peculiare habent.

Quod *apophyses transversæ* omnes peculiare habent foramen pro ascendentibus arteriis vertebralibus.

### Vertebræ Dorsi.

Hoc peculiare in illis est.

1. In lateribus corporum versus processus transversos tam in superiori, quam & in inferiori margine utrinque *excavatio* est, cartilagine obsita; duæ inferiores una cum superioribus duabus vertebræ sequentis *foveam* semper formant, cui inseritur costarum extremitas posteriora major; hinc quævis costa inter duo vertebrarum corpora recipitur.
2. *Superficialis fovea*, in apicibus apophysium transversarum pro capitulo minori costarum.

### Vertebræ Lumborum.

Maxima spinæ dorsi mobilitas est inter ultimam vertebram dorsi, & primam lumborum.

### De Cavitate Thoracis.

*Compositio ex 37. ossibus.*

12. vertebris dorsi.
24. costis.
1. sternō.

*Uſus.* Continet & defendit viscera vitalia. Inservit respirationi.

### Costæ.

*Situs* est obliquus a vertebris dorsi ad sternum.

*Figura* est semicircularis.

*Numerus*; sunt 24, in quolibet latere 12.

*Divisio generalis* in 7. *veras*, quæ ad sternum necessuntur.

in 5. *spurias*, quæ ad sternum usque non pertingunt.

### Divisio singulæ costæ.

in *corpus* & *extremitates*, unam anteriorem, alteram posteriorem.

in *superficiem externam* & *internam*.

in *marginem superiorcm* & *inferiorcm*.

### Eminentiae.

1. *Capitulum majus*, quod foveis articularibus vertebrarum dorsi necessitum.

2. *Collum*, quod intra duo capitula haeret.

3. *Capitulum minus*, quod apicibus apophysium transversalium vertebrarum dorsi adhaeret.

4. *Angulus costæ*, qui pars posterior maxime convexa costæ est.

*Cavitates* sunt in qualibet costa.

1. *Sulcus longitudinalis* in margine inferiore cujuslibet costæ, qui arteriam intercostalem recipit.

*Substantia.* Pars anterior cartilaginea, reliqua tota ossea & compacta est.

*Connexio.* Extremitas anterior costarum verarum per synchondrosim cum sterno necitum.

- Extremitates posteriores omnium 24. costarum operi capituli majoris & minoris vertebris dorsi per gynglymum alligantur.

*Uſus* costarum est formare thoracem, inservire respirationi, defendere viscera vitalia, mammis adhaesionem dare.

### Sternum.

*Situs* in antica thoracis parte inter costas veras.

*Figura* pugioni aliquantum similis.

*Divisio* in *superficiem internam* & *externam*.

- extremitatem superiorum & inferiorem.
- margines duos lateres.
- portionem superiorum, inferiorem & appendicem partem inferioris, qui *Cartilago xyphoidea* seu *eniformis* vocatur.

*Cavitates.*

1. *Sinus jugularis* in parte suprema & media cui trachea contigua est.

2. Duo *sinus claviculares*, ad latera partis supramæ, quibus claviculae necuntur.

3. 7. *foveæ costales* in margine laterali pro costis.

*Connexio* sterni. 1. Cum claviculis per arthrodiam.

2. Cum cartilaginitibus 7. costarum verarum per synchondrosim.

*Substantia* est admodum spongiosa.

*Uſus* est formare thoracem, mediastino dare adhaesionem.

### De Cavitate Pelvis.

*Situs* in infima trunci regione.

*Figura* aliquantum pelvi tonsoriarum similis.

*Divisio* in *alas* & *cavitatem*.

*Cavitas* in *introitum* & *exitum*.

*Compositio* ex 4. ossibus. Ex duobus ossibus innominatis. Ex osse sacro, ex osse coccygis.

*Connexio* ossium pelvis est per synchondrosim.

*Uſus* pelvis est continere organa generationis, vesicam, intestinum rectum. Fulcire spinam dorsi.

### Ossa innominata.

*Situs* est ad latera pelvis.

*Figura* est irregularis.

*Divisio* in *fætu* in tres portiones.

in os iliei, quod partem superiorem constituit.

in os ischii, quod inferius.

in os pubis, quod anterius locatur.

*Divisio* totius ossis in *superficiem externam* & *internam*.

*Eminentiae* sunt,

1. *Tuberositas iliei*, quæ in parte postica osse iliei est, quo loco cum osse sacro cohaeret.

2. *Crista ilci*, quæ marginem supremum & crassum ossis ilei format.
3. *Spina ilei posterior*, est initium cristæ ilei in parte postica.
4. *Spina ilei anterior & superior* est finis cristæ in parte antica.
5. *Spina ilci anterior & inferior* est statim sub priori spina.
6. *Crista ossium pubis*, quæ marginem superiorem ossium pubis constituit.
7. *Arcus ossium pubis*. Sunt in antica ossis innominati parte.
8. *Tuberositas ischii* est in inferiore margine ossis cui loco insidemus.
9. *Spina ischii* est retro tuberositatem ischii.

*Cavitates.*

1. *Cavitas iliaca externa*, quæ in externa ossis ilci superficie.
2. *Cavitas iliaca interna*, quæ in interna hujus ossis superficie est.
3. *Excisura inter spinas ilci anteriores*.
4. *Excisura ischiatica anterior*, quæ ante.
5. *posterior*, quæ retro spinam ischii est.
6. *Acetabulum* quod ab omnibus tribus portionibus ossis innominati formatur & caput ossis femoris excipit.
7. *Fovea acetabuli*, quæ in fundo acetabuli est, & glandulum synoviale atque ligamentum teres femoris continet.
8. *Foramen ovale*, quod ab arcu ossis pubis & ischii formatur.

*Connexio ossium pubis* inter sc per symphysim cartilagineam. *Ossium ilci* cum osse sacro per synchondrosim. Cum capite ossis femoris per enarthrosim. *Usus* est constituere pelvem, uterum gravidum retinere in situ ; pro femoribus acetabula parare.

*Os Sacrum.*

*Situs* est parte postica pelvis.

*Figura* est triangularis, antrorum flexa.

*Divisio* in superficiem anticam & posticam.

- *basim* seu partem supremam.
- *latera* &
- *apicem*.

*Prominentiae.*

1. *Duæ apophyses obliquæ superiores*, in basi ossis prominent.
2. *Tubercula apophysium spinosarum*.
3. *obliquarum*
4. *transversalium*. Quæ omnia in superficie postica sunt.
5. *Vestigia corporum vertebralium* in superficie antica.

*Cavitates.*

1. 4. *paria foraminum externorum*, quæ in externa superficie inveniuntur.
2. 4. *paria foraminum interiorum*, quæ nervos sacros cinitunt, sunt in interna superficie.

3. 5. *Canalis longitudinalis medius*, qui nervos sacros continet, in postica superficie est conspicuus.

*Connexio* cum 4. ossibus. 1. Cum ultima vertebra lumbali. 2. Cum osse coccygis. 3. Cum ossibus innominatis.

*Substantia* est tota spongiosa, ex vertebris 5. quas *spurias* vocant, coalitis.

*Usus* est constitucere pelvem, sustinere spinam dorsi.

*Os Coccygis.*

*Situs* est in apice ossis sacri.

*Figura* est triangularis.

*Divisio* in basim, latera, & apicem.

in superficiem externam & internam.

*Compositio* ex 3. parvis vertebris spuris cartilagine coalitis.

*Connexio* cum apice ossis sacri per synchondrosis.

Cum osse ischii per synovosim seu ligamenta ischio coccygea.

*Usus* est constitucere pelvem, sustinere intestinum rectum praecavere in partu rupturam perinæi.

*Clavicula.*

*Situs* obliquus est in supra & laterali thoracis parte inter sternum & scapulam.

*Figura* est literæ S. similis.

*Divisio* in corpus & extremitates, unam anteriorem, alteram posteriorem.

in superficiem superiorem & inferiorem.

*Cavitates.*

*Sulcus* vasorum subclaviorum, qui in inferiore superficie est.

*Connexio*. Extremitas anterior cum sterno. Extremitas posterior cum acromio scapulæ per arthrodiam.

*Usus* est concretere scapulam & humerum cum thorace, defendere vasa subclavia.

*Scapula.*

*Situs* est in parte suprema & laterali dorsi.

*Figura* est triangularis.

*Divisio* in duas superficies quarum una posterior seu externa, altera anterior seu interna est.

in tres margines in superiorem, externum & internum.

in tres angulos in superiorem externum.

in superiorem internum:

in inferiorem.

*Prominentiae.*

1. *Labia marginis externi*, qui etiam basis scapulæ vocatur.

2. *Collum scapulæ*, quod angulum superiorum externum format, & locus sub cavitate articulari est.

3. *Spina* est processus, qui superficiem posticam dividit.

4. *Acromium* est pars anterior spinæ.

5. *Apophysis coracoidea*, quæ in parte antica & superiori cavitatis articularis prominet.

#### Cavitates.

1. *Cavitas articularis* in collo scapulæ, quæ caput humeri excipit.
2. *Fovea acromii*, quæ cum clavicula cohæret.
3. *Cavitas supraspinata*, quæ supra spinam.
4. *Cavitas infraspinata*, quæ infra spinam scapulæ in superficie postica est.

*Connexio* cum 4. ossibus. 1. Cum *clavicula* per arthrodiām. 2. Cum *cōstis*; & 3. Cum *osse hyoideum* per syssarcosim seu mūsculos. 4. Cum *humero* per arthrodiām.

*Uſus* est dorsum defendere, humero articulationem parare.

#### Os Humeri.

*Situs* est intra scapulam & antibrachium.

*Figura* est longa.

*Divisio* in *corpus* & *extremitates*. Unam *superiorem*, alteram *inferiorem*.

*Prominentie* sunt,

In *extremitate superiori*.

1. *Caput*.
2. *Collum* spatium sub capite.
3. *Tuberculum majus* quod posterius.
4. ————— minus quod anterius sub collo capitatis est.

In *extremitate inferiori*.

3. *Condyli*. 1. *Condylus externus*.
2. ————— *internus*. Qui pro adhæsione mūsculorum extensorum & flexorum digitorum sunt.
3. ————— *Condylus capitatus* pro articulo radii.

*Trochlea humeri* pro articulatione cubiti.

*Cavitates* sunt,

In *extremitate superiori*.

1. *Sulcus* tuberculorum pro tendine uno mūsculi bicipitis.
2. *Fossa posterior*, præ processu anconeo cubiti.
3. *Fossa anterior* pro apophysi coronoidea cubiti.

*Connexio* cum tribus ossibus. 1. Cum *scapula* per arthrodiām. 2. Cum *cubito* per ginglymum angularēm. 3. Cum *radio* per ginglymum duplīcēm.

*Substantia* est triplex, in corpore compacta, in extremitatibus spongiosa, interne reticularis.

*Uſus* est ut constituat brachium.

#### Cubitus.

*Situs* in interno antibrachii latere versus digitum minimum.

*Figura* est longa superius crassior quam inferius.

*Divisio* in *corpus* & *extremitates*, quorum una *superior* altera *inferior*.

*Prominentie* sunt sex.

In *extremitate superiore*.

1. *Olecranon* seu *processus anconeus* qui posterius.

2. *Apophysis coronoidea*, quæ anterius est.

In *extremitate inferiore*.

4. *Capitulum inferius*, quod parum excavatum.

5. *Collum capituli*.

6. *Apophysis styloidea*, quæ juxta capitulum est.

*Cavitates*.

1. *Cavitas Sigmoida*, quæ inter processum anconeum & coronoideum est, & trochleam humeri excipit.

*Connexio* cum 3. ossibus. 1. Cum *trochlea humeri* per ginglynum. 2. Cum ossibus *carpi* per arthrodiām. 3. Cum *radio* superius & inferius per trochoidem.

*Uſus* constituit fulcrum primarium antibrachii.

#### Radius.

*Situs* est in externo antibrachii latere versus pollicem.

*Figura* est longa.

*Divisio* in *corpus* & duas *extremitates*. Unam *superiorem*, alteram *inferiorem*: quæ crassior, quam superior est.

*Prominentie* in *extremitate superiore*.

1. *Capitulum superius* seu *excavatum* quod cum condylo capitato humeri articulatur.
2. *Capitulum mūsculi bicipitis*, quod sub collo capituli superioris est.
3. *Apophysis styloidea*, quæ in *inferiori extremitate* est.

*Cavitates*.

1. *Cavitas glenoidea* in *inferiore extremitate*, quæ cum carpo articulatur.

*Connexio*. 1. Cum condylo capitato humeri. 2. Cum *cubito* superius & inferius. 3. Cum ossibus *carpi*.

*Uſus* est, ut antibrachium constituere juvet, ut flexioni, supinationi, & pronationi ejus inserviat.

#### Carpus.

*Constituitur* ex 8. ossiculis, quæ sibi in dupli*ci serie* accumbunt.

*Situs* eorum est intra antibrachium & metacarpum.

*Divisio* ossium in duas *series*, in *superiorem* & *inferiorē*.

in *serie superiori* sunt a pollice ad digitum minimum.

Os *naviculare*.

— *semilunare*.

— *cuneiforme*.

— *subrotundum*.

in *serie inferiori* sunt a pollice ad digitum minimum.

Os *multangulare majus*.

— — — — *minus*.

— *capitatum*.

— *unciforme*.

#### Metacarpus.

*Metacarpus.*

*Situs* est inter carpum & digitos.

*Compositio* ex 5. ossibus longitudinalibus.

1. Unum est pro pollice.

2. 4. sunt ossa metacarpi digitorum.

*Connexio* est duplex. 1. Cum carpo. 2. Cum digitis.

*Usus* est constituere medianam partem manus.

*Digitus.*

*Situs* in extremitatibus inferioribus metacarpi.

*Compositio.* Pollex ex duobus.

Digitus ex tribus officulis constant, quæ phalanges vocantur.

*Divisio* phalangum in supremam medium, extremam.

*Usus* est constituere digitos, qui instrumenta tactus, defensionis, & laboris sunt.

*Femur.*

*Situs* intra pelvem & tibiam.

*Figura* est longa.

*Divisio* in corpus & extremitates. Unam superiorem & alteram inferiorem.

*Prominentiae* in extremitate superiore.

1. *Caput* est pars suprema semiglobosa.

2. *Collum* quod oblique a capite ad trochanteres pergit.

3. *Trochanter major* est tuberositas exterior.

4. *Trochantur minor* tuberositas est situ interior & posterior.

*Prominentiae* in extremitate inferiore.

5. *Condylus externus*, qui minor est.

6. ————— internus, qui interno aliquantum maior est.

*Cavitates* in extremitate superiore.

1. *Fovea* in capite pro ligamento terete.

*Cavitates* in extremitate inferiore.

2. *Sinus patellæ*, inter condylos, pro excipienda patella.

3. *Excisura condylorum postica*, quæ vasa subpoplitea continet.

*Connexio* cum 3. ossibus. 1. Cum acetabulo osseum innominatorum per enarthrosim. 2. Cum capite tibiæ & 3. Cum patella per ginglymum.

*Substantia* est in corpore compacta, in extremitatibus spongiosa, in cavo medullari reticularis.

*Usus* est constituere partem extremitatis inferioris.

*Tibia.*

*Situs* in laterc interno cruris inter femur & tarsum.

*Figura* est longitudinalis.

*Divisio* in corpus & extremitates. Unam superiorem, alteram inferiorem.

*Prominentiae*.

1. *Caput tibiæ*, quod duobus sinibus articularibus excavatum est.

2. *Spina tibiæ* cui ligamentum patellæ, & tendo communis musculorum extensorum tibiæ adhæret.

3. *Crista tibiæ* est margo acutus anterior a spina descendens.

4. *Malleolus internus*, qui processus inferior tibiæ est.

*Cavitates.*

Duo *sinus articulares* in capite tibiæ, quibus condyli femoris insident.

*Cavitas articularis* in extremitate inferiore pro astragalo.

*Connexio* cum 4. ossibus. 1. Cum condylis ossis femoris 2. Cum patella & 3. Cum fibula per synarthrosim. 4. Cum astragalo par arthrodiam.

*Usus* constituit crucis fulcrum & inservit flexioni extremitatum inferiorum.

*Fibula.*

*Situs* in extima cruris parte juxta tibiam.

*Figura* est longitudinalis.

*Divisio* in corpus & extremitates, unam superiorem, alteram inferiorem.

*Prominentiae.*

1. *Caput fibulæ*, quod in superiori extremitate est.

2. *Malleolus externus*, qui in extremitate inferiori est.

*Connexio* cum duobus ossibus. 1. Cum tibia. 2. Cum astragalo.

*Usus* est ut constituat tibiæ fulcrum, & crus formare juvet.

*Patella.*

*Situs* est in sinu intra condylos femoris & supra tibiam.

*Figura* est cordiformis.

*Divisio* in superficiem externam & internam.  
in basim, apicem, & latera.

*Connexio* cum duobus ossibus. 1. Cum sinu condylorum femoris. 2. Cum tibiæ spina per ligamentum.

*Usus* est ut firmet articulationem genu, & tendini musculorum extensorum tibiæ communi sit trochlea.

*Tarsus.*

*Situs* est inter crus & metatarsum.

*Figura* est superius capitata inferius lata.

*Compositio* ex 7. ossibus, quæ in dupla serie locantur.

In prima serie. *Astragalus*, qui superius.

*Calcaneus*, qui inferius est.

In secunda serie. *Os naviculare* & juxta illud in latere interno.

*Os cubiforme.*

Tria ossa cuneiformia, quæ juxta se invicem locantur.

*Prominentiae* sunt,

1. *Caput astragali*, quod inter malleolos cum extremitate tibiæ cohæret.

2. *Tuberostas calcanei* cui tendo Achillis inseritur.

*Usus* est ut constituat basim pedis, ut serviat motui pedis extrebi.

I.

*Metatarsus.*

*Metatarsus.*

*Situs* est inter tarsum & digitos pedis.

*Divisio* in superficiem superiorem & inferiorem.

*Compositio* est ex 5. ossibus longitudinalibus, quæ  
5. ossa metatarsi vocantur.

*Usus* est constituere dorsum & plantam pedis.

*Digitus Pedis.*

*Compositio.* Pollex ex duobus officulis.

*Digitus* quilibet ex 3. officulis, quæ phalanges vocantur, constat.

*Officula Sesamoidea.*

Sunt officula parva pisa referentia.

*Situs* in junctura sub phalangibus pollicis, manus &  
pedis.

## OSTEОLOGIA RECENS, ET SYNDESMОLOGIA.

Partes, quæ in Syndesmologia considerantur, sunt,

1. *Periosteum internum, & externum.*
2. *Cartilagines.*
3. *Medulla ossium.*
4. *Glandulæ articulares.*
5. *Synovia.*
6. *Vasa, & nervi ossium.*
7. *Ligamenta ossium.*

*Periosteum ; et Color naturalis Ossium.*

*Periosteum* membrana tenuis quidem, sed robusta, magis, minusve diaphana, maxime elastica est, faciei ossium externæ, ac internæ superintensa.

Tegit ossa corporis omnia, exceptis solum dentibus.

*Facies externa* lævis est, *interna* pro varia ratione inæqualis ossium superficie inæqualis.

Diversa adquirit nomina, prout diversas amicit partes ; sic cranium tegens, dicitur *pericranium* ; vestiens cartilagini *perichondrium* audit ; obducens ligamenta *periostium* appellatur.

*Structura* membranæ hujus plurimis vasis instruetæ componitur stratis diversis membranaceis, quæ jam plures, jam pauciores sibi mutuo superincumbunt : strata hæc ipsa denuo constant serie fibrarum membranacearum, quæ, si seorsim spectentur, directione parallela decurrunt ; in periosteо autem universo arête sibi sunt intertextæ.

*Connexio* sequenti fit ratione : facies periosteī interna cohæret ope vasorum, firmissime cum ipsa ossis substantia ; facies externa connectitur cum tectu celuloſo, & muscleſis.

Quum vero in senibus vasa plurima sensim aboleantur, exsiccescant, & in fibras abeant, periosteum in his non firmiter adeo, uti in juvenibus, ossibus adhæret.

*Periosteum internum* oriri videtur a vasis, nervisque substantiam ossis transcurrentibus, & per superficiem horum internam dispersis.

Membrana hæc, periosteо externo adhuc tenuior, non solum medullam ossium cylindricorum, sed & omnes ossium cavernulas undique obducit.

*Uſus periosteī* est :

1. Ut vasa excipiat, ordinet, quo demum in ossium cylindricorum interiora medullam fecerant, & os ipsum nutrit.
2. Ut epiphyses cum ossibus ipsis neſtāt.
3. Ut musculi, & tendines eidem inscrantur ; et si quidem & nonnulli tendines perforent periosteum, osque immediate adhæreant.
4. Ut ossa ab aëre externo, aliisque noxis defendat, dum vulnus ad illa usque adactum fuit.

*Color naturalis Ossium.*

*Color naturalis ossium recentium* varius est ; quædam albent, rubent alia, aliaque ex albo cæruleſcent.

Substantia præterea ossium compacta alba, spongiosa vero subrubra, & ex albo subærulea est ; hinc corpus ossium cylindricorum albet, extremitates nunquam non rubent.

*Aetas* etiam diversitatem quoad colorem ossium ad fert.

In adultis ossa in genere cernuntur alba, in infantibus rubicundiora : hæc tamen semper de corpore ossium, & substantia compacta solum tenenda sunt ; ossium enim substantia spongiosa in senibus subfuscata sit.

In ætate consistenti ossa omnia in genere rubriora manifesto sunt, quam quidem in senio ; in illa enim quamplurima ossium vasa aperta adhuc sunt, & sanguinem transmittunt, quæ in senio sensim coalescent : non tamen hæc dicta sint in universum de subjectis omnibus ejusdem ætatis ; varium enim vitæ genus notabile denuo circa hæc omnia adfert discriben.

Ossa hominis, ab ipsa tenella ætate duro labori adfueti a motu non interrupto firma prius, & compacta sunt ; quum vasa inter lamellas ossreas decurrentia inde comprimantur, in fibras abeant, & eandem ob rationem

rationem citius albescant, quam in homine commodiori, otioso vitae genere utente.

*Dentes*, uti albuginea oculi tunica, in Europaeis, aliisque gentibus colore nitent margaritaceo nonnihil subgrisco; in aethiopibus autem, & dentes & albuginea tunica oculi candore niveo a reliquis manifeste distincto donantur.

Ossa hominum, qui ob luem veneram frictione mercuriali fuerunt usi, vel & argentum vivum usu interno in corpus receperunt, nunquam alba adeo evadunt, uti in sceleto eleganti foret requisitum; hinc & in hunc scopum adhiberi nequeunt.

Colorcm ossium naturalem chirurgus ut noscat, utilissimum, & saepe omnino necessarium est ratione morborum diversi generis, vulnerum, aut operacionum, circa ossa instituendarum.

Addendum dictis adhuc est, notandum etiam probe Chirurgis esse, ubinam ossa inaequalia, scabra, aspera, aut laevia sint, ut sic sciant in statu praeternaturali, quid secundum naturam, quid contra hanc sit, aut esse possit.

### Cartilagines.

*Cartilago* corpus firmum, laeve clasticum, colore margaritaceo peditum, extremitates ossium obtegens, hisque arctissime aderctum.

Firmitas harum, seu durities inter firmitatem ossis, & ligamenti medium tenet locum.

*Substantia* cartilaginum constare videtur gelatina coagulata, ac inspissata, cui fibræ interspersæ sunt sui generis: certum saltem id est, partes, quibus componuntur cartilaginiæ, cartilagineæ semper, nunquam vero ossæ esse indolis.

*Superficies externa* cartilaginum laevis, æqualis, membranaque tenui vestita est, quæ perichondrium audit, & ceu productio periostei habetur: tenuior tamen multo est, & minori, quam periosteum, sensibilitate videtur instructa esse.

Per totam cartilaginem crassitudinem cavitates omnino nullæ occurunt, nec cellulæ; hinc & nullam continent medullam, aut succum medullarem; pori nulli cernuntur manifestiores, sed *foraminula* solum minima pro transitu vasorum exilissimorum.

*Dividuntur* cartilaginiæ trifariam:

1. Ratione figuræ;
2. —— situs;
3. —— usus.

*Ratione figuræ* convexa sunt, aut concavæ, lenticulariæ, semilunares, triangulares, oblongæ, ovales, vel deinceps figuræ indeterminatae.

*Ratione situs*, cartilaginiæ dicuntur *interarticulares*, quod inter ossium articulationes hærent; liberæ hæ sunt, nec cum ossibus concretæ: hic referuntur cartilaginiæ inter condylos ossis femoris, & tibiarum; in articulatione maxillæ inferioris; inter nuxum sterni, & claviculæ. e. s. p.

*Ratione usus* vcl sunt *obducentes*, quibus in extremitatibus ossium condyli, & foveæ articulares obdu-

cuntur, vel *unientes*, quorum ope bina ossa firmiter inter se se mutuo uniuntur.

*Usus* cartilaginum est:

1. Ob superficiem earum laevem, & lubricam, ossa articulatione mobili inter se juncta, facile & abs majori adfrictu supra se volutari queunt; quo mechanismo motus horum longe expeditior redditur.

2. Flexilitate sua varias, pro diversis motibus requiras formas recipere queunt.

3. Elasticitate sibi propria situm, formamque naturalem, pristinam denuo recuperant, quamprimum impressio recessoerit; facere etiam elasticitas cartilaginum potest, ut motus articulationum facilior fiat, & promptior.

4. Articulationes ipsas lubricas reddunt, conservant.

5. Ossa demum varia immobilia firmiter invicem uniu.

1. In articulo maxillæ superioris utrinque reperiatur *cartilago concava*, eaque mobilis, cui condylus praedictæ maxillæ incumbit.

2. Intra claviculas & sternum sunt duæ cartilaginiæ, prioribus fere similes.

3. Inter quibusvis vertebris existunt cartilaginiæ admodum crassæ, attamen ossibus affixæ.

4. Inter cubitum & carpum collocatur *cartilago* quedam mobilis.

5. Os femoris & tibiam intercedunt duæ cartilaginiæ circulares, ligamentosæ, quæ uno extremo sibi invicem junguntur.

6. Ossa pubis in anteriore parte mutuo connectuntur per *cartilaginem validam*, quæ in partu diffici quæcumque, præscriptim in mulieribus junioribus, ad partum facilitandum distenditur: sed claudicatio semper pro tempore sequitur.

Aliæ cartilaginiæ articulatoriæ, quæ ossium extrema obducunt, ubique in omnibus articulis occurruunt, quas speciatim referre, supervacaneum efficit.

Reliquæ *Cartilaginiæ non-articulatoriæ* hujus loci non sunt, quia alibi, quam in articulis existunt. Quædam harum quidem etiam extremitatibus ossium adhaerent; aliæ aliorum ossibus apponuntur; aliæ iterum peculiares corporis partes constituant, ut cartilaginiæ artcriæ asperæ, &c.

### Medulla; Glandulae articulares; Synovia.

*Medulla* ossium pars est sanguinis oleosa, pinguisima, jam fluidior, jam & crassior, in ossium internis tum cellulis horum officis, tum tubis medullaribus ossium cylindricorum contenta.

Diximus jam antea, cellulas omnes osseas, & cavernulas ossium vestiri a periostro interno; hoc totidem inibi producit folliculos, aut sacculos, in cellulas, & cellularis vesiculos subdivisos, quibus medulla continetur, quorumque orificia omnia inter se invicem communicant: hinc & medulla exsiccata botros,

tres, aut series globulorum lateraliter in omnem ambitum sese excipientium referre videtur.

Textus hic non multum differt ab eo, qui in aliis corporis cellulosis partibus, conspicitur, ubi pinguedo adaccumulatur; ea solum intercedente differentia, textum medullam coercentem minorem multo, & subtiliorem esse.

Medulla ex sanguine per arterias secernitur, in substantiam ossium penetrantes, ubi, in inumeros ramulos exiguos divisae, succum suum medullarem in destinatas demum exonerant cellulas.

Sanguis a secretione hac residuus, excipitur a venis, & per eandem viam ex osse in massam sanguinis revehitur.

Copia vasorum subtilium una cum incremento aetatis sensim decrescit; nam, et si majores vasorum trunci secretioni medullari dicati per incrementum corporis majores indies fiant; surculi tamen inde enati capillares paulatim coalescunt, & prout majori minorive copia dispersi sunt, majorem minoremque medullae ruborem conciliant.

Patet hinc ratio, cur medulla in infantibus rubeat, in aetate virili ex albo flavescat, in senibus vero limpida, & aquosa sit.

Medulla ipsa sensibilis non est, cellule autem quibus reconditur, magna sensititate gaudent; demonstrant hanc sententiam morbi dolore stipati in ossium interiori parte enati.

*Usus.* Medulla inter lamellas ossium transudans fragilitatem horum facilem minuit; ossa enim humectans facit, ut haec faciliter cedant, atque sic vi exteriorae resistant.

Veritatem hujus confirmat experientia, quae nobis monstrat; fracturas ossium faciliter enasci in hominibus, quorum succus medullaris a morbis corruptus est; faciliter etiam enasci fracturas in senibus quam junioribus, et si quidem in his ultimis frequentior fracturarum sese obferat occasio.

*Anchylosis* etiam avertit medulla.

Quum per foraminula circa articulationes praesentia transeat, articulationum ipsa juncturas intret, atque ibi loci una cum humoribus aliis ita dictam synoviam constitutat.

*Glandulae Haversianae* glandulae speciales sunt molles, ac tenere, in articulationibus haerentes. Latius in *adenologia* exponentur.

Glandulae haec situ adeo commodo in articulationibus recumbant, ut motu ipso lenitur quidem premi, nunquam vero, nisi enormior multo vis inferatur, contundi queant.

Sitae maximam partem sunt ad margines ligamentorum capsularium, vel in cavitatibus, & soveis specialibus articulationum.

Liquidum glandularum harum, leni pressione ex iis emulgendum commiscetur liquidis aliis hie loci confluentibus.

Ut lubricatione hac ipsa motus articulationum redditur facilior, & adtritus, exsiccatio, & detritus cartilaginum impediatur.

*Synovia* succus est albumini ovorum fere similis in cavitatibus articularibus ope ligamentorum articulationes ambientium reclusus.

Constat synovia:

1. *Mucilaginoso liquore glandularum articularium.*
2. *Partibus oleosis medullae*, quae per foraminula in extremitatibus ossium disposita in cavum articulare: transfludant.

3. *Liquido aquoso*, exhalante ex finibus ultimis arteriolarum minimarum in facie interna ligamentorum articularium.

*Usus.* Partes omnes ad articulationem facientes laeves, lubricas, flexiles conservat, ut facile supra invicem volutentur, & hinc tum impediatur adtritus reciprocus, tum & concretio articulorum.

#### *Vasa, et nervi Ossium recentium.*

Offa instructa sunt arteriis suis, & venis, a vicinis partibus semper exorientibus.

Arteriae distribuuntur in periosteum per omnes exteras ossium partes, cartilagineas, ligamenta, glandulas articulares, e. s. p.

Tum per foraminula inter lamellas ossium haerentia interiore ossium intrant substantiam, ubi denuo in periosteum interno distribuuntur, cellulas ossium retis, adinstar perreptant, & medullam, aut succum medullae similem illuc secernunt.

*Usus.* 1. Os nutrit; 2. succum oleosum, quem medullam dicimus secernunt.

Nervi pariter a vicinis proficiscuntur partibus, per ante dicta foramina ossium ingrediuntur interiora, & per externas, internaque illorum propagantur partes.

Præsentiam horum manifesto evincit *ingratissima illa sensatio*, qua morbi plerique ossium stipantur.

#### *Ligamenta in genere.*

Ligamenta membranæ sunt albæ, robustæ, elasticæ, tum ossa immobilia, tum & extremitates ossium mobilium invicem nestantes.

Membrana communis crassiores, & fortiores sunt, cartilagini tamen duritie, & robore cedunt; ut adeo medio fere loco inter has ambas ponantur.

Fabrica corum constat fibris plurimis tenuissimis, robustis, invicem intertextis, quibus pro diversa situs ratione aut ligamentum latum, aut tenui, aut expansio ligamentosa conficitur.

Dividuntur Ligamenta:

1. In articularia, proprie dicta, quibus extremitates ultimæ binorum ossium, articulationem mobilem facientium, mutuo connectuntur.

2. In ligamenta, quibus aut offa duo articulationes immobili nixa uniuertur, vel & quibus partes aliæ, in primis autem musculi, adhaerescunt, & unde motus horum facilior redditur.

Ad primam classem pertinent:

1. *Ligamenta capsularia*; haec ex ambitu offis unius enata extremitate altera eadem rationem offi alteri undique adhaerentur.

Nectunt ossa invicem, ne ex articulatione recessant, effluxum synoviae simul impediunt: talia v. g. sunt ligamenta jungentia os innominatum cum osse femoris, condylum maxillæ inferioris cum osse temporum; e. s. p.

2. Ligamenta, non integrum ossis unius ambitum, sed lateralem quandam partem solummodo amplectentia, & ossi alteri adiectentia.

3. Ligamenta, ossa duo intra ipsam articulationem invicem colligantia: v. g. ligamenta cruciata nec tentia caput tibiae cum condylis ossis femoris; ligamenta rotunda, quorum opere cohæret caput ossis femoris cum acetabulo, e. s. p.

Ad alteram classem referuntur:

1. Ligamenta connectentia ossa duo immobilia; v. g. ligamenta ossis sacri; e. s. p.

2. Ligamenta, nec tentia cartilaginem cum osse quodam; v. g. ligamenta, quibus aperte sterni conjungit cum cartilagine costæ septimæ.

3. Ligamenta cartilaginibus, & ossibus adnexa, simul tamen dicata & partibus aliis, in primis musculis, aut horum tendinibus, ut partes nunc dictas *in situ* retinent, dirigant, coiceant, directionem illarum in quibusdam motuum speciebus reddant magis determinatam, e. s. p.

Huc referas: ligamenta annularia, ligamenta

transversa, ligamentum poupartii, ligamenta interossea, ligamenta obturatoria, ligamentum cervicale, &c. quæ omnia muscularum dicantur adncxii.

Ligamenta vasorum copiosis gaudent:

Arteriae in illorum faciem internam hiant, & liquidum exhalant, quod, synoviae unitum, ligamenta nunquam non humectat, & flexilia servat.

Venæ sanguinem residuum absorbent, ac in massam sanguinis revchunt.

Vasa haec, uti & nervi a vicinis partibus semper exoriuntur.

Ex dictis patet: motum ossium articulationis cuspiam eo esse faciliorum, magisque expeditum, quo minoribus ligamentis ossa illa instructa, & quo debiliora, & longiora ligamenta ipsa fuerint: ex obposito autem motum eo magis esse limitatum, quo major ligamentorum adeat copia, aut quo breviora, & robustiora haec eadem sint.

Usum ligamentorum sequentibus absolvitur:

Ligamenta capsularia ossa duo invicem connectunt, & synoviae effluxum impediunt.

Ligamentis reliquis ossa junguntur, ac in debito situ retinentur.

Præterea vero & muscularum tendines ad ligamenta firmantur.

## LI G A M E N T A I N S P E C I E.

### *Nomen & origo.*

### *Connectio vel terminatio.*

### *Coadjuvantia.*

#### *Ligamenta maxillæ inferioris.*

1. Ligamentum capsulare; ab ambitu foræ articularis ossis temporum.

2. Ligamentum laterale maxillæ inferioris; a facie interna anguli maxillæ inferioris prope foramen illius posticum

Collo condyli articularis maxillæ inferioris per omnem ejus ambitum.

Adhaerescit margini posteriori foveæ articularis ossis temporum.

Nulla in hoc articulo occurunt coadjuvantia.

#### *Ligamenta nec tentia os occipitis cum vertebris colli.*

1. Ligamentum capsulare; ex utroque latere, a basi condylorum articularium ossis occipitis

Inscruntur circa marginem fovearum articularium vertebræ colli primi.

2. Ligamentum lati anterioris; a margine anteriori foraminis magni occipitalis

Adhaerescit ad arcum arteriorem vertebræ colli primæ.

3. Ligamentum lati posterioris; a margine postico foraminis occipitalis magni, firmitate cedit hoc præcedenti.

Adhaeret ad arcum posticum vertebræ colli primæ.

4. Ligamentum processus odontoidis, originata a margine antico foraminis occipitalis magni.

Adligatur processui odonto ideo vertebræ colli secundæ.

Sunt tendines muscularum recitorum internum aequum extenorū, itemque obliquorum.

5. *Ligamentum cervicale* seu nuchæ originatur principio latissimo a protuberantia posterioris ossis occipitis, descendens inde sensim contrahitur.

1. *Ligamenta transversa vertebræ colli primæ*; ex utroque latere ex marginis anterioris vertebræ colli primæ latere interno.

2. *Ligamentum posticum commune vertebrarum*; ligamentum robustum latumque est ortum a vertebra colli prima.

3. *Ligamentum anticum commune vertebrarum*; latum est, a processu odontoideo vertebræ secundæ colli enatum.

4. *Ligamenta interspinosa*, brevia firma que sunt, secundum longitudinem spinæ totius dorsi a processu spinoso uno ad alterum excurrentia.

5. *Ligamenta intervertebralia* oriuntur, initio a vertebra colli secunda ducto

6. *Ligamenta intertransversalia*; brevia, exigua processibus transversis interposita, ab apice processus transversi unius,

7. *Ligamenta capsularia processuum obliquorum*

8. *Ligamenta neccentia vertebram lumborum ultimam cum osse sacro*: ligamenta sunt ejusdem indolis, uti vertebris reliquis.

Extremitatibus suis processibus spinosis vertebrarum colli demum adhæret.

#### *Ligamenta vertebrarum reliquarum.*

Ad latus obpositum transversim feruntur, & processui odontoideo vertebræ colli secundæ adhærent: retinent hæc processum nunc dictum sub semirotatione capitis in suo situ.

Obtegens dein faciem convexam vertebrarum omnium, iisdem adhærens, ad os sacrum demum terminatum.

Faciem vertebrarum omnium concavam, seu internam obtagit, iisdem prioris adinstar, adhærescit, & ad os sacrum terminatur.

Hacque ratione processus spinosos omnes invicem firmantia.

A marginibus vertebrarum & decussato a vertebra una ad alteram proficiscuntur.

Ad apicem processus transversi alterius, priori superimpositi feruntur.

Adhærescunt undique processibus obliquis.

Os sacrum cum vertebra lumborum ultima conjungunt.

Constituunt tendines omnium annexorum musculorum.

Conceduntur a variis musculis ibidem adjacentibus.

#### *Ligamenta jungentia sternum et costas.*

1. *Membrana sterni propria*; expansio firma, tendinea est, fibris longitudinalibus composita

2. *Ligamenta cartilaginis mucronatae* oriuntur, ex utroque latere unum, a cartilagine costæ septimæ veræ, parteque vicina sterni;

Costæ posteriori loco cum vertebribus, anterius cum sterno ligamentorum ope uniuntur.

#### *Ligamenta adnexa extremitatibus costarum posterioribus sunt,*

1. *Ligamenta capsularia capitulorum majorum costarum*; oriuntur circa capituli majoris costæ cujusvis ambitum;

2. *Ligamenta capsularia minorum*; oriuntur ab ambitu capituli minoris cujusvis costæ.

3. *Ligamenta interna colli costarum*;

Faciem internam, & externam sterni obducens.

Exhinc oblique descendunt, cartilagini xiphoidæ inplantanda.

Coadjuvant utrinque existunt tendines musculorum supercostalium, infracostalium & triangularis sterni Verheyenii.

Fibrisque latescentibus terminantur circa cavitates articulares vertebrarum. Uniuntur itaque horum ope capita costarum majora cum corporibus vertebrarum.

Extremitates adnectuntur ad foveam articularem apici processus cujusvis transversi vertebrarum dorsi insculptam.

Terminantur in facie inferiori processus transversi suprapositæ vertebræ dorsi.

4. *Ligamenta externa colli*; a facie interna marginis superioris colli costarum omnium,

Ligamentum hoc ipsum in vertebra dorsi prima deficit.

5. *Ligamenta duo specialia*; fibris latioribus orta a margine inferiori costæ ultimæ.

*Ligamenta extremitatibus costarum anterioribus adnata sunt,*

1. *Ligamenta capsularia cartilaginum costarum verarum*; undique circa extremitates cartilaginum costarum septem supremarum verarum;

2. *Ligamenta costarum ipsarum propria*; quibus coherent costæ inter se, descendunt a cartilagine una directione perpendiculari recta ad alteram;

Fine suo adhærescant peripheriæ cavatum articularium sterni.

Periculo non vacat, cadavera putrida, corrupta, contagio vel veneno pereimpta incaute contrectare manibus; absorbtio enim cadaverosæ sanici gravia dama, mortemque inferre potest: si ergo cutis manuum abrasa aut vulnerata fuerit, lavari ac saepius iliniri debet olio camphorato.

Sapo, aqua frigida ac calida, ignisque in promptu fint.

Partium difsecandarum historia, prius semper legenda est, antequam sectio instituatur.

Consulendi sunt optimi autores, icones, compendia, ut Winslowi, Hcisteri, Albini, Monroe, Halleri, & nostrum opus.

In muscularum dissectionibus, post incisam cutim removeantur pinguedo, glandulae, nervi, vasa sanguinifera, &c.

Tunica cellulosa, modice tensa, secundum duorum fibrarum caute separetur inter tunicam & musculum.

In removenda cellulosa à muscularis, incipe in tendine musculari, a quo producitur, perge versus extremitates, sic longitudinaliter incisa a subjacentibus muscularis separatur, ita ut tendini solum annexa maneat.

In præparatione muscularum artis est, non corpus solum sed etiam extremitates, ac ligamenta annularia conservare.

Ligamentosæ quorundam muscularum expansiones, alios includentes relinquendæ, donec ab ista, qua firmorem structuram coloreique candidiorum obtinent, liberatae & in situ visae fuerint.

Sic etiam non auferendi sunt, nervi ad musculos abeuentes insigniores, vi. gr. brachiales, crurales, ischiadicæ, &c.

Musculi congiungentes & socii & antagonistæ simul  
examinentur, ut melius pateant corum functiones &  
connexiones.

Si quis omnes in uno eodemque corpore velit per-  
sequi musculos, sic ut nulli aliquid detrimenti affera-  
tur, neque impedit corporis corruptio, incipendum  
a musculis abdominalis & progrediendum ad flexores  
femoris, musculos faciei, labiorum, occipitis, auris  
externæ, maxillæ, linguæ, ossis hyoidis; laryngis,  
pharyngis; uvulæ; scapulæ anterius cum subclaviis  
& intercostalibus; scapulæ postici & serrati postici;  
extensores capitis & colli; dorsi & lumborum; flexo-  
res capitis & colli; diaphragmatis; interspinati & in-  
tertransversarii, colli, dorsi & lumborum, supracosta-  
les, infra costales & sterni costales; humeri & cu-  
biti; radii, carpi; manus & digitorum; femoris, ti-  
biæ; tarsi & metatarsi; digitorum pedis; coccygis,  
levatores ani, obturatores; penis & sphincter ani;  
clitoridis, & vagina uteri, &c.

*Numerus muscularum in corpore humano.*

Abdomen	—	—	—	5
Anus	—	—	—	3
Auricula	—	—	—	2
Auris interna	—	—	—	4
Caput	—	—	—	12
Carpus	—	—	—	4
Coccyx	—	—	—	1
Collum	—	—	—	6
Cubitus	—	—	—	5
4 Digi. manus	—	—	—	5
4 —— pedis	—	—	—	5
Dorsum	—	—	—	3
Femur	—	—	—	16
Cutis frontis & occipitis	—	—	—	2
Genæ	—	—	—	2
Humerus	—	—	—	9
Hyoidis os	—	—	—	6
Index	—	—	—	3
Labia	—	—	—	8
Larynx	—	—	—	8
Lumbi	—	—	—	5
Maxilla inferior	—	—	—	5
Meatus auditorius	—	—	—	1
Minimus digitus manus	—	—	—	3
————— pedis	—	—	—	2
Nasus	—	—	—	1
Oculi	—	—	—	6
Palma	—	—	—	2
Penis	—	—	—	2
Pharynx	—	—	—	12
Pollex manus	—	—	—	9
————— pedis	—	—	—	6
Radius	—	—	—	4
Scapulæ	—	—	—	3
Tarsus	—	—	—	6
Testes	—	—	—	2
Thorax	—	—	—	13
Tibiæ	—	—	—	11
Tuba Eustachianæ	—	—	—	1

Vesica	—	—	—	2
Uvula	—	—	—	4
Musculorum paria	—	—	—	210
Sunt singulares musculi	—	—	—	420
Quidam numerant singulares	—	—	—	446

*Offa in capite.*

Os frontis	—	—	—	1
— occipitis	—	—	—	1
Offa parietalia	—	—	—	2
— temporum	—	—	—	2
Officula auditus	—	—	—	8
Os ethmoides	—	—	—	1
— sphenoides	—	—	—	1
— malæ	—	—	—	2
— maxillæ	—	—	—	2
— unguis	—	—	—	2
— naſi	—	—	—	2
— palati	—	—	—	2
— vomer	—	—	—	1
— maxilla inferior	—	—	—	1
— dentes incisores	—	—	—	8
— canini	—	—	—	4
— molares	—	—	—	20
— hyoides	—	—	—	1

61

*Offa in collo & trunco.*

Vertebræ, colli	—	—	—	7
— dorsi	—	—	—	12
— lumborum	—	—	—	5
— ossis sacri	—	—	—	6
Os coccygis	—	—	—	3
— scapulæ	—	—	—	2
— claviculæ	—	—	—	2
Costæ	—	—	—	24
Sternum	—	—	—	1
Offa innominata	—	—	—	2

64

*In extremitate superiore.*

Humerus	—	—	—	2
Ulna	—	—	—	2
Radius	—	—	—	2
Offa carpi	—	—	—	16
— metacarpi	—	—	—	8
— digitorum	—	—	—	30

60

*In extremitate inferiori.*

Os femoris	—	—	—	2
— rotulæ	—	—	—	2
— tibiæ	—	—	—	2
— fibulæ	—	—	—	2
Offa tarsi	—	—	—	14
— metatarsi	—	—	—	10
— digitorum	—	—	—	28

60

Offa sesamoidea	—	—	—	48
-----------------	---	---	---	----

Summa totalis offa	—	—	—	293
--------------------	---	---	---	-----

ANGIO

## A N G I O L O G I A.

*Angiologia* describit vasa corporis humani, & hæc quidem sunt; 1. Arteriæ. 2. Venæ sanguiferæ. 3. Vasa lymphatica.

*De Arteriis in genere.*

Arteriæ, sunt canales membranacei, longi, per ramos continuati, elasti ci, continue pulsantes, sanguinem a corde ad omnes corporis partes vehentes.

A quibusdam dicuntur etiam conici sed inordinate quidem, quia 1° ubi trunus in ramos dividitur, ibi in divisionis principio truncus ipse latefecit.

2°. Ubi ex uno trunco majores rami prodeunt ad latera, ibi truncus idem, paulum arctari videtur.

3°. Ubi demum, neque truncus dividitur, neque ex trunco rami proficiscuntur, ibi truncus adeo parum convergit, ut possis arterias potius cylindricas appellare, quod in capillaribus specialiter, microscopio cerni datur.

I. *Secio* arteriæ est circularis, hinc nunquam penitus collabuntur.

II. *Figura*; cylindrica, sed decrescens capacitate, ob accidentes & infrequentes ramifications & divaricationes plurimas.

III. *Color* arteriæ est albūs; in valde paucis locis pellucere sinit sanguinem.

IV. *Struetura*; componitur ex diversis membranis.  
a. *Cellulosa aëficitia*; a partibus vicinis immutata; in capite a dura meninge; in thorace a mediastro; in abdomen a peritonæo, &c.

Exterior hæc membrana cellulosa, non est propria, communis, aut constans, non enim est continua per totum cursum arteriæ.

b. *Cellulosa propria* arterias laxe ambit, densa est & stipata magis, quam cellulosa quæcunque; a quibusdam dicitur nervea, inter quos principem locum tenet Albinus.

Maceratio monstrat eam in cellulârum modum fabricatam esse, id suadent etiam inflationes, emphysemata, hydrops, &c.

Sæpe hæc tunica cellulosa, pinguedine turget.

c. *Musculosa*, a fibris muscularibus arcuatim plures ex his circulum fere integrum faciunt; rubrum colorem non exhibent, unicum stratum est; sed in laminas plures possunt separari; robur conciliat arteriæ & contrahendi facultatem.

d. *Cellulosa interior*; musculari arte cohaeret, inter muscularam & intimam ponitur, hæc cellulosa brevissima, tunc solum conspicua, cum ex arteriâ maccrationi tradita, putredo incipit evolvi.

e. *Tunica intima*; alba, tenuis, cordis internæ superfici continuâ, levis ubique, si truncorum divisiones excipias, ramorum origines, ac viscerum arterias.

In ramorum originibus, intus sunt plicæ.

In visceribus, arteriæ intus sunt molles, rugosæ, & pulpæ similes.

v. *Interna cavitas* arteriarum, semper hiat.

Arteriæ post mortem fere vacua sunt, sanguis in venis collectus invenitur.

VI. *Rami* educuntur a truncis ad angulos inæquales; frequenter sunt acuti; raro recti; rarius obtusi;

Pèr viscera ac partes diversimode se habent: nam vel annulos, vel cincinnos referunt, vel penicillos, stellas, arbúsculas, serpentes vel villos.

VII. *Numerus* ramorum seu divisionum incertus est; Keillius facit quadraginta vel quinquaginta. Alii autem anatomici, vix viginti divaricationes, a trunco principe, admittere volunt.

VIII. *Lumina* ramorum duorum simul sumpta, semper majora sunt, lumine trunci, ex quo rami sunt egressi, in ratione sesquialterâ trunci; ergo arteriæ sunt canales divergentes.

IX. Plerumque duo arcus sunt in ostiolo, ubi novi rami prodeunt:

Arcus cordi proprius est cavus;

Alter semicirculus remotior a corde, cminet, a circularibus fibris congestis formatus, hujus dimidii anuli effectus est, inhibere sanguinem receptum, ne facile in trunco redeat.

X. Arteriæ majores, habent plurimos nervos.

XI. Arteriis suis sunt arteriolæ, suis venulæ, suisque nervuli.

XII. Arteriæ sunt donatae vi elasticæ, contractili & vi irritabili, cuius opere, ad moto stimulo, contrahuntur, hinc si distentæ fuerint, nituntur vi elasticæ in pristinam capacitatem redire.

Motus sic nascitur alternus, qui vocatur *pulsus*.

Vis elasticæ vineitur a sanguine, quem cor trudit intra arterias: unde distenta arteria urget, quidquid eam comprimit, ita pulsat, atque hæc pulsatio *Diastole* appellatur.

Arteria sic diducta, in maiorem elasticitatis nisum adducitur, ac simul irritata tunica muscularis contrahitur; igitur arteria, & pulsus digito exploratus cum momento evanescunt.

Contræcio hæc vocatur *Systole* arteriæ, ipsi naturalis, dum e contra Diastole passio est, ipsius arteriæ.

XIII. In arteriis sanguis citius movetur, quam in venis.

**xiv.** Robur pendet a crassitie musculosae tunicæ, cellulosæ fabricæ, & arcta filorum fibrarumque unione, quibus cæ componuntur.

Quo arteriaæ sanguinæ cordi sunt propinquiores, eo sunt robustiores, ac magis elasticæ: quo magis remotæ ab illo, eo debiliores sunt ac minus elasticæ; tunicae musculosæ enim hæ, propæ cor sunt crassissimæ, & quo ab illo remotiores, eo sunt tenuiores.

Vis cordis in minore a corde distantia major est; in majorc minor; ergo, vis cordis ac robur & clater sanguinarum arteriarum decrescunt, in eadem ratione.

**xv.** Sedes arteriarum est ubique in corpore; progrediuntur per telam cellulosam.

Nondum repertæ sunt in arachnoidea cerebri & medullæ spinalis, tendinibus, epidermide, unguibus, pilis, &c.

**xvi.** Arteriaæ profundius hærent, quam venæ.

**xvii.** Flexiones sunt frequentes in partibus, quarum magnitudo mutabilis est.

Arteriaæ modo longiores fiunt, modo breviores.

Insigniter extendi vel contrahi possunt in artibus, stomacho, intestinis, utero, varicibus, &c.

**xviii.** Anastomoses: sunt conjunctiones arteriarum cum alia, modo minori, modo majori; valde frequentes sunt inter se, frequentissimæ autem cum venulis.

**xix.** Fines arteriarum sunt:

1. Anastomoses cum venulis capillaribus, quod videtur per microscopia ac per injectiones demonstratur.

2. Ductus excretorii, qui sunt canales venis satis similes, differunt autem ab iis, nam liquorem a sanguine diversum vehunt, & non ad massam sanguinis ducunt, sed ad aliquam cavam, cibarium, uriniferam, &c., aut extra corporis limites deponunt.

3. Arteriaæ terminantur in vascula, quæ tenuissimum humor exhalant, tuncque dicuntur *vasa exhalantia*; quæ sunt interna vel externa.

Interna hiant in cava interna majora, ubi rorem subtilissimum emittunt, in calvaria, pleura, peritoneo, &c.

Vasa exhalantia pulmonalia; magnam copiam tenuis & halitosis vaporis emittunt, quavis expiratione.

Vasa exhalantia externa: ubique per totum cutis

ambitum existunt; ibique perspiratio insensibilis, sanctoriana, & sudor perficitur.

4. Glandulae: quæ varias producunt secretionem in ore, intestinis, hepate, pancreate, renibus, testibus, &c.

5. Vasa minora, sanguinem rubrum non admittentia, sed tenuorem liquorem; arteria ophthalmica exemplum præbet: nam ejus propagines, arteriolem nempe membranæ choroideæ & uveæ, quæ aquam videntur limpidissimam, continuæ sunt arteriis rubris; inflammatione oculorum, vasa quæ antea rubrum sanguinem non vehebant, nunc valde infarctæ, rubra tumida fiunt.

Arteriarum decrescentium series variae repudiantur.

6. Arteriaæ ultimæ, dilatatae, sanguinem emittentes variis locis, viis & modis:

a. Sanguis irriguit in patentes cellas corporum ex vernosorum penis.

b. In cavernulas tæcellæ cellulosæ, se insinuat, uti febribus petechialibus.

c. In aërica spatia pulmonum crumpit, ut accidit in tussi, sputo cruento, hæmoptysi, hæmorragia nostrum, &c. vomitu cruento, sudoribus cruentis, haemorrhoidibus, per abundantiam sanguinis, ob mens obstructas, &c.

Hæc fiunt, non ob ruptionem vasorum, sed per dilatationem, vel laxationem vasorum, ob vim imprimatam majorcm, vel ob crasis vitiatam humorum, sanguinis, nimium attenuatam, scorbuticam, venenatam, &c.

Usus arteriarum.

1. Sanguinem a corde ad omnes partes corporis defrunt.

2. Chylum ab alimentis elicunt in sanguine convertunt.

3. Corpus nutriunt.

4. Fluiditatem omnium humorum calorem, vitam que corporis conservant.

5. Coagulationes, concretiones, atque putredines prohibent.

6. Per secretoria vasa, utilia ad incrementum vitam secernunt.

7. Per excretoria inutilia ex corpore eliminant.

## Systema Arteriarum.

*Cor* est nobilissimum totius corporis organon, omnis vitalitatis principium, fons caloris, primo vivens & ultimo moriens, motorque omnium vasorum sanguiferorum in corpore humano.

Est origo omnium arteriarum finisque venarum.

Hinc sanguis exit & propellitur per arterias carumque divisiones in omnes partes corporis.

Per venas autem revicitur & redditur crux redux ab omnibus partibus in duos suos sinus, dextrum vel sinistrum.

Est musculus cavus, valde robustus, pericardio inclusus diaphragmati transversimi incumbens, ac in thoracis cavitate anteriori positus.

In eo notantur;

i. Basis, quae respicit ad latus dextrum.

ii. Apex, autem ad latus sinistrum, versus sextam costam veram.

iii. Facies superior est convexa.

— inferior, complanata, & diaphragmati incumbit.

i. *Cor ipsum* dividitur in binos ventriculos.

*Ventriculus cordis posterior*, seu *sinister*, constituit primitivum, angustior est, crassior, robustior, quam *ventriculus dexter*.

*Ventriculus anterior*, seu *dexter*, est amplior, latior, brevior, tenuior & debilior priori.

Ambo ventriculi sejunguntur ab invicem, ope septi intermedii.

Quilibet ventriculus cordis duo habet orificia, unum dicit in adhaerens atrium, alterum in arteriam.

Orificio ventriculi anterioris versus atrium, ovale est, & terminatum margine albente subtendineo.

A margine hoc, oritur circulus membranaceus, constans ex tribus partibus inaequaliter quadrangulari-

ii. *Atria cordis*; cavitates duæ sunt, positæ, in basi cordis supra orificia ventriculorum.

Quævis constat *sinu* & *auricula*.

*Auricula*, vocatur pars facci coeci serrati, qui in trio conspicitur.

*Sinus* nomen, datum est reliquo atriorum cavo.

Dirimuntur, ope septi, cordis ad instar, in *atrium extrum*, seu *anterius*, & *sinistrum* seu *posteriorius*.

*Septum* hoc in foetu est perforatum, in adultis plenique occlusum.

iii. *Trunci magni principes*, vasorum sanguiferorum cordis sunt.

*Aorta*, ex ventricula cordis sinistro.

iv. *Margo anterior*, acutus abasi ad apicem, efformatur a ventriculo cordis dextro seu anteriori.

*Margo posterior*, rotundus, a basi ad apicem, generatur à ventriculo cordis sinistro, seu postico.

v. *Divisio*: 1. In cor proprio sic dictum; plura vide in nostra splanchnologia.

2. In *atria cordis*.

3. In *truncos principes*, vasorum sanguiferorum.

bus, *valvulae tricuspidales* nominantur; *valvulae* hæ versus parietes cordis, ope fibrarum tendinearum formatum, columnis carneis cardiacis affiguntur.

Orificio ventriculi posterioris versus atrium patens, duas habet valvas, quæ vocantur *valvulae mitrales*.

Cor nutritur ab arteriis coronariis, dextra & sinistra; ambo oriuntur ex aorta.

Venæ ejus sunt, vena coronaria magna auriculae dextræ, & coronaria minor, inserta coris ventriculo.

Vasa lymphatica, exonerantur in glandulas vicinas lymphaticas.

Nervi sunt ex plexu cardiaco.

Sinus dexter, una cum auricula sua, nonnihil amplior est sinistro.

Binis membranis componuntur, inter quas plures fasciculi fibrarum muscularium decurrent.

*Membrana interna* continua est, cum illâ in ventriculis cordis, formatque valvulas tricuspidales, casque columnis cordis annelet.

*Vasa* ac *nervos* cum corde eosdem habent.

*Usus*. Sanguinem ex venis sibi unitis reducem excipiunt; & in ventriculos cordis exonerant.

*Arteria pulmonalis*, ex ventriculo cordis dextro.

*Vena cava*, terminatur in atrio dextro.

*Vene pulmonales*, in atrio sinistro cordis.

## De Arteriis.

- Nomen, origo, truncus.*
- Arteria aorta;* ex ventriculo cordis sinistro oritur; tres habet valvulas semilunares.
- Arteriae coronariae;* intra pericardium supra valvulas semilunares.
- Arcus magnus,* ex laterc sinistro postrorsum curvatur.
- A. Innominata;** ex latere sinistro arcus.
- Carotides ambo.
- Carotis dextra vel externa;* a cartagine thyroidea, aseendit ad maxillam inferiorem retro hanc ad condylum ejus fertur; tum maxillaris interna dicitur.
- Ambo carotides, eum venis jugularibus, & octavo nervorum parietula cellulosa uniuntur.
- Art. thyroidea; vel laryngea superior;* est ramus carotidis externae.
- A. Ranina seu sublingualis;**
- A. Maxillaris inferior;**
- A. Maxillaris externa;** excurrit in parte externa maxillæ inferioris supra musculum masseterem ad usque latera menti; ubi venit ad ea latera vocatur **A. mentalis.**
- A. Pharyngea ascendens;** ex carotide externa ad ipsam trunci bifurcationem.
- Rami & divisiones.*
- Ex aortâ ~~vix~~ enatâ oritur; sinistrorum versus spinam dorsi descendit ad spinam.
- Per sustantiam cordis duæ, sunt dispersæ, arteriae, vocantur dextra & sinistra.
- Ex arcus parte convexa oriuntur tres rami principes.
- Statim ab exortu bifurcatur in duas magnas arterias.
- Finduntur juxta cartilaginem thyroideam.
- Anterior ex margine ejus interno, oriuntur rami quatuor.
- Posterior quatuor rami ex margine externo carotidis externæ.
- Ablegit surculos in glandulas jugulares & cutim.
- Oritur illico supra præcedentem.
- Præbet aliquos surculos musculis vicinis.
- Art. mentalis finditur ad angulos labiorum in duos ramos.
- A. Mentalis,** aseendit ad latera nasi, ubi denudo ramos spargit & ad angulum oculi internum pertinet sub nomine **Art. angularis.**
- Ramus producitur per foramen lacерum ad duram meningem.
- Arteriae ex margine externo carotidis externæ.*
- A. Occipitalis;** inter apophysin styloideam & mastoideam fertur ad museulos extensores capitis.
- Conjugitur cum A. vertebrali & cervicali.**
- Tres rami ad duram meningem ferruntur.
- Subdivisiones & terminations.*
1. *Arteria coronaria cordis.*
  2. *Arcus magnus.*
  3. *Truncus aortæ descendens.*
- Recurrunt ad cor ac in ejus vena abeunt. cordi sunt propriæ.
1. *Art. innoxinata.*
  2. *Carotis sinistra.*
  3. *A. subclavia sinistra.*
  1. *Carotis dextra vel externa.*
  2. *Subclavia dextra.*
- In externum & internum ramum.
1. *A. thyroidea, vel laryngea.*
  2. *Ranina, s. sublingualis.*
  3. *Maxillaris inferior.*
  4. *Maxillaris externa.*
  5. *Art. pharyngea ascens.*
  6. *Occipitalis.*
  7. *Auditoria, interna.*
  8. *Temporalis.*
- Distribuitur per glandulam thyroideam œsophagum per musculos laryngis & ossis hyoidis.
- Distribuitur per substantiam & musculos linguæ & glandulas sublinguales.
- Ad parotidem, glandulas sublinguales, palatum molle, fertur.
- Superior ramus procurrit juxta m. orbicularis labii superioris.
- Inferior secundum m. orbicularis labii inferioris usque ad labii medium; unitur tum socio ab altero latere venienti ac nominatur, *A. labialis, s. coronaria labiorum.*
- A. Angularis oculorum evanescit in sphinctere palpebrali & frontali.*
- Ramulos mittit in pharyngem & fauces.
- Distribuitur in musculum styloideum, & digastricum.
1. Ram. fertur per foramen inter apophysin styloidcam & mastoideam.
  2. Per foramen jugulare.
  3. Per foramen occipitali magnum.
- A. Auditoria**

<i>Nomen, origo, trunci.</i>	<i>Rami &amp; divisiones.</i>	<i>Subdivisiones &amp; terminations.</i>
A. <i>Auditoria externa</i> , v. <i>auricularis</i> ; oritur prope precedenterem.	Quidam ab hac surculus, sub membrana tympani, ad aurem internam serpit.	Fertur ad aurem externam, tympanum & ad tempora.
A. <i>Temporalis</i> ; supra processum zygomaticum & musculum temporalem.	Parotidi & faciei ramulos largitur.	Ramus ejus in fronte, vocatur A. <i>frontalis</i> .
A. <i>Maxillaris interna</i> ; sic vocatur carotidis externae truncus, prope condylum maxillae inferioris articularem.	Rami 1. <i>Sphenomaxillaris</i> . 2. <i>Alveolares, inferiores</i> . 3. <i>Media duræ matris, seu spheno spinosa</i> .	Mittit surculos in musculos pterygoideos, vide infra. Desinunt in dentes, faciem, & palpebras. Distribuitur per duram matrem.
A. <i>Spheno maxillaris</i> ; est ramus maxillaris internæ: tres edit notabiles ramos.	Truncus fertur ad medium partem cerebri per foramen proprium; rami notandi tres: 1. <i>Duræ matris anterior</i> : 2. <i>Alveolares superiores</i> .	Evanescit in temporibus vertice & crassa meningc.
<i>Carotis interna</i> ; seu A. <i>cerebralis</i> intra cranium; per foramen caroticum cavum cranii ingreditur, laminis duræ meningis inclusa in medium fertur situs ephippii, ibique emittit tres arterias.	3. <i>Maxillaris superior</i> . 1. A. <i>Ophthalmica</i> ; seu <i>orbitalis interna</i> ; sub nervo optico anterius & introrsum producta, orbitam intrat; in glandulam lacrymalem, musculos oculi, nasque abit.	In facie anteriori duræ matris. In dentes maxillæ superioris, & sinum pituitarium.
Unice arteriarum intra cavum cranii mutantur, in tenuiorcs debiliorecsque.	Nunc bifurcatur carotis, fitque. 2. <i>Cerebralis anterior</i> ; unitur cum socia ex altero latere. 3. ————— <i>posterior</i> ; ad latera cerebri fertur; conjungitur cum ramo vertebralium.	In faciem & palpebras. Ex trunco ophthalmicæ, oriuntur; A. <i>Ciliaris</i> ; per tunicam oculi choroidcam & ligamentum ciliare. A. <i>Centralis retinae</i> ; pulpam nervi optici subit, intrat retinam, lentem crystallinam.
A. <i>Subclaviae</i> ; duæ sunt: retro clavieula sub hac feruntur ad marginem superiorem costæ primæ, ubi terminantur.	<i>Dextra</i> , ex A. <i>innominata sinistra</i> ex ipso arcu aortæ. Ex quavis subclaviâ oriuntur quartuor rami principes.	Parti mediæ posticæque ramos mittit, fornici ac thalamis opticis. Plexus venoso surculos suppeditat.
A. <i>Mammaria interna</i> ; ex anteriori, inferiori parte. A. <i>Subclavia</i> , ad medium claviculae, interne ad sternum descendit, edit quatuor ramos.	Rami 1. A. <i>Mediastina</i> . 2. <i>Thymica</i> . 3. <i>Pericardiaca</i> , ex qua <i>diaphragmatica superior</i> . 4. <i>Trachealis seu gutturalis inferior</i> ; arteriae laryngeæ sæpe uniter.	1. <i>Mammaria interna</i> . 2. A. <i>Cervicalis</i> . 3. A. <i>Vertebrales</i> . 4. A. <i>Intercostalis superior</i> . Per mediastinum locatur. Excurrit ad thymum. Nutrit pericardium. Per diaphragma spargitur. Ascendit secundum asperam arteriam, ad thyroidem & laryngem; surculos mittit ad scapulæ partem superiorem.
Mittit surculos ad m. intercostales & mammas, unitur cum mamma externa, in musculo abdominali recto scse jungit epigastricæ.	Hæ arteriae omnes oriuntur nonnunquam ex latere dextro, ex ipso subclaviæ dextræ trunco.	Veniunt aliqui rami e trunco in musculos abdominales & peritoneum.
i. A. <i>Cervicalis</i> ; seu <i>muscularis colli</i> ; oritur superius ex trunco A. <i>subclaviæ</i> .	Plerumque ad ipsum exortum dividitur in duos ramos.	1. Ramus <i>anterior</i> ; seu A. <i>cervicalis anterior</i> , abit in musculos colli, pharyngis & glandulas laryngis. 2. Ram. <i>posterior</i> seu A. <i>cervicalis posterior</i> ; ad musculos colli & scapulæ.
	T	iii. A. <i>Ver-</i>

*Nomen, origo, truncus.*

iii. *A. Vertebrales*; ambæ oriuntur ex a. subclaviis; ad vertebrae colli tendunt.

*Fabrica tunicarum in his arteriis tenuior fit, ad ipsum earum ingressum in cranii cavum, uti in carotidibus notatum.*

iv. *A. Intercostalis superior*; ex a. subclavia vel subinde ex truncu a. cervicalis; in facie interna costarum quatuor verarum superiорum excurrit.

*Truncus subclaviæ*; supra costam primam ex cavo thoracis egredens.

*A. axillaris*, per totum humerum a musculis scalenis usque ad brachium protenditur.

In quatuor ramos dividitur.

*A. Brachialis*; est continuata axillaris; nomen hoc obtinet, ubi sub tendine musculi pectoralis majoris emergit.

*A. Cubitalis seu ulnaris*; properat inter musculum pronatorem rotundum, radiæm internum, palmarem longum, flexores digitorum & os ulnae; secundum musculum cubitæum internum, ad carpum usque.

*A. Cubitalis*, transeedit ligamentum carpi internum, & ex latere ossis pisiformis palmam intrat, ubi junctione cum A. interossea externa facit arcum palmarum.

*Rami & divisiones.*

1. Ascendunt per foramina processuum transversorum sex colli vertebrarum.

2. Dein cranium intrant, secundum medullam oblongatam ascendunt, & A. basilarem efficiunt, hæc emitit dein.

3. *A. Spinalis posterior*; ex A. vertebralibus; cum socio suo coniungitur.

4. *A. Spinalis anterior*; ex vertebralibus, cum socio suo in unum truncum abit.

Cuvis costæ ramum largitur, in costæ margine inferiori antrorum currit, tum musculis intercostalibus, tum pleuræ immersatur.

Et ad axillam productus.

Ad brachium, ubi venit.

1. *A. Thoracica, s. mammaea externa.*

2. *A. Thoracica inferior.*

3. *A. Scapularis externa.*

— *interna.*

4. *Humeralis*, oritur nonnunquam ex a. brachiali.

Bifurcatur nonnunquam ad ipsum exortum in duos ramos; quod probe notandum est in operatione proaneurismate, multum ad successum confert quo loco hæc divisio obtineat.

1. *A. Cubitalis recurrens.*

2. *A. Interossea externa*, oritur tres pollices sub articulatione, ligamentum interosseum perforat, cum ramo interosseæ internæ coniungitur.

3. *A. Interossea interna*; oritur sub priori, abit ad prouatorem quadratum, ligamentum ibi perforat, unitur cum ramis A. interosseæ externæ, & A. radialis.

*Subdivisiones & terminaciones.*

Mittunt ramulos in musculos collis & medullæ spinalis involucra.

1. *A. Auditoriam internam*, per aurem internam.

2. *A. Duræ matris posticam*, quæ dispergitur per partem posticam duræ meningis.

*Posterior secundum medullam spinalem descendit.*

*Anterior secundum medullam spinalem descendit.*

*Musculo colli longo & scaleno ramos mittit.*

*Surculi aliqui foramina lateralia ad medullam spinalem abeunt.*

Vocatur *arteria axillaris*.

— *A. brachialis.*

Ramulos dat mammis & musculis thoracis; ramus unus pergit secundum humeri longitudinem inferiora versus.

Distribuitur per musculos scapulæ & dorsi.

Externa inheret margini superiori scapulæ, dividitur per musculos scapulæ & circa articulationem humeri.

Interna abit in musculos & glandulas cavi subaxillaris.

Distribuitur per musculos scapulæ & humeri.

Rami præcipui sunt,

1. *A. Cubitalis seu ulnaris.*

2. *A. Radialis seu radiæa.*

Multos præterea ramos præbet laterales in vicinos musculos.

Recurrit ad condylum internum humeri, per ejus articulationem distribuitur & cum ramis A. brachialis communicat.

Evanescit in musculis interosseis externis manus; duo rami abeunt ad musculos antibrachii.

Distribuitur in parte externa carpi & in dorso manus.

Emitit surculum qui ligamentum carpi perforat quod per internam carpi faciem expansum est.

*Nomen, origo, truncus.*

*truncus palmaris*; in palma manus, est magna anastomosis arteriæ cubitalis, cum arteria interossea externa; extendit arcens hic ab osse pisiformi usque ad pollicem.

. A. Radialis seu radicea; dum ad carpum pervenit, ossi immediate incubit, adeo ut ictus facile percipientur; hocce loco pulsus explorare solemus.

*orta descendens*; incipit in thorace, a fine arcus aortici; descendit in sinistro latere, ad ultimam vertebram lumborum, ubi iliaca incipiunt.

A. Bronchialis; ab aorta ramo unico procedit; nonnunquam ex A. intercostali superiori.

. A. Oesophagea; duæ vel, tres sunt plerumque.

i. A. Intercostales inferiores; singulæ arteriæ ad exortum suum, posteriori loco, mittunt ramos in tunicas medullæ spinalis & dorsi musculos; ex inferioribus, nonnullos surculos in diaphragma.

. A. Diaphragmaticæ inferiores vel phrenicæ; ab aorta; nonnunquam à coeliaca.

A. Coeliaca; intra tendines dia phragmatis dividitur in dextram & sinistram.

. A. Coronaria stomachica; ex dextra coeliaca.

. A. Hepatica; est ramus maximus coeliacæ dextræ; tres ramos edit distribuitur truncus ejus una cum ramis venæ portæ per totam hepatis substantiam.

*Rami & divisiones.*

Ex parte convexa oriuntur arteriæ tres vel quatuor excurrentes ad extremitates anteriores ossium metacarpi, ubi quævis harum in surculos finditur.

Ex parte arcus palmaris concava, oritur ramus ad pollicem cum ramo A. radialis unitus.

1. Radicea recurrens ad flexuram cubiti redit, ibique conjungitur, cum ramis lateralis, A. brachialis.

2. Ramus in palma cum arcu palmaris communicans, binas arterias digitales constituit, ut jam dictum est.

*Rami aortæ descendentes in specie.**Arteriæ in thorace.*

In thorace usque ad diaphragma, rami quatuor principes inde exoriuntur.

Bifurcatur & abit in cavum thoracis dextrum, sinistrumque.

Nonnunquam una sola, quod ramum est.

In quovis latere sunt octo, excurrente interius secundum marginem inferiorem cujusvis costæ; ad medium hujus finditur quævis, in duos ramulos.

Dicitur hæc inferior, ad distinctionem illius quæ est ramus subclaviae & vocatur superior.

*Arteriæ in abdomen, octo.*

Emittit statim ad exortum suum diaphragmaticam inferiorem dextram.

Dividitur in tres ramos majores.

Orificium ventriculi dextrum ambit.

1. A. Pylorica.

2. A. Gastrica major seu dextra sœpius conjungitur cum arteriis ventriculi reliquis, emititque.

3. A. Cystica; ex trunco A. hepaticæ prope venam portæ.

*Ramuli & subdivisiones.*

Hi surculi a latere minimi digiti ad latus externum indicis ducti, digitorum apices decurrent, ibi conjunguntur & vocantur A. digitales.

Hinc nascuntur duæ arteriæ digitales, quæ pertinent ad latus internum indicis & pollicis.

Evanescit in musculis proximis.

Una pertinet ad latus internum indicis, altera in latere vicino pollicis jungitur arteriæ ex latere opposito venienti.

1. A. Bronchiales.

2. A. Oesophagea.

3. A. Intercostales inferiores.

4. A. Diaphragmaticæ inferiores, s. phrenicæ.

Per vesiculos pulmonales & ramos asperæ arteriæ distribuitur.

Nutrit pulmones.

Distribuuntur per œsophagum & ejus glandulas.

Ramus internus: abit ad pleuram & musculos intercostales.

— externus ad thoracem & musculos externos.

Distribuitur per faciem inferiorem diaphragmatis.

Per diaphragma dispergitur.

1. Coronaria stomachica.

2. Hepatica.

3. Splenica.

Per totum latus dextrum ventriculi diffunditur.

Per pylorum dispersa, cum coronaria stomachica unita.

A. Duodenalem, ad duodenum.

A. Gastro cœliopœcas dextræ, per ventriculum & omentum.

Insumentur circa vesiculam fellis.

3. Splenica;

*Nomen, origo, truncus.*

3. *Splenica*; ex coeliaca sinistra; sub ventriculo & pancreate ad lienem properat: ejus rami quatuor sunt.

ii. *Mesenterica*, seu *mesaraica superior*; excurrit inter laminas mesenterii.

iii. *A. Renales* seu *emulgentes*; duæ ex aorta.

iv. *A. Spermaticæ*; duæ ex aorta; nonnunquam sinistra ex art. renalí.

v. *A. Mesenterica inferior*; ad exortum suum edit duos ramos.

vi. *A. Lumbares*; in utroque latere sunt quinque vel sex.

vii. *A. Sacræ*; ex aorta; inter iliacarum divisionem exsurgunt.

viii. *A. Iliacæ*; oriuntur ex divaricatione aortæ descendentes.

*A. Iliaca interna*, seu *hypogastrica*; a posteriore parte anterius flebitur; ab ea egrediuntur quinque rami.

In foetu arteria umbilicalis, ex vesicæ urinariæ latribus, per umbilicum & funiculum umbilicale ad placentam uteri extenduntur.

In adultis autem evanescunt & degenerant in ligamenta.

ii. *A. Iliaca externa*, fertur ad ligamentum Poupartii, ibi duos ramulos emittit.

*Divisiones & rami.*

1. *A. Pancreatica.*

2. *A. Gastrica sinistra*, seu minor, per ventriculi latus sinistrum.

3. *Arteria breves.*

4. *A. Omentalis seu epiploicae.*

Ramum mittit in colon, qui vocatur *A. colica dextra*, seu superior.

Valde frequentes hic sunt anastomoses.

Dextia longior est quam sinistra.

Per annulum abdominalem descendent ad testes.

1. *A. Colica sinistra seu inferior*; cum colica dextra unitur.

2. *A. Hæmorrhoidalis interea.*

Ubi musculos abdominales perforant, vocantur *A. hypogastricæ externæ*. Surculi nonnulli ad medullam spinalem ejusque tunicas abeunt.

Oriuntur ex uno vel pluribus principiis.

Finditur truncus aortæ, ad vertebram lumborum ultimam in duos ramos.

1. *Iliaca parva*; seu interna minor; oritur ex latere postico *A. iliaca internæ*.

2. *Glutea*; per incisuram ischiaticam ex pelvi procedit.

3. *A. Ischiadica*; per incisuram ischiadicam exit.

4. *Pudenda communis*; seu interna, duo rami.

Anterior ramus fertur inter vesicam urinariam & intestinam rectum, sub symphysi ossium pubis transit.

Posterior ramus, seu *hæmorrhoidalis externa* per incisuram ischiadicam ex pelvi egreditur.

5. *A. Obturatoria*, cum nervo crurali minori per foramen ovale transit.

Internus ramus vocatur,

*A. Epigastrica*, cum *mammaria interna* jungitur.

Externus ramus, dicitur, *A. iliaca externa minor*.

*Subdivisiones & fines.*

Ad glandulam pancréatis.

In omentum mittit, *A. Gastroepiploicas sinistras*.

Ex unione cum *A. gastrica dextra* oriuntur *A.*

*Gastroepiploica media.*

Per latus sinistrum ventriculi.

Abeunt in omentum.

Surculi disperguntur, in intestinum jejunum, ileon, cœcum & colon.

Earum ramuli sunt *A. supra renæ* & *A. adiposæ renum*.

In viris migrant ad testes.

In foeminis ad uterum ovaria & tubas fallopianas.

Ad latus sinistrum intercostini colpergit.

Per intestinum rectum spargitur.

Superiores adidunt diaphragma & musculos intercostales infimos.

Inferiores, musculos lumbares & abdominales.

Evanescunt in os sacro & cauda equina.

Quilibet ramus dividitur in

1. *Iliacam internam.*

2. ————— *externam.*

Abit in os sacrum musculum psoas magnum iliacum internum & ad ossa illi.

Adit musculos gluteos, ani, intestinum rectum & vesicam urinariam.

Distribuitur in musculos glutcos, articulationem cruris, os ischii & sacrum.

Anterior ramus in viris in dorso penis excurrit & in corpora spongiosa inscritur, sub nomine *A. pudendæ externæ*.

In foeminis abit in partes laterales uteri & labia vulvæ.

Ramus posterior, per sphincterem ani, corpora spongiosa penis, & urethrae distribuitur.

Adit in musculos vicinos, glandulas inguinales & cutim.

Adit musculum abdominale transversum & rectum.

Evanescit per ossa illi, & musculos abdominales obliquos.

Truncus

*Nomen, origo, trunci.*  
Truncus hujus iliacæ.

1. *Cruralis, seu femoralis;* hæc arteria per musculum tricipitem femoris in popliteum usque descendit, ubi A. poplitea dicitur.

2. *Poplitea, ex arteria crurali.*

3. *Tibialis antica;* juxta os tibiae inter musculum perforantem & tibiæm posticum ad plantam pedis abit.

4. *Tibialis postica;* dividitur in duos ramos.

5. *Peronæa;* descendit post fibulam, perforat ligamentum interosseum, in dorso pedis emergit.

6. *Suralis magna;* descendit in facie interna & postica tibiæ, multos ramos ablegat in vicinas partes.

7. *Truncus plantaris;* fit per anastomosam art. tibialis antica cum plantari externa.

Mines hi rami & surculi aortæ tandem desinunt in exiliissimas venulas, vasa sibi mutuo inosculantur, & uniuersum efficiunt canalem, hocque modo circulatio sanguinis in minimis valculis egregie promovetur, & per hos canales continuatos perennis affluxus sanguinis acceleratur & revchitur ad fontem primarium quod est cor, ubi ad alios novos usus præparatur, miscetur, & de novo distribuitur per totum corpus humanum.

arteria pulmonalis ex ventriculo cordis dextro seu anteriori exit, intra pulmones dividitur in duos principes ramos.

venæ pulmonales; excipiunt sanguinem ab arteriolis minimis per anastomoses sibi junctis. Hæ venæ nullus habent valvulas.

### Rami & divisiones. Egressa ex pelvi.

Hæc arteria nonnunquam sub extremitate abit in duos ramos.

*Minor,* ad musculum rectum & crureum in latere externo femoris.

*Major* in latere interno ad popliteum tendit; tuicque dicitur A. poplitea.

Statim infra popliteum dividitur in tres ramos.

Dum in dorsum pedis versus pollicem pervenit, musculos interossa metatarsi perforat; unitur in planta pedis cum A. tibialis postica facitque arcum plantarem.

Interior: vocatur A. tibialis posterior seu tibialis magna.

Exterior: A. peronea, seu fibularis.

Per anastomosam unitur cum A. tibialis antica & postica.

1. A. Plantaris externa; unitur cum ramo art. tibialis anticae.

2. A. Plantaris interna; in medio plantæ dividitur in duos ramos.

Alius ramus, in tibia, superius in substantiam ossis tibiæ ejusque medullam penetrat.

Ex convexa parte oriuntur.

Ex concava parte.

Arteria pulmonalis & venea.

Habet tres valvulas semilunares ad impediendum sanguinis reditum.

1. Ramus ad pulmonem dextrum.  
2. Ramus ad sinistrum.

Minimi surculi confluunt cum aliis, faciunt ramos, ramos, ac truncos, qui denum coeunt in venas quatuor principes.

### Fines. Vocatur, A. cruralis, seu femoralis.

Varicos ramos ablegat ad regionem pubis, glandulas inguinales, musculos femoris, & cutim.

Rami laterales aliqui cum arteriis recurrentibus tibiæ coeunt.

1. A. Tibialis antica.

2. A. —— postica.

3. A. Suralis.

Ramulos multos spargit in vicinos musculos.

Anastomosi conjungitur cuin ramis lateralibus, A. poplitea, A. tibialis posticæ & A. peroneæ.

Juxta tibiam descendit.

Perforat ligamentum interosseum & tunc vocatur A. peronea postica.

Per pedem plures ramos spargit.

Sic format arcum plantarem in pede.

1. Ramus; unitur cum ramis art. tibialis anticae & ad pollicem fertur.

2. Ramus, per phalanges digitorum distribuitur, cum surculis plantaribus unitur.

Arteriae digitales pedum.

Surculi in musculos plantæ.

Innumeris surculis distribuuntur per pulmonum substantiam, vesiculos ambiunt, & in veaulis pulmonalibus finiuntur.

Intra pericardium hæ quatuor venæ se exonerant in sinum cordis sinistrum.

## T A B U L A X I X.

## Arteriae corporis anteriores.

## a. Cor.

b. Arteria aorta: oritur ex sinistro cordis ventriculo, dat arterias coronarias & magnum arcum facit, versus dorfi vertebras, dein descendit, per hiatum diaphragmatis in abdomen, in quo juxta sinistrum latus spinæ dorsi ad ultimam vertebram lumborum pergit, ibi in duas arterias iliacas dividitur.

c. Arteriae coronarie, ex aorta sub arcu ejus oriuntur & in substantiam cordis & auricularum distribuuntur.

d. Arcus magnus dat 3. ramos, 1. Art. innominata. 2. s. Carotidem sinistrum. 3. Subclaviam sinistram.

e. Arteria innominata, ex arcu aortæ, statim in duos ramos in g. A. subclaviam dextram & h. carotidem dextram dividitur.

Arteriae carotides ad laryngem usque recta ascendunt & ibi in externam & internam dividuntur.

Carotis externa juxta aurum ad tempora ascendit, & octo dat ramos; 1. Thyoideam superiorem. 2. Sublingualem. 3. Maxillarem inferiorem & 4. Maxillarem externam. 5. Pharyngcam. 6. Occipitalem. 7. Audioriam externam, & 8. Temporam ex qua frontalis.

Carotis interna in cavo cranii dat ramos cerebrios.

## i. Subclavia sinistra.

Arteriae subclaviae juxta claviculas arcus instar flecentur extrorsum in cavum subaxillare, in quo arteriae subaxillares vocantur.

Art. Subclavia dat 4. ramos,

1. Mammariam internam juxta sternum descendit, & edit, 1. Art. Mediastinam. 2. Thymicam. 3. Pericardicam, ex qua denuo diaphragmatica superior, & 4. Trachæalem inferiorem.

2. Cervicalem, in musculos colli.

3. Vertebralem, per 7. foramina processuum transversalium colli ascensit & cavitatem cranii intrat.

4. Intercostales superiores in margini costarum inferiori ad sternum usque decurrent.

k. Art. Axillaris, dat 4. ramos. 1. Mammariam externam. 2. Thoracicam inferiorem. 3. Scapularem externam & internam. 4. Humeralcm, dein.

l. A. Brachialis, ad flexuram cubiti decurrit sub ea in 3. ramos dividitur.

m. 1. A. Cubitalis, juxta cubitum decurrit, sub ligamenta carpi ad volam manus pervenit ibique facit arcum palmarem.

n. 2. A. Radialis penes radium descendit in volam manus.

o. A. InteroSEA, externa & interna in musculos antibrachii distribuuntur.

o. Arcus palmaris, ex hoc oriuntur, quatuor arteriae digitales.

## Aortæ descendentes rami.

Aorta ab arcu ad diaphragma dat 4. ramos; 1. A. Bronchialcm. 2. Oesophageas. 3. Intercostales inferiores octo paria. 4. Diaphragmatics inferiores.

a. A. Bronchialis; ad vesiculos pulmonales & bronchia.

A. Oesophagea ad inferiorem partem oesophagi.

Intercostales inferiores, in inferiore margine octo costarum inferiorum ad sternum usque.

Diaphragmaticæ inferiores ad diaphragma abeunt.

Aorta in abdomine, octo rami.

b. 1. A. Coeliaca, solitaria est, sub ventriculo in 3. ramos dividitur. 1. Art. Stomachica. 2. A. Spleenica. 3. Hepatica.

c. 2. Art. Mesaraica superior, prospicit intestino jejunio,occo, colo dextro.

d. 3. Renales, ad renes.

e. 4. Spermaticæ, ad testiculos abeunt in viris, in mulieribus autem ad ovaria.

f. 5. Mesenterica inferior, ad colon sinistrum & intestinum rectum.

g. 6. Lumbares, ad musculos lumborum & abdominis.

h. 7. Sacrales, juxta os sacrum.

i. 8. Iliace: circa ultimam vertebram lumborum aorta dividitur in duas.

Arteriae iliaceæ, dividuntur in externam & internam.

A. Iliaca interna, vocatur hypogastrica: in foetu se dividit in 6. in adulto, in 5. ramos, qui intra & circa pelvem dividuntur.

k. Art. Iliaca externa, e cavo pelvis sub ligamento Poupartii egreditur, in interna femoris parte deorsum pergit ad cavitatem subpopliteum.

l. In hoc decursu vocatur arteria cruralis seu femoralis, sub poplite autem arteria poplitea.

m. Arteria iliaca externa sub exitu ex pelvi dat arteriam epigastricam, quæ sub musculo recto usque ad sternum ascensit.

n. Arteria cruralis, dat multos ramos musculares ad musculos femoris & arterias laterales, qui cum arteriis genualibus recurrentibus a tibiali anastomosant.

o. Art. Poplitea dividitur in tibiale anticam & posticam ac peronæam.

p. Arteria tibialis antica, ligamentum interosseum perforat, descendit ad dorsum pedis, penes pollicem pedem perforat & in plantam pedis abit.

q. Tibialis postica in interna & postica parte tibiae descendit & retro malleolum internum in plantam pedis egreditur & arcum plantarem efficit.

r. Peronea seu fibularis, retro fibulam descendit, inferius perforat ligamentum interosseum & ad dorsum pedis egreditur.

Arcus plantaris formatur a tibiali antica & postica, & peronea in planta pedis.

Arteriae digitales ex arcu plantari enascuntur.

TABVLA. XIX.







TABVLA,XX.



Rowe sculp.

Schola et historica Medicinice a Gul. Rowley.

## T A B U L A XX. Arteriae corporis posteriores.

Nomen, origo, trunci.

- a. *Arteria occipitalis*: sub splenio musculo emergit.
- b. *A. Auricularis, posterioris, ramus temporalis*.
- c. *A. Dorsalis suprema*: ab *A. thyroidea plerumque*.
- d. *Arcus occipitalis*.
- e. *A. Intercostalis superior*.
- f. *A. Intercostales aorticae*: novem paria ex aorta descendente.

Discidunt prope capitulum costæ, in 2. ramos.

g. *A. Lumbales*: ab aorta ad angulos fere rectos oriuntur.

i. *Truncus arterie axillaris*: ex subclavia.

j. *A. Scapularis inferior*: a subclavia, saepe a scapulari interna.

k. *A. Circumflexa posterior*: ex *A. axillari*.

l. *A. Humeralis truncus*: ex *A. axillari*, saepe ex *A. brachiali*.

m. *A. Profunda humeri*: ex *A. humeraria*.

n. *A. Interossea posterior, superior*.

o. *A. Dorsalis scapulae superior*: a *thyroidea plerumque*.

Principes sunt.

p. *Truncus arterie axillaris*.

q. *A. Circumflexa posterior*: ex *A. axillari*.

r. *A. Profunda humeri*: ex arteria axillari, plures ramos edit.

s. *A. Interossea dorsalis princeps*.

t. *A. Interossea imam cubiti*: plures ramos edit.

u. *A. Radialis*: ab *A. humeraria*: in summo humero, saepe a tranco in cubiti flexione dedit.

v. *A. Iliaca posterior*.

w. *A. Ischiadica*.

x. *A. Poplitea*: est cruralis continua sub poplite.

y. *A. Tibialis anterior*.

z. *A. Peronea anterior*.

— postica.

aa. *A. Peronea postica*.

Rami.  
Per totum occiput distribuitur.

Sæpc ab *A. occipitali* nascitur.

Rami sunt, 1. *Scapularis*. 2. *Spinalis*. 3. *Dorsalis scapulae*.

Unione cum lateris oppositi ramo. *Cervicalem profundam*, saepe edit.

*Prima*, nascitur inter tertiam & quartam vertebram dorsi.

*Nona* sub undecima costa.

1. *Ramus dorsalis*.

2. — *intercostalis*, quæ continuo dividitur, iterumque unitur.

Simplicem truncum habent, intercostales autem duplices.

Bifurcatur in *A. humerale*, & *brachiale*.

Per omnem scapulam impenditur.

Editur ad imam orum musculi infra scapularis.

Prospicit musculis scapulae & humeri.

Sequitur lincam asperam humeri.

Rami 1. posterior, 2. inferior.

1. *A. Nutritia scapulae*.

2. *A. Dorsalis*.

3. *A. Supra spinalis*.

4. *A. Infra spinalis*.

5. *A. Musculares*.

Sub axilla edit.

Anastomosat cum profunda humeri.

1. *Superior*. 2. *Nutritia humeri*.

3. *Profunda radialis*, &c.

Plures ramos edit perforantes, &c.

1. *Medius*. 2. *Radialis*. 3. *Carpeo radialis*. 4. *Carpeo ulnaris*, &c.

1. *Musculares cutanei*. 2. *Recurrens radialis*. 3. *Profundus*.

3. *Volaris anastomoticus*, &c.

Supra musculum pyramidalem exit. Circa tuber ischii varic dividitur.

1. *A. Tibialis postica*. 2. *A. Antica*. 3. *A. Peronea*.

Perforat ligamentum interosseum.

Rami: 1. *Interior*. 2. *Posterior*.

Perforat ligamentum interosseum.

Descendit juxta fibulam..

Fines.

Mituit surculos ad musculum rectum, obliquum, complexum, &c.

Ad musculos posticos auriculæ, biventre, mastoideum, &c.

Ad trapezium, splenium, coraco hyodeum, &c.

Anastomosin facit.

In vicinis periostis vertebrarum. Emittit *A. bronchiale*; *A. dorsales*, *intervalli secundi & tertii*.

Sæpe deficit.

Ad dorsum & medullam spinalem.

Duobus truncis parallelis costarum suarum oras tegit.

Cum *A. abdominali* & *epigastrica* anastomosant.

Nutrit os humeri ejusque musculos.

Ad longum extensorem & infraspinalem, &c. abit.

Ad caput humeri, deltoidem, extensorem longum, &c.

Mutatur in *A. radialis* & *ulnaris*.

Ad extensorem brevem & longum, cutim, &c.

Ad extensorem digitii minimi.

Impenditur in periostium scapulae.

In caput humeri, scapulae dorsum.

Supra spinam scapulae.

Infra spinam ejusdem.

In musculos vicinos.

A. *Circumflexam superiore*.

Ad epiphyses & os humeri.

Impenduntur in deltoidem, medullam humeri, radium, cutim, &c.

In supinatorem brevem, radium, &c.

Ex anastomosi cum aliis ramis nascitur carpeus.

Impenditur per metacarpum, carpus, digitos, dorsum & volam manus, cum aliis communicat, &c.

Ad pyramidalem, gluteos, &c.

1. *A. Hæmorrhœa*. 2. *Pudenda*.

A. *Articulares, interosseæ, cutaneæ, musculæ*, &c.

Ad dorsum pedis descendit:

1. *A. Tibialis posterior*. 2. *Peronea*.

Nunc vocatur *peronea postica*.

Unitur cum *A. tibiali antica* & *postica*.

## Systema Venarum.

## De Venis in genere.

1. *Vena*, canalis est membranaceus, fortis, flexilis, non pulsans, sanguinem a partibus ad cor revehens.

2. *Venarum species* sunt quinque.

1. *Vena pulmonalis*.

2. *Vena cava*.

3. *Vena portæ*.

4. *Venæ coronariæ*.

5. *Sinus cerebri & meningum*.

3. *Figura*: est cylindrica ramosa, conoidea dicitur etiam a quibusdam, sed valde improprie.

Ab exortu & a capillaribus minimis arteriolis venulae minimæ exoriantur, continuantur in ramulos, ramos, truncos, tandem, abeunt in venam eavam, quæ exoneratur in sinum cordis anteriores.

Idem sit in venis pulmonalibus, quæ sanguinem accipiunt, a minimis arteriolis, transmittuntque ad cordis sinum dextrum.

Venæ versus cor progredientes, acceptis eontinue novis additamentis & rivulis, semper increscunt, fluviorum ad instar; arteriæ autem a corde decedentes dimissis rāmis a trunco, arborum ad instar, gracilescunt in minimas arteriolas capillares.

*Substantia venarum*: habent venæ similes membranas ac arteriæ, excepta musculosa, quæ hic deficit.

Tenuiores etiam sunt hæ membranae, quam in arteriis.

*Color venarum*: differt ab illo arteriarum, ob tenuitatem parietum suorum videntur eæruleæ; hie color compónitur, ex alba cute & ex purpurâ sanguineâ.

*Origo*. i. Ab extremitatibus minimarum arteriolarum, quæ anastomosi junguntur, cum minimis venulis capillaribus, hocque modo unum efficiunt vas continuatum.

ii. A superficie externa & interna, totius corporis per vasa inhalantia, absorbentia, resorbentia, lymphatica, &c.

Exhalationes arteriarum perpetuae & valde copiose sunt ubique in corpore, hinc resorptiones veloces debent esse abundantesque.

iii. Ex sinibus cerebri & meningum, majores venæ exsurgunt quæ sanguinem ibidem excipiunt & in eor revrehunt.

iv. Inhalantes venulae, vaporem & aliud quodcumque secerunt ac tenue liquidum attrahunt & ex pinguedinosis cellulis forbent pinguedinem in venasque rubras vehunt.

*Fines*: venæ ab extremitatibus arteriarum ortæ, per confluxum aliarum venarum auctæ, in majores truncos collegete, tandem in dextra vel sinistra cordis auricula finiuntur, ibique sanguinem suum exonerant.

*Venæ pulmonales*: sanguinem reducem ex pulmibus, reddunt in sinum cordis posteriorem seu sinum.

*Vena cava*: revicit sanguinem ab omnibus re quis partibus corporis, ad sinum cordis anteriores seu dextrum.

*Valvula*: sunt membrulæ tenues, pendulæ, cavo venarum, hinc inde occurrentes.

Obluso apice clauso apicem venarum spectant; ostio aperto, ad venarum basin apertæ sunt.

Fiunt valvulae venosæ, a membrana venarum intima, levi, quæ ex parte a corde remotiori sursum versus eor, & introrsum in ipsam venæ caveam producitur, & ex margine lunato, in aciem extenuato, reflexa, in se ipsam reddit & deorsum ad partem, a eore remotiorem, in membranam venæ intimam, revertitur. Ita duæ laminæ nascuntur, inter quas cellulotela intercedit.

Figura earum in universum parabolica est, aperte convexus, deorsum respicit, sive a corde remotior est latera, sive duæ medietates discedentes, in tubulæ venæ sursum, versus eor producuntur; adeo, inter valvulam, & venæ parietem, eavi quid intercipiunt instar digitabuli, quod nonnulli *sinum* vocant, qui repletus conum parabolicum replet.

*Sinus* est locus in quo *variae* nascitur: pondus sanguinis replet, ac distendit has valvulas enorimenter; a mole usque brachii visæ sunt auctæ.

*Valvulae semilunares*: inveniantur modo unicæ modo binæ, præsertim ubi majores rami in trunco concurrunt.

In ostio venoso sinistro cordis, est valvula, divisæ quasi in duas, quæ à figura *Mitiales*, dicuntur.

In ostio venoso dextro, pendet membrana alba densa, stipata, tendinea; que membrana ab anatomici consideratur, quasi in tres portiones divisa, & vocantur *valvulae tricuspides*.

Ostio arterioso dextro & sinistro oppositæ sunt, tres membrulæ, tendineæ, semicirculares, arcu ad cordis basin concreto, & converso ad ventriculos, chordæ soluta superius.

Singulæ chordæ, in medio gerunt corpusculum callosum, figuræ triquetrae, vocantur *valvulae semilunares*.

*Valvulae* desunt in interioribus cerebri, pulmonibus, in vena cava inferiori, vena portarum, vena uteri, viscerum, venis minoribus.

*Utilitas valvularum*: magna est;

1. In muscularum actiones, omnem sanguinis pressionem, versus cor determinant.

2. Sanguinem sustinent.

3. San-

3. Sanguinem in via ad cor, tendentem non sinunt labi.

4. In artibus præcipue, sunt valvulae, quia ibi muscularum pressio magna est, non ita in venis visum, musculi enim illic desunt.

5. Sanguis ascensum ac motum juvant, & carent, circulatio turbetur.

6. Valvulae regurgitationem sanguinis, ad introitum rami, in truncum impediunt.

#### *Differentiae venarum ab arteriis.*

1. Tunicæ tenuiores sunt quam in arteriis.

2. Diameter ter quaterve amplior diametro arteriarum, quæ ad illas pertinent, exceptis arteriis pulmonicis quæ eadem diametro cum venis pulmonicis sunt. Arteriis multo ampliores sunt venæ, ut quæ continere debent sanguinem, chylum, lympham, &c.

3. Venarum major est copia.

4. Venæ non pulsant.

5. Minus profunde hærent, quam arteriæ.

6. Habent valvulas, exceptis paucis venis.

7. Ad cor venæ grandissimæ sunt, & recedendo a orde gracilescunt, similiter ac arteriæ.

8. Color: alius est quam in arteriis, nam cæruleæ pparent, ob tenuitatem parietum suorum.

9. Maxima differentia inter venas & arterias est; arteriæ sanguinem a corde exceptum, mittunt ex basi, d ramos seu apicem.

Venæ autem ab extremis ramulis, ramisque ad truncos & ad cor, sanguinem reducunt.

10. Ab hac autem norma recedit vena portarum, quæ sanguinem arteriarum more, in hepar dispensat, sed per venam cavam ad cor etiam dicit.

11. Venæ humorem recipiunt ex absorbentibus & lymphaticis vasibus.

12. Absit a venis solida illa tendinea compages, quæ arteriarum præcipuam membranam efficit, absunt enim musculosæ fibræ transversæ.

13. Sanguis tardius movetur in venis, quam in arteriis.

14. Post mortem paucus sanguis reperitur in arteriis, pars major in venis collecta manet.

15. Venæ multo majorem ferre possunt distensionem, quam arteriæ.

16. Venæ post abscissionem, sanguine effluxo condidunt, non itidem arteriæ, quæ semper hiant.

17. Quoties sanguis per inspirationem diuturnam, aut nixu, in pulmones congeritur, toties ejus iter sufflaminatur ut in collo, facie, oculis, cerebro universo, stagnet, venas distendat, ruborem, tumorinque conspicuum producat, denique eas venas externas rumpat, aut ipsius encephali venas, cogat diffidire, cum funestæ apoplexiæ eventu.

18. Vena nascens, sit ex arteria cænescente, quæ sanguinem in venam trudit. Sic arteria & vena sunt unum idemque vas continuatum, nisi quod vena, versus cor progredivit, sensim latior fiat, prout arteria, a corde recedens, sensim siebat angustior.

19. Arteriæ duræ facile, venæ molles, ægrius rumpuntur, & in universum sanguini melius resistunt.

20. Venæ sub cute truncos majorcs, ramos profundos minores habent; e contra arteriæ ramos subcutaneos, ubique breves & exiguo naectæ sunt: truncis suis majoribus, per profundas ac tutas corporis regiones incedunt.

21. Venæ non ubique arteriarum sunt comites.

22. Arteria cutanea alicujus longitudinis nulla est: Venæ propriæ profundæ nullæ sunt.

23. Magis variant venæ in situ, arteriæ constantiores sunt.

24. Trunci venosi sex sunt, qui nusquam convernuunt, nisi ad utrumque cordis atrium; pulmonales nempe quatuor & cavae duæ.

25. Venarum robora, illa arteriarum, plerumque superant, majorem distensionem venæ absque rupture ferunt, quam quidem arteriæ.

26. Venæ multo frequentius intumescunt ac rumpuntur, quam arteriæ. Varices, haemorrhoidum-tumores, saepius occurunt, quam aneurismata arteriarum.

27. Diametrorum ratio ad arterias socias, habetur, ut 9 ad 4 inter venarum & arteriarum lumina.

28. Optime appetit, quantum venæ superent, si arteriam & venam cera repleveris, diverse colorata injectione, & tunc in eadem corporis parte, v. gr. intestino, utrumque genus comparaveris.

Certe hac arte, arteriæ fere evanescere solent, obrutæ a mole & a numero venarum, ruberque earum: & validior color, a cæruleo venoso obtegitur.

Diameter minima arteriolarum, venularumque est, ut unicum globulum sanguinis admittant, quorum 5000 æqualis ad 1. pollicis longitudinem.

Anastomoses; majores sunt venis, quam arteriis; saepè magnas per venas vicini trunci uniuntur, quo loco arteriarum anastomoses, per minutissimos trunculos perficiuntur. Maximæ sunt, inter profundam brachii venam & cephalicanr, basilicam, medianam & interosseam.

Inter divisiones ramorum, origines, & numerum venarum, multo plus varietatis est, quam in arteriis.

Hic est tanta inconstantia naturæ, ut labor hucusque deterruerit artifices, aggredi earum minutam descriptionem, quia unumquodque fere cadaver, multum differt ab altero.

Ramificationes venarum rarissime in diversis hominibus; pariter conspiciuntur, sed diversimode disperguntur, & certa earum distributio determinari non potest facile.

Usus venarum: vena cava ab omnibus corporis partibus, sanguinem a nutritione superfluum, ad cor dis ventriculum dextrum revchunt.

2. Liquida tenuiora in externa & interna corporis superficie resorbent, deferuntque ad cor.

3. Chylum per vasa lactea ex intestinis hausum, ad ductum thoracicum delatum, tandem excipiunt, cum sanguine miscent, & cordi tradunt.

## De Venis in specie.

Distributio venarum per totum corpus duobus modis describi potest.

1. Incipiendo ab origine venarum & finiendo dein per truncos.
2. Sed melius inverso modo considerantur, initium faciendo a truncis, progrediendo per divisiones, a ramis ad ramiulos, eorumque extremitates. Hæc ultima methodus, uti commodior est, sequemur compere causa.

Tres venæ principales sunt in corpore: 1. Vena cava. 2. Vena pulmonalis. 3. Vena portæ, hisce a possunt. 4. Vena coronariæ, solo cordi dicatae. 5. Sinus ducere matris, sic habemus quinque species.

## Nomen, origo, truncus.

Vena coronariæ: intra pericardium sunt sitæ.

Vena cava: est maximum vas sanguiferum oritur duobus truncis ex cordis auricula dextra; medastino firmiter adhaeret.

V. Cava superior: ex ejus trunco egrediuntur.

Sex venæ thoracice internæ parvae dextre.

Venæ thoracice sinistre, veniunt ex subclavia sinistra.

Dividitur dein in tres magnos truncos.

Vena azygos: seu sine pari: prope pericardium conjungitur cum trunco superiori venæ cavæ, in latere posteriori, inter quartam & quintam vertebram dorsi, ad aortæ latus dextrum.

V. Bronchialis: sub sterno, supra asperam arteriam, a vena azygos.

Venæ subclavie: duæ sunt dextra & sinistra.

Venæ ambae in latere dextro coeunt inque truncum cavæ superioris se immixtum.

V. Subclavia dextra.

V. Subclavia sinistra: transverse & longius decurrit, quam dextra; transit supra tres arterias magnas. Hæc differt a subclavia dextra.

## Rami.

Basin cordis totam ambiunt.

Dividitur in cavam,

1. Superiore, quæ a veteribus improprie dicebatur cava ascendens.
2. Inferiorem, seu descendenter, ambae coeunt intra pericardium.
1. Vena dextra mediastina.
2. — — — pericardica.
3. — — — diaphragmatica superior, seu pericardio diaphragmatica.

4. — — — thymica.

5. — — — mammaria interna.

6. — — — trachealis vel gutturalis.

7. Vena azygos.

8. — — — subclavia dextra.

9. — — — sinistra.

Descendit usque ad venam renalem, aut lumbarem, cum quibus communicat, saepe cum truncu venæ cavæ anastomosat.

Sæpe dat vnam diaphragmaticam inferiorem.

Quandoque a subclavia incipit, alias ab intercostali superiori.

Quia sub claviculis incedunt, nomen inde fortuntur.

In quovis latere & superius quatuor venæ notabiliores accipiuntur.

Est brevis.

Accipit præter supra dictas 4. venas.

1. V. Thoracicas sinistras internas parvas.

2. Ductum thoracicum.

3. Venas intercostales superiores.

4. V. Bronchiale sinistrum.

## Fines.

Desinunt in cavitatem aurici dextræ cordis.

Sanguinem advexit ex capite, thrace & extremitatibus superioribus.

Vehit sanguinem ex abdomen extremitatibus inferioribus.

Distribuitur per mediastinum.

Supra pericardium.

Uti prior & communicat cum diaphragmatica sinistra.

Infra thymum.

Ad diaphragma, mediastinum Communicat cum V. epigastricæ.

Per glandulas thyroidem, bronchiales, tracheam, &c.

Ad vasa emulgentia, &c.

Tendit ad brachium dextrum.

Ad latus finistrum.

Excipit venas, 1. Tracheales. 2. Bronchiales. 3. Oesophageas superiores.

4. Intercostales superiores dextræ: quæ communicant cum venis mammariis. 5. Intercostales inferiores: quæ communicant cum V. thoraci & mammaria interna.

Comitatur bronchia in pulmonibus, eosque nutrit.

Ad axillam productæ, vocantur venæ axillares.

1. Vena jugularis externa. 2. Jugularis interna. 3. Cervicalis vel vertebralis. 4. Axillaris.

Più spicit partibus in dextro latere.

Hæ simili modo distribuuntur in finistro latere, uti illæ ex vena cava in dextro.

Adfert chylum & lympham.

Venient ex pleura, costis, &c.

Ex pulmonibus advenit.

V. Jugulares

*Nomen, origo, truncus.*

V. *Jugulares internæ*: a foraminibus laceris tendunt ad V. subclavias.

V. *Jugulares externæ*: fitæ in partibus externis colli, faciei, capitis, &c.

V. *Cervicales vel vertebrales.*

V. *Axillaris*: est continuatio vena subclaviae; in brachio vocatur, V. *Brachialis*.

V. *Cephalica*: est ramus, externus venæ axillaris; decurrit inter musculos & cutem.

V. *Basilica*: est ramus interior venæ axillaris.

V. *Basilica profunda*: incipit infra caput humeri, juxta cavum subaxillare.

V. *Basilica subcutanea*: statim sub cute in brachio existit.

V. *Mediana*: ex cephalica & basilica.

V. *Salvatella*: ex ramo cephalicæ, & alio vena basilicæ conficitur.

V. *cava inferior*: parva portio ejus est intra pericardium.

V. *diaphragmaticæ seu phrenicæ*: hiant in venæ cavae truncum inferiorem.

V. *Hepaticæ*: tres.

V. *Atrabilariæ & adiposæ*, in cavam hiant.

V. *Emulgentes, renum*: dextra & sinistra.

V. *Spermaticæ*.

V. *Lumbares*, hiant in venam cavam.

V. *Iliacæ*: ambæ, circa os sacrum, exonerantur in venam cavam.

V. *Iliaca interna*.

### Rami.

Advchunt sanguinem ex capite, sinubus cerebri & cerebelli, &c.

Exonerant sanguinem in subclaviae.

Ex occipite, collo, vertebris adveniunt.

Ejus propagines sunt, 1. *Cephalica*. 2. *Basilica*. 3. *Mediana*. 4. *Salvatella*.

*Interior* ramus, cum ramo venæ basilicæ unitur.

*Exterior* unitur, cum. alio ramo basilicæ, prope ulnam.

1. Ejus ramus *inferior profundior*, dicitur.

2. Ramus; *vena thoracica inferior*.

*Ramus exterior*, secundum radium decurrit.

— *interior*, accumbit ulnæ.

*Ramus anterior*, oblique protenditur supra flexuram cubiti.

— *posterior*.

Conjungit ambas venas in flexura cubiti.

Subinde oritur ex ramo basilicæ; vel extremitas medianæ illam format.

### Inferior truncus venæ cavae.

Perforat diaphragma eique dat venas.

Communiter adhuc intra thoracis cavitatem videntur.

Recipient sanguinem.

Diffuse circa glandulas atrabilarias & adipem renum.

Circa primam vertebrem lumborum sitæ.

Dextra in venam cavam hiat.

Sinistra in emulgentem venam.

Accumbunt vertebribus lumborum.

Dividuntur in 1. dextram & sinistram; ab unaquaque eduntur.

Ejus propagines sunt.

### Fines.

Accipiunt V. thyroideam, maxillarem internam.

Accipiunt V. frontales; angulares; temporales; auriculares; raninas; occipitales; cephalicas.

Communicant cum sinibus duræ matris.

Accipit sanguinem ex venis, 1. Mammaris externis. 2. Thoracicas. 3. Scapularibus, seu humeralibus.

Hinc producitur vena mediana.

Inde vena *salvatella*, exoritur.

{ Vena hepatica : in brachio dextro.  
— splenica : in brachio sinistro.  
Distribuitur intra costas.

Pollici & indici dat ramos.

Surculos præbet digitis & volæ manus.

Adit ramum cephalicæ, qui medianam efficit.

Distribuitur sub cute per ulnam ad carpum.

Surculos supra pollicem ac indicem mittit.

Exterius super carpum excurrit usque ad digitum annularem & auriculariem.

V. *Diaphragmaticæ inferiores, seu phrenicas*.

Distribuantur per diaphragma, mediastinum, pericardium.

Ex hepate.

Ex renibus succenturiatis & adipe renum.

Pluribus ramis renes subeunt.

In viris ad testiculos pertingunt.

In foeminis ad uterum & ovaria.

Veniunt a medulla spinali & musculis viciniis.

Venæ, 1. Sacra. 2. Iliaca interna. 3. Iliaca externa. 4. Cruralis.

V. *Hypogastrica*.

V. *Hæmorrhoidaria externa*. V. *Fudenda*.

V. *Iliaca*

*Nomen, origo, trunci.*

V. *Iliaca externa*.  
V. *Hypogastrica*: per totum abdomen dispersa est.

V. *Epigastrica*: ex V. iliaca externa.

V. *Cruralis*: est infimus & maximus venæ iliacæ externæ ramus.

*V. Muscula.*

V. *Poplitea*: in poplite sub condyllo interno femoris locata est.  
V. *Ischiadica*: infra trochanterem minorem: sic vocatur quia comitatur, nervum ischiadicum.

V. *Suralis*: a vena crurali, vel a V. tibiali postica; sub cute palam conspicitur.

V. *Saphæna magna*: longe descendit sub cute per crus, tibiam, ad malleolum externum & pollicem.

V. *Tibialis antica*: perforat ligamentum interosseum.

V. *Tibialis postica*: sæpe est truncus continuatus venæ popliteæ.

*Vena Peronea*: duplex est vel triplex.

Omnes prædictæ extremæ ramifications venarum æque ac arteriarum rarissime in diversis hominibus similiter conficiuntur.

*Rami.*

Ex hac oriuntur.

Recipit sanguinem ex pelvi & partibus vicinis externis & internis.

Dat ramos glandulis vicinis, ascendet ad venas mammarias.

Infra ligamentum Fallopii exit; sub poplite vocatur V. poplitea.

Duplicet.

Usque ad calcem se extendit, tres sunt ejus rami.

*Minor*, exterius collocata vocatur etiam, V. *saphæna minor vel externa*.

*Major ischiadica*, multos ramulos emittit.

In servit musculis gastrocnemii, solæo, &c.

In inguine dat ramos glandulis inferioribus, per totum decursum plurimos ad musculos vicinos.

Communicat cum V. tibiali postica, & poplitea.

Dat venam suralem musculis gastrocnemii, solæo, &c. Dividit se circa arteriam tibialem, illam ambit, iterumque fibimur unitur.

Descendit juxta arteriam peroneam eamque ramulis suis amplectitur.

*Vena Portæ.*

*Vena portæ* est magna peculiaris vena, ejus truncus primarius est situs, inter prominentias inferioris seu concavæ partis hepatis, quæ a veteribus vocabantur *portæ*.

Oritur *væna portæ* inter membranas mesenterii ab intestinis, aliisque visceribus abdominis. Sanguinem suum vicit ad hepar.

Vena hæc considerari potest, quasi composita sit ex duabus magnis venis, quarum trunci abscessi, sibi invicem appositi, dein divergunt ab invicem, ramis rami si quis suis, in directiones contrarias.

*Fines.*

V. *Epigastrica*. V. *Cruralis*.

Ex venis hemorrhoidalibus, obturatoriis, pudendis dorsali & interna

Sæpe dat ramum musculo obturatorio, ibique cum vena obturatoria anastomosat.

Vena 1. *Muscula externa*. 2. *Poplitea*. 3. *Ischiadica*. 4. *Suralis*. 5. *Saphæna*.

Venit a musculis in femore & tibia.

1. *Vena tibialis antica*. 2. V. *Tibialis postica*. 3. *Vena peronea*:

Distribuitur per musculos, & cum usque ad malleolum extnum.

Per musculos surales, gastrocnemios, pedis dorsum ejusque digitos.

Decurrit juxta mallolum internum; infra plantam pedis, efficit venas plantares.

Terminatur circa pollicem pedis: anastomosat cum V. crurali, tibiali & propriis editis ramis.

Dat V. *articulares* genu, tibiæ, fibulæ, musculis, in pede evanescit.

Descendit ad malleolum internum, communicat cum V. tibiali antica, & V. saphæna. In planta efficit venas plantares.

Retro malleolum externum descendit: communicat cum V. tibialis postica.

Truncus unus, adhæret hepati ramificatur in hoc viscere ac ubique comitatur arteriam hepaticam.

Truncus alter, extra hepar est, ac dispergit ramifications per viscera, quæ irrigantur ab arteria coeliaca & à mesentericis, sunt ventriculus, intestina, pancreas, lichen, mesenterium, omentum.

Pars prior vocari poterit, *væna portæ hepatica*, sive superior, sive parva, cuius truncus vulgo dicitur, sinus *væna portæ*.

Pars altera vocatur, *væna portæ ventralis*, inferior, seu major.

Hanc

Hanc ultimam hic descripturi sumus, de priori tractaturi in hepatis historia.

Magnus truncus *venae portæ inferioris*, seu *ventræ*, situs est in facie inferiori, concava hepatis, & communicat, cum sinu *venæ portæ hepaticæ*, intra medietatem & extremitatem dextram hujus sinus. Descendit oblique sinistrorum, post truncum arteriæ hepaticæ, se curvat infra duodenum, usque ad caput pancreatis, se extendit, quinque digitos latos.

Nunc mutatur nomen *venæ portæ*, quæ dividitur

### *Nomen, origo, trunci.*

*Vena portæ inferior*: antequam in tres ramos abiit, ex trunko suo edit, plurcs ramusclos, seu parvas vcnas.

Hæ parvæ venæ omnes nascuntur, aut separatim, aut ex parvo communi trunko, aut ex aliquo ramo majori.

*Vena magna mesaraica*: hæc vena sèpius apparet, uti trunus continuatus, potius quam ejus ramus.

Comitatur arteriam mesentericam, per mesenterium, mesocolon, intestina tenuia, coecum & latus coli dextrum.

*Vena splenica*: est quasi truncus secundarius magnæ venæ portæ. In splene trunus evanescit: ex ultimo ramusculo posteriori, oriuntur *vasa brevia* antiquis decantata.

*Vena hæmorrhoidalis interna*, seu *mesaraica parva*; est truncus tertius venæ portæ.

*Ufus*: venæ portæ. Duplex ejus officium est: agit ut *vena*, aut *arteria*.

*Venæ* officio fungitur, dum sanguinem a nutritione reliquum ex abdominis partibus revicit.

*Arteriæ* in unus facit, cum hunc sanguinem non ad cor, sed ad hepar afferat, bilem fecernendi causa.

*Progressus* sanguinis in hepate difficultior est per hanc venam, quia vena portæ caret pulsu arteriarum & destituitur valvulis;

in tres magnos ramos. Vocantur, 1. *Vena mesaraica*, sive *mesaraica magna*. 2. *V. Splenica*. 3. *V. Hæmorrhoidalis interna*, seu *mesaraica parva*.

*Vena Mesaraica*: appetet, ut truncus venæ portæ inferioris.

— *Splenica*: est quasi ramus primarius.

— *Mesaraica parva*, seu *hæmorrhoidalaria interna*: aut communem originem habet cum splenica, aut hujus est proles.

### *Rami.*

1. *Venæ cysticæ*: duæ.

2. *V. Parva hepatica peculiaris*.

3. *V. Pylorica*: ex trunko magno.

4. *V. Duodenalis*.

5. *V. Gastrica dextra*.

6. *V. Coronaria stomachica*.

1. *V. Colica superior*.

2. ————— *inferior*: seu *gastrocolica*, *ramus superior*.  
———— *ramus inferior*.

3. *V. Epiploica dextra*.

4. *V. Coecalis*: *ramus 1. superior*.

———— *ramus 2. inferior*.

1. *Vena coronariæ stomachica*.

2. *V. Pancreatica*.

3. *V. Gastrica epiploica sinistra*.

4. *V. Epiploica sinistra*.

5. *V. Hæmorrhoidalis interna*.

6. *Vasa brevia*, tendunt ad ventriculum.

1. *V. Duodenalis secunda*.

2. *V. Hæmorrhoidalis superior*.

3. ————— *inferior*.

### *Fines.*

A collo vesiculae fellis usque ad fundum eunt.

Venit ex una *V. cystica* vel ex carum trunko.

Incedit supra pylorum: communicat cum coronaria stomachica.

Supra duodenum & pancreas distribuitur.

Hæ frequentius veniunt ex ramo venæ portæ inferiori, quam ex trunko.

Adit colon: communicat cum *V. hæmorrhoidalali*.

Adit pancreas, omentum, ventriculum.

Ad colon: communicat cum vena colica & coecali.

Adit, omentum, intestinum jejunum, & ileum.

Adit colon: communicat cum vena gastro colica.

Adit coecum: communicat cum *V. magna mesaraica*.

Ad orificium superius ventriculi.

Inservit pancreati.

Adit ad ventriculum.

Distribuitur in omento.

Non semper oritur ex *V. splenica*. Communicant cum *V. coronaria stomachica*, & *gastrica sinistra*.

Adit duodenum.

Finitur in colo; communicat cum pluribus aliis venis.

Evanescit in recto intestino & ano.

*Sanguis* ctiam sursum ascendere cogitur.

Hinc generantur stagnationes, infarctus ac multi alii gravissimi morbi, præsertim apud foeminas.

*Circulationem* sanguinis promovent:


1°. *Perpetuus diaphragmatis motus*.


2°. *Firma cohæsio* ramorum venæ portæ cum substantia hepatis per capsulam Glissonii qua carum colapsus præcavetur.

## T A B U L A XXI. De Venis.

Sanguis omnis encephali, faciei, collique.	Exoneratur.	In duas venas jugulares internas duasque externas.
Sanguis per arterias in cerebrum & cerebellum appulsus.	Refluit in sinus duræ meningis.	Excipitur a venis jugularibus internis.
a. Venæ jugulares internæ; in collo descendunt.	Accipiunt venas b. thyroideas, & V. maxillarem internam.	Exonerantur in venas subclavias.
Venæ 1. c. Frontales. 2. Angulares. 3. d. Temporales. 4. Auriculares, sublinguales. 6. e. Occipitales.	In lateralibus colli partibus sub integumentis communibus descendent.	Sanguinem tradunt venis jugularibus externis, quæ eum vehunt in venas subclavias.
f. Venæ digitales manus: oriuntur ex minimis arteriolis per innumeras anastomoses.	Confluunt 1. g. in venam cephalicam pollicis. unitur cum inferiori. 2. In h. salvatellam, hæc venit secundum digitum minimum.	Exoneratur in V. radiale exterinam.
i. V. Radialis externa: decurrit secundum longitudinem radii.	Ex unione ejus cum mediana cephalica minori.	Hæc in venam cubitalem in & externam influit.
k. Venæ 1. Cubitales externæ & internæ. 2. Collaterales. 3. V. Profundæ superiores.	Ex confluxu harum venarum in facie inferiore humeri.	Fit vena cephalica major, quæ hæret in parte superiori brachii.
m. V. Mediana cephalica major. 2. V. Profunda inferior. 3. V. Radialis interna.	Confluunt in flexura cubiti & efficiunt venam medianam.	Enascitur l. vena basilica.
Venæ cephalica & basilica.	Cocunt in humero.	Vena mediana uno suo fine unitur cephalicæ magnæ, altero autem basilicæ.
n. Vena brachialis.	In facie interna humeri ascendit ad cavum subaxillare.	In venam brachialem abeunt.
o. Vena axillaris: recipit.	1. Venas thoracicas. V. Musculares, scapulares.	Ingressa in cavum dicitur vena axillaris.
p. Venæ subclaviæ: sunt continuatio venarum axillarium inquæ has influnt.	1. Venæ jugulares internæ. 2. — — — q. externæ. 3. — vertebrales.	Dum ad claviculam pervenit, vocatur vena subclavia.
Ambæ subclaviæ ex latere dextro coeunt, tum per venam cavam superiorem sanguinem in atrium cordis dextrum vehunt.	4. Mediastina. 5. Pericardica. 6. Diaphragmatica, seu phrenica. 7. Mammariæ interna. 8. Laryngea. 9. Intercostales superiores. 10. Vena azygos.	Ex encphalo.
r. Vena azygos, seu sine pari.	Ex confluxu sequentium venarum conficitur.	Ex partibus exterioribus capitis.
s. Venæ digitales pedis: nascuntur in extremitatibus digitorum pedis.	Exonerantur 1. in venam t. cephalicam pollicis. 2. u. Venam saphe nam. 3. w. & Dorſalem pedis.	Ex venis & sinibus vertebralibus.
Venæ plantares.	Infetius.	Hæ omnes vniunt ex internis partibus thoracis & colli.
— surales.	Superius.	i. V. Bronchiales. 2. Oesophageæ superiores, 3. Vertebrales. 4. Intercostales dextræ superiores. 5. & Sinistræ inferiores.
x. V. Tibialis antica & postica.	Uniuntur cum vena peronea.	Confluunt hæ in venam tibiale anteriem.
y. Vena poplitea: per popliteum ascendit.	Ex poplite egressa.	}
z. V. Cruralis: in pelvi vocatur iliaca externa	Recepit pudendas externas.	In tibialem posticam se exonerant.
a. Vena cava inferior: incipit a vena iliaca ad vertebram ultimam lumborum: prope cor cum cava superiori in sinum cordis anteriem unitur.	Cum V. iliaca interna unitur.	Invenitur et tunc vocatur vena poplitea.
b. Vena iliaca interna: recipit,	In cavo pelvico & abdominis ad eas confluunt vénæ sequentes.	Dicitur V. cruralis vel femoralis.
	1. Venas haemorrhoidales externas.	
	2. Venas hypogastricas.	

TABVLA.XXI





*De Vasis absorbentibus.*

Systema vasorum absorbentium, continet doctrinam de vasis lacteis, lymphaticis proprie sic dictis, de ductu thoracico & de glandulis congregatis.

Vasa absorbentia vocantur illi canales vel ductus, qui habent facultatem, attrahendi, imbibendi, absorbendi & recipiendi fluida illa, quae ad ostiola seu orificia suorum tubulorum obviam sunt.

Facultas haec existere potest, per potentiam illam, quam videmus in tubulis capillaribus, sed potissimum ab illa, quae dicitur vitalis, omnisque motus causa est in corpore humano.

Sub nomine vasorum absorbentium intelliguntur vasa lactea & lymphatica, quae olim describantur, quasi distincta essent, nunc autem ab omnibus fere agnitus est, esse unius ejusdemque speciei, ad unum idemque pertinere systema universale, per totum corpus extentum, ab aliis distinctum, ac munus proprium, speciale suum usum nempe absorptionis lymphae coagulabilis & chyli habens.

In antiquis medicis vestigia aliqua inveniuntur horum vasorum.

Inter Hippocratis libros mentio fit, de sanguine albo glandularum.

Aristoteles ait: fibras esse inter arterias venasque, medianam naturam habentes, in quarum nonnullis sanguis fit.

Galenus ex Erasistrato habet notabiles locos, quos videas in hoc opere nostro pag. 6.

Sic non dubitandum, quod antiqui viderint vasa lactea vasa, sed certe non cognoverunt nec docuerunt usum dignitatemque.

Plura alia vestigia sunt, sed sine clara descriptione aut delineatione.

Caspar Asellius, anatomicus italicus, anno 1622, primus curatius descripsit ac delineavit, usum docuit, nomenque indidit, vasa lactea.

Joh. Veslingius, anno 1649, multos meatus lacteorum similes ostendit, vera vidi vasa lymphatica, ante Bartholinum.

D. Jollyffio etiam tribuitur laus inventionis, sed nihil scriptum reliquit.

Olaus Rudbeck, sueus, descripsit ductus aquosos anno 1650, tabulasque edidit.

Bartholinus circa eadem tempora anno 1652, haec vasa imposito nomine vasorum lymphaticorum notiora fecit.

Per satis longum tempus non multum huic studio accessit, usque ad Gulielmum Hunterum & Johannem, fratres, Gul. Hewson, Alex. Monro, junior. Mekel, Lieberkuhn, Mag. Falconar, Joan. Sheldon, and Gul. Cruikshank, qui novis inventis & tabulis hanc anatomes partem illustrarunt.

Hi viri ostenderunt vasa lymphatica, lactea, ductum thoracicum, in amphibiis, pisibus, avibus adesse.

Universalitas systematis vasorum absorbentium in regno animali nunc clarus patet, multumque accessit lucis in œconomia corporis humani.

Ex horum inventione in variis animalibus, pulehra apparet naturæ simplicitas ac legum uniformitas.

Quia demonstratum est vasa lactea non essentialiter differre, sed unius ejusdemque speciei ac usus esse, nomen vasorum absorbentium uti generalius nunc magis obtinet, & hoc nomine indicantur vasa tam lactea, quam lymphatica; haec sunt in omnibus partibus corporis & lympham absorbent, illa autem ex intestinis chylum & lympham.

Vasa lymphatica sunt canales exigui pellueidi, teneri, valvulis numerosissimis intercepti, hinc apparent nodosi: ex minutis radieulis, in trunculos majores, inque ductum thoracicum confluentes, truncis eo majoribus, quo huic ductui sunt propiores.

*Vasa lymphatica*: inveniuntur in homine, animalibus quadrupedibus, avibus, pisibus calidi sanguinis, amphibiis.

*Strutura* constat ex membranis tenuibus, diaphanis, satis robustis, ut ne quidem a magno hydrargyri pondere facile rumpantur.

*Tunicæ* sunt tenuiores, quam in vasis sanguiferis, his tamen sunt tenaciores, & difficulter secantur.

Haec membranæ habent fibras musculares, vasa ac nervos quod patet ex earum irritabilitate, constrictione, intumescientia, dolore.

*Valvulas* plurimas habent per paria dispositas, in quibusdam locis tria aut quatuor harum paria occurserunt in spatio unius pollicis & refluxum liquidi contenti impeditunt.

Bartholinus auctor est bis mille valvulas fuisse demonstratas.

Haec valvulae si non semper fidæ sunt custodes, fluida tamen & injectio ceracea ab insequentibus valvulis eerte fistitur & fluidum non sinunt relabi.

*Origines*: ex cellulosis textus cellulosi seu tela adiposa.

*Vasa lactea*: absorbent ex cavitate intestinalium.

*Vasa lymphatica*: ex superficie cutis externa, cellulosis pulmonum, ex omnibus cavitatibus corporis, secundum aliquos etiam ex cavitatibus arteriarum & venarum, quia harum sunt vasa vasorum.

Lactea vasa, quando absorbent, vel imbibunt humorem, id faciunt per orificia suorum tubulorum; haec cum sint minutissima, oculo nudo non possunt conspicie, nec per optimam microscopiam semper possunt videri.

Sub certis circumstantiis tamen videri possunt, quando scilicet vasa lactea turgent chylo & distenta sunt; cum haec vasa saepius sint collapsa & inania, difficultas & raritas videnti facile apparet.

In villis intestinalium absorptio cum sit copiosior &

vasa

vasa ampliora in proportione, locus est aptior, ea inventandi.

Villi hærent in cavitate intestinorum quorum intimam efficiunt tunicam quæ dicitur villosa, apparent uti fascieuli filorum connexi, aut tomenta serica.

Villorum fabrica reticulata: in villo lacteo, trunculus, vas lacteum dividitur, in viginti vel plures rami radiatos, quorum quilibet, unum solummodo orificio habet, horum ramulorum ostiola videre licet in villi superficie, sicuti etiam ipsos radios, ad trunculum tendentes; radii albescente liquido pleni & distenti inveniuntur in chyli resorbitione.

Quilibet villus unum modo habet trunculum.

Lymphaticorum orificia nondum distincte visa sunt: sed analogia cum vasibus lacteis suadet ea non multum ab ludere a norma communi, quia in cæteris multis omnino convenientur.

Vasa lactea oriuntur ab intestinorum faciebus, permeant glandulas conglobatas in mesenterio, terminantur in ductum thoracicum, & absorbent chylum lymphaticumque.

Vasa lymphatica eisdem habent dotes, membranæ similiiter sunt tenues ac pellucidæ, numerosis valvulis & glandulis instructæ, uti lactea non immediate connectuntur cum arteriis, in cundem ductum thoracicum abeunt ac lympham pellucidam vehunt ab omnibus partibus corporis.

Vasa lymphatica una cum lacteis, faciunt unum distinctum universale systema, quod absorbens vocatur.

Vasa lymphatica nondum satis clare demonstrata sunt in cerebro, cerebello, glandula pituitaria, & infundibulo, placenta, secundinis.

Hæc vasa multum variant in numero & situ in diversis hominibus.

Numerus truncorum in vasibus absorbentibus ad minimum est in dupli ratione numeri arteriarum.

Arteria quævis & vena habent duo vasa lymphatica, eas proxime concomitantia, unum ex quovis laterc.

Vasa absorbentia in ramos abeunt, uti venæ, sed rami sunt valde numerosiores, sibique propiores & in agis paralleli.

Anastomoses permultas habent, reticulaque, inter se communicantia.

Ex uno trunco possunt repleri, in una felici injectione ceracea, vasa tam superficiaria quam profunda.

Mediantibus hisce anastomosis palam fit, quod non obstante obstructo ductu thoracico, aliqua pars chyli & lymphæ pervenire possit ad sanguinem, quia adeat anastomosis inter vasa lactea & lymphatica hepatis & diaphragmatis, hæc enim infra sternum & cartilagineas costarum abeunt, ad angulum inter venas jugulares & subclaviaias in utroque latere.

Non omnia vasa lactea per glandulas mesentericas migrant: hinc tabes non semper sequitur obstructions harum glandularum.

Absorbentia vasa, magis irritabilia quam arteriæ,

aliquandiu post mortem propellunt fluida contenta, & post obitum semper vacua inveniuntur.

Vasa absorbentia penetrant etiam ossa.

Vas absorbens: ex intestinis, cuti, aliaque superficie ortum, ubi ad glandulam pervenit, ab anatomicis vocatur, vas inferens, quia infert liquidum suum in glandulam; in altero opposito latere, quæ ex eunt vas, nominantur, vas efferentia, quia liquida avelunt ad alias glandulas vel ductus.

Plura vasa inferentia saepe adeunt unam eandemque glandulam; in contactu glandulæ dividuntur in plures ramos radiales, qui ingrediuntur ejus substantiam, in parte aversa a ductu thoracico.

Vasa efferentia: semper sunt numerosiora quam inferentia. Vasa enim quatuordecim & amplius injecta, vasa sunt, unum modo habere vas efferens, in latere opposito ei respondens.

Vasa efferentia ampliora sunt quam inferentia.

Successive ingrediuntur alias glandulas. Hallerus de seipso dicit, quod usque ad quintam glandulam persecutus sit cundem truncum lacteum, quem selegerat.

Egrediuntur ramulis pluribus, ex glandulis, in truncum unum vel plures abeuntibus ad alias glandulas, ubi has intrant denuo fuent inferentia sed sunt distincta semper vasa.

Sedes: est per majorem partem corporis, inter musculos eutemque, in cellulosa tela.

A craniis cavitate absunt.

Ufus glandularum absorbentium nondum est bene cognitus, nullæ sunt in testudine, piscibus, paucæ modo in avibus.

In hominibus & quadrupedibus animalibus cur ad finit tam multæ, & cur existant, nullatenus liquet.

In foetu sunt maximæ, mollissimæ, succi plenisimæ: in adulto duriores & strigosiores, in senibus tandem evanescentes quasi.

Fluida corporis humani nullibi facilis, stagnans, quam in glandulis conglobatis, hinc seiriorum, cancerorum sunt sedes frequentissimæ.

In infantibus, atrophicis, rhachiticis, scrophulosis, scorbuticis, hypochondriacis semper seirhi adsunt.

Glandulis his infarctis oriuntur oedemata, hydropes, tabes, tumores, ulceraque maligna.

In quibus glandulæ colli intumuerunt, etiam glandulæ mesentericæ & bronchiales repertæ fuerunt obstruetæ, quod demonstrat, labem communem esse in toto systemate, & stagnationem ibidem dominari.

Glandulæ conglobatae: sunt partes essentiales systematis absorbentis, recipiunt vasa lymphatica, emituntque iterum; omnis chylus ac lymphæ per glandulas transire debet, antequam ad sanguinem pervenire potest, sed quem usum præsent, adhuc in obscuro latet.

Figura: oblonga, olivaris, alias globularis, plana simplex.

Modus: sunt discretæ, collectæ, conglobatae & conglomeratae.

Fabrics

*Fabrica*: in opinionibus valde differunt anatomici de stru<sup>t</sup>ura harum glandularum.

Aliqui edicunt, esse convolutiones vasorum inferentium lymphaticorum.

Alii autem credunt, esse congeriem ex cellulis compositam, has cellulas apparere ut apum alvearia, inter se communicare per ostiola lateralia.

Ubi unicum adest *vas inferens*, & unicum *vas efferens*, tunc una solum cellularum series videtur; ubi vero plura vasa concurrunt, tunc series itidem plures conspicuntur, distinctae, oriundae ex cuique propriis vasis.

*Cellulae*: facile demonstrantur in glandulis injectione præparatis & siccatis. Cellulae cavitatem efficiunt quinquagesies diametro trunci largiorem.

*Moles*: est a vigesima parte, unius pollicis ad pollicem integrum; a morbis visæ sunt auctæ, quater aut quinquies majores aut multo plus.

*Color*: est rubellus in junioribus, cum ætate pallescit: glandulae subcutaneæ, sunt rubriores, quam illæ in abdomine vel thorace; suntque etiam robustiores, quam mesentericæ.

In pulmone color est cœruleus, niger aliquando, sed hoc a morbo.

*Involucrum*: habent levæ, ex condensata tela celulosa firma, duriuscula.

*Succum proprium* includunt hæ glandulae serosum, lacte tenuiorem, cuius usus nondum patet.

*Ductus excretorios* nullos habent.

*Arteriae & venæ* glandularum dividuntur in valde numerosas ramifications & plexus inextricabiles.

*Nervi pauci* adsunt: hinc obtusus earum sensus.

Glandulae per ætatem decrescent & minuuntur, strigosæque evadunt.

A veneno absorbto tument & s<sup>æ</sup>pē suppurantur.

#### *Expositio glandularum absorbentium.*

In descriptione harum glandularum multa difficultas ubique obfuit primis conatibus anatomicorum redigendi eas in nitidum systema.

Studium hoc multa requirit, quæ raro in uno homine collecta inveniuntur; difficultas laborum, magna differentia in diversis hominibus, inconstantia naturæ, in situ, distributione, occasiones infrequentes, obstant.

Hæc descriptio erit secundum cursum & motum liquidorum horum vasorum, incipiendo ab extremitatibus & progrediendo usque ad fines, per omnes regiones corporis, indicatur sumus sedes & numerum.

*Popliteæ glandulae*: sunt tres, sitæ juxta arteriam popliteam, sub popliteo.

*In pede, filula, tibia*: a nemine visæ sunt, excepto Hewsono, qui descripsit unam ciuicæ medium tibiæ.

*Inguinales glandulae*: sunt octo ad viginti; aut plures in inguine supra musculum iliacum internum, inter tricipitem & sartorium.

Quæ proximæ ad symphysim pubis jacent, sedes sunt bubonum venereorum, exteriore autem tument

ab ulcribus scrophulosis pedum, hæmorrhoidibus externis.

*Iliacæ externæ*: numerus incertus, sex, decem aut plures; sitæ infra & supra arterias & venas iliacas.

*Iliacæ interne*: juxta arteriam hypogastricam; octo aut quatuordecim, recipiunt vasa ex recto, viscera, utero, valde tumere possunt.

*Sacrales*: in cavo sacri post rectum intestinum.

*Lumbares*: hic adest copiosus plexus glandularum lymphaticarum, hicque oritur duetus thoracicus.

In morbis testium, ovariorum, hæ glandulæ morbide afficiuntur, ulceribus, scirrhis, caneris, frequenter intumescunt.

*Mesenterica*: in mesenterio centum & triginta ad centum & quinquaginta, Ruyshius multo plures numeravit.

In senibus diminuuntur & fere crenescunt.

Hic tumorum, scirrhorum, pluriñorumque morborum frequens sedes est.

In mesocolo: viginti ad triginta; sunt ex minimis in corpore.

In omento: sunt tres aut quatuor, ad gastricam dextram & sinistram pertinentes.

*Ventriculi inferiores & superiores* quatuor aut sex ad arcus ejus sitæ sunt.

*Hepatis, pancreatis, & splenis*: magnus plexus est, juxta truncum venæ portarum, alius est juxta arteriam & venam splenicam.

*Thoracice*: tres vel quatuor: in facie superiori diaphragmatis.

Recipiunt absorbentia hepatis & diaphragmatis.

Inter laminas mediastini: tres vel quinque.

Secundum œsophagum sunt plures.

*Ad arterias mammarias internas* sub cartilaginibus costarum verarum fix ad decem.

In pulmonum substantia raro inveniuntur.

*Bronchiales* glandulae sunt cœruleæ, s<sup>æ</sup>pē nigrae.

Secundum latera vertebrarum dorsi per totam longitudinem sunt plures.

Pertinent ad absorbentia spatiorum intercostalium.

*In cervice*: tam copiosæ sunt glandulae colli quam mesenterii, sitæ ad latera: aliæ sub cute sunt & comitantur venas jugulares externas: sed pars maxima venas jugulares internas & carotides arterias.

Hæ glandulae intumescunt a dentitione, suppuratione & ulceratione integumentorum capitis, & a scrophulis.

A morbis etiam cerebri & involucrorum ejus; hoc demonstrat, adeisse absorbentia in cerebro, ac indicant horum vasorum decursum.

*Axillares*, communicant cum plexu alio, qui est sub clavicula & in axilla.

Pertinent ad absorbentia brachii, mammarum, scapulæ.

Hæ glandulae intumescunt a cancerosis tumoribus, mammarum.

S<sup>æ</sup>pē impossibile est extirpare omnes has glandulas, vias & s<sup>æ</sup>pienter reddit morbus post operationem.

In brachio: numerus incertus; tres vel septem sunt: currunt secundum arteriam brachialem.

Iu facie: quatuor vel sex: juxta processum zygomaticum & ad glandulas parotides, saepe defunt; aliquae sunt in angulo maxillæ inferioris.

Glandulæ non visæ sunt in pedibus, non infra popliteum, integumentis femoris nec ejus muscularis, exceptis illis quas supra notavimus.

Non in spatio inter popliteum & inguen, non in natibus, dorso, manibus, antibrachio, crano.

### Distributio vasorum absorbentium.

#### Extremitates inferiores, abdomen & thorax.

##### Nomen & sedes.

Vasa absorbentia: methodi gratia in duas classes dividimus, ut fascilius inventantur; in natura omnia orientur a profundis.

Vasa absorbentia in extremitate inferiori pedis.

Rete: in quovis digito formatum adest usum.

Quatuor divisiones sunt inferiorum absorbentium.

1. Vasa septem: ad ortum saphenæ majoris, inter pollicem, & latus proximi digiti.

2. Vasa decem: ex interna margine pedis.

3. Vasa sex: oriuntur ex minimo digito.

4. Vasa sex: saphenæ minoris comites, ex medietate externa pedis.

Vasa lymphatica: arteriæ tibialis antice comites.

Vasa lymphatica arteriæ tibialis posticæ: in planta pedis.

Vasa lymphatica arteriæ cruralis.

Vasa lymphatica inguinis: penetrant ligamentum Poupartii.

Vasa lymphatica penis cutanea: ex præputio; divisiones quatuor.

Vasa lymphatica in partibus foeminarum.

Vasa lymphatica testiculorum: quatuor classes: vasa quadraginta & plura sunt.

Vasa lymphatica uteri: duæ classes.

Vasa lymphatica vesicæ.

Vasa lymphatica, intestini recti.

##### Decursus.

1. Superficiaria: decurrent sub integumentis.

2. Profundiora: profundius haerent: eum prioribus eommunieant.

Ex quovis digito pedis duo vasa ex lateribus oriuntur.

Ubique circumambit digitum suum.

Pertinent tres.

— — — quarta.

Decurrent supra dorsum pedis eum dicta vena ad malleolum internum.

Retro malleolum internum ascendunt per suram.

Decurrent exterius & superius juxta malleolum externum.

Uniuntur cum parte tertiae divisionis.

Perforant ligamentum interosseum.

Comitantur arteriam plantarem externam & internam & tibialem posticam.

Sunt vasa efferentia ex glandulis popliteis egressa.

Comitantur arteriam inguinalem & iliacam.

1. In fræni latere dextro.

2. — — — sinistro.

3. — — — medio superius.

4. — — — inferius.

In clitoride & vagina.

1. Tunicæ vaginalis.

2. Testis profunda.

3. Testis rete.

4. Epididymidis.

1. Lymphatice hypogastrica.

2. — — — spermatica.

Comitantur arterias & venas vesicales.

Vocantur etiam vasa haemorrhoidæ internæ.

##### Fines.

Pertinent ad venas subcutaneas & saphenam majorem.

Comitantur arteriam femoralem ejusque ramos.

Simili modo ac arteriae iisque inserviunt.

Ad venas subcutaneas pertinet.

Ad saphenam majorem.

— — — minorem.

Tendunt ad partem internam genu, ubi uniuntur eum subsequentibus.

Uniuntur cum supra & infra dictis: magnum plexum faciunt.

Uniuntur cum prioribus & glandulas inguinales intrant.

Terminantur in glandulis popliteis.

Terminantur in glandulis popliteis.

Terminantur in glandulis popliteis.

Ad glandulas inguinales pergunt.

Abeunt in glandulas iliacas, vel lumbares, vel in ductum thoracicum.

Sub symphysi pubis concurrunt, dein dividuntur in duos truncos ac adeunt glandulas inguinales.

Ad glandulas inguinales eunt.

In chorda spermatica uniuntur, glandulas lumbares intrant; in canero, scirrho testium valde tument.

Intrant plexum iliacum, internum & glandulas lumbares.

Ad glandulas vesicales & iliacas internas pergunt.

Ad glandulas in ipso recto intestino, dein ad lumbares.

## Nomen &amp; sedes.

Vasa lymphatica ischiadica.

Vasa lymphatica renum, ureterum, capsularum renalium.

Vasa lactea intestinorum tenuiorum, duodeni, jejunii, ilei.

In ventriculo nulla vasa lactea sunt demonstrata.

Vasa absorbentia; intestinorum crassorum, coeci, coli.

Ductus thoracicus: est truncus princeps systematis absorbentis.

Oritur ad tertiam vertebram lumborum, in latere spinæ sinistro.

Perforat diaphragma, ascendit in thorace, serpentino cursu.

Ductus thoracicus: emergens ex cavitate pectoris, surgit supra pleuram.

Valvulae duodecim aut plures in hoc ductu inveniuntur.

Vasa absorbentia in latere dextro, seu truncus secundarius: longus est  $\frac{1}{4}$  vel  $\frac{1}{2}$  pollicis.

Vasa absorbentia omenti: tres divisiones sunt.

Vasa absorbentia ventriculi: tres divisiones vasorum.

Vasa absorbentia splenis: duo classes.

Vasa absorbentia pancreatici: ex facie ejus superna.

Vasa absorbentia hepatis: duo classes:

i. Superficiaria, quatuor ad decem divisiones numerantur.

## Decursus.

Comitantur arteriam gluteam & ischiadicam.

Comitantur venas & arterias emulgentes.

1. Lactea profundiora, sunt intra involucra intestinorum, comitantur arterias & venas hisque sunt duplo copiosiores.

2. Lactea exteriora, sub membra na peritonæi, decurrent secundum longitudinem intestinorum.

1. Lactea colica dextra: ex coeco & colo dextri lateris.

2. Lactea sinistri lateris ex pluribus constant truncis.

Dividitur in duos ramos:

1. Primarius & superior.

2. Secundarius, seu inferior.

Ex confluxu fit trium truncorum absorbentium, ex femore, dextro, sinistro & lacteo mesenterico.

Circa octavam vertebram dorsi dividitur in duas aut plures partes, iterumque unitur.

Transcendit angulum subclaviæ & jugularis venæ.

Earum officium est, admittere chylum in venam.

Recipit lympham lateris dextri capitis, pulmonum, cordis, dia phragmatis, hepatis, brachii.

Sequuntur arterias & venas epi ploicas dextræ, medias, sinistras.

1. Coronaria: juxta arterias & venas coronarias.

2. Gastrica sinistra: ex medio curvaturæ ventriculi.

3. Gastrica dextra: uti priora sed dextrorum.

1. Superficiaria vasa.

2. Profunda, secundum arteriam splenicam.

Trunculis brevibus egrediuntur ex ejus lobulis.

1. Divisio in facie superna lobi majoris hepatis in latere dextro.

2. Divisio: ex parte convexa hepatis in lobo majori, plurimos ramos habet.

3. Ex facie superiori parvi lobi ex ejus medietate.

4. Ex facie inferiori ejusdem.

## Fines.

Ad glandulas inguinales vel iliacas internas.

Terminantur in glandulis lumbib. suis.

Vasa lactea mesentericæ, ex una glandula ad alias eunt, efficiunt magnum truncum, comitem arteriæ mesentericæ superioris, dein ad latus dextrum aortæ transiunt, ac intrant ductum thoracicum.

Abeunt ad truncum lacteorum in radice mesentericæ.

Adeunt glandulas lumbares, vel salutatis glandulis propriis eunt ad duclum thoracicum.

Exoneratur:

1. In subclaviam sinistram.

2. —————— dextram.

Transit oblique ex laterc sinistro ad dextrum, juxta vertebram primam lumborum.

Circa arcum aortæ, ex latere dextro spinæ transit ad finistrum.

Dein facit arcum & descendit in angulum venarum subclaviarum & jugularium.

Non sinunt relabi chylum, lympham nec sanguinem.

Ingrediuntur in angulum subclaviæ dextræ & jugularis venæ.

Ad glandulas ventriculi, uniuntur cum ejusdem lymphaticis.

Ad glandulas ventriculi.

Uniuntur cum lymphaticis omenti, lienis, pancreaticis.

Confluent cum piloricis, omenti, duodeni & hepatis.

Conjuguntur cum profundis ad glandulas lieuale.

Cum stomachicis, pancreaticis, hepaticis confluent.

Eunt ad plexum splenicum.

Adeunt glandulas pericardii anteriores, uniuntur cum aliis vicinis.

Ad glandulas pericardii eunt.

Ad supra dictas glandulas & œsophagcas.

Ad glandulas cystidis felicæ, & plexum cysticum.

## Nomen &amp; sedes.

2. Profunda vasa, comites venæ portarum.

*Vasa absorbentia diaphragmatis*: valde copiosa sunt hæc vasa: imprimis in superficie superiori.

*Vasa absorbentia cordis*: duo classes.

Ventriculus cordis sinister est triplo vel quadruplo densior dextra; vasa ergo sinistra sunt etiam triplo ampliora dextris.

*Vasa absorbentia œsophagi*.

*Vasa absorbentia intercostalia*.

A. *Vasa absorbentia basilica manus*: a vola & digito minimo.

B. *Vasa absorbentia cephalica manus*: inter pollicem & indicem manus.

C. *Vasa absorbentia media*: ex latere proxime digitum minimum.

*Vasa absorbentia profunda brachii*: plura sunt.

*Vasa absorbentia scapularia*.

*Vasa absorbentia glandulæ thyroideæ*: hæc sunt numerosa.

*Vasa absorbentia thymi*.

*Vasa absorbentia capitis*: in parte externa.

In parte interna: fuerunt visa.

*Vasa absorbentia faciei*: sunt copiosa in cantho interno oculi, naso, labiis.

1. *Vasa ex naso*.

2. *Vasa ex gingivis, dentium alveolis, tonsillis*.

3. *Ex lingua, musculis hyoidis ossis*.

*Vasa absorbentia colli*: valde copiosæ sunt; faciunt maximum plexum in toto corpore.

## Decursus.

In plexu portarum adsunt valde numerosa vasa.

1, 2, 3. Vasa hepatico-phrenica dextra, sinistra, & media. 4 & 5. Mammaria dextra & sinistra. 6 & 7. Phrenica superiora & inferiora.

1. *Vasa coronaria dextra*: comitantur arterias & venas coronarias dextras.

2. *Vasa coronaria sinistra*: sequuntur arterias venasque sinistras. Hic truncus sit ex duabus magnis ramis.

Communicant absorbentibus cor- dis & pulmonum.

Quævis arteria intercostalis comi- tatur a duobus vasis.

## Extremitates superiores, capitum &amp; colli.

Decurrunt in dorso manus cum vena ulnari in & externa.

Comites sunt venæ radialis externæ.

Juxta venam ulnare externam in manus dorso.

1. Ex latere dextro.

2. — — sinistro.

Similiter.

1. Truncus dexter.

2. — — sinistro.

Nulla sunt in adulto homine.

1. *Vasa temporalia*.

2. — — *occipitalia*.

Inter tunicam arachnoideam & piam matrem.

Sequuntur arteriam maxillarem per omnes ramos.

Comitantur arterias maxillares internas.

Sequuntur eandem arteriam ad marginem inferiorem.

Comites venæ jugularis internæ.

Juxta venas jugulares & arterias carotides decurrent.

## Fines.

Abeunt in glandulas venæ porta- rum deinceps in ductum thoracicum. Vasa lateris dextri eunt in truncum secundarium ductus thoracici.

Sinistri autem lateris in ductum principem thoracicum.

Circa ortum carotidis dextræ & sinistri intrant glandulam.

Truncus transcendent tracheam in parte posteriori mediastini: confluunt cum vasis dextri lateris.

1. Orientur ex apice cordis parte que superiore.

2. Ex parte inferiore, adeunt glandulam ad radieem tracheæ sub arcu aortæ, intrantque ductum thoracicum.

Eunt ad glandulas œsophageas & ductum thoracicum.

Eunt ad glandulas in costarum ca- pitibus sitas.

Tendunt ad glandulas brachiales vel axillares.

Sub claviculis intrant glandulas.

Ad glandulas condyli interni hu- meri.

Ad axillares glandulas & truncum secundarium.

In venam subclaviam sinistram vel truncum primarium.

Uti vasa profunda se habent.

Intrat truncum secundarium.

— — primarium.

Thymus evanescit circa annum duodecimum.

Ad glandulas sub processu zygomatico.

Ad eas sub processu maxillari.

Ad glandulas quæ sunt in foramine caroticum.

Glandulæ in musculo buccinatore, & ad maxillam inferiorem.


Glandulæ sub parotidibus.

Eunt ad glandulas scapulares.


Ad glandulas sub margine maxillæ inferioris.

Abeunt in duos truncos; sinistri intrat ductum thoracicum: dexter autem truncum secundarium.

T A B U L A



TABVL. XXII.



## T A B U L A X X I . De glandulis &amp; vasis lacteis.

## Figura 1.

- a. Intestini jejuni portio.
- b. Ramus arteriae mesentericæ superioris.
- c. c. c. Vasa lactea nodulis suis conspicua.
- d. Vasorum lacteorum insula.
- e. Glandula mesenterii, chylum ex dictis vasis recipiens.
- f. Glandula oblonga, cum simplici vase ingrediente vel inferente.
- g. Glandula, sex septemve ductibus lymphaticis inferentibus constans.
- h. Glandulæ vasa egredientia vel efferentia, ad aliam glandulam proximi ordinis migrantia.

*Vasa lymphatica*, quando plures glandulas successive intrant, prima glandula tunc dicitur primi ordinis vel generis : huic in sequens secundi ordinis : sed hæc Winslowi divisio incerta ac nullius in physiologia usus est, satius omitti poterit, quia una cademque glandula recipere potest vasa ex pluribus diversorum ordinum glandulæ & vasis novis, quæ nondum salutariunt glandulas.

- i. Ductus thoracicus : duo sunt, primarius, & secundarius.
- k. Pars aortæ descendens.
- l. Receptaculum chyli.
- Dilatatio receptaculi saepius in hominibus deficit.
- Hallerus ait : sexies certe inter 21. Cadavera humana, in quibus ductum thoracicum ostendi, ampullam vidi. Id est cisternam chyli.
- m. Trunci lactei in receptaculum hiantes.
- n. Arteria cœliaca.
- o. Arteriæ emulgentes.
- p. Arteria mesenterica inferior.
- q. Arteriæ iliæ.
- r. Arteria sacralis.
- s. Trunci aliquot viscerum abdominis & extremitatum inferiorum.
- t. Ex receptaculo oritur ductus thoracicus.

## Figura 2.

Membranula, vas lymphaticum componens, mi-  
croscopio visum.

- a. Vasis lymphatici membrana.
- b. Globuli exigui, hinc illinc per membranam dispergi.
- c. Fibrae vel striæ exiguae, vasculorum formam imitantes.

## Figura 3.

- Ductus thoracici tunicae, microscopio visa.
- a. Exterior ductus thoracici tunica, globulis majoribus racematis inter se junctis constans.
- b. Interior tunica, similibus globulis, sed minoribus conspicua.

## Figura 4.

Glandula injecta ex solis absorbentibus, & mercurio repleta, monstrans congeriem vasorum convolutorum lymphaticorum.

## Figura 5.

Glandula mercurio plena, injecta per absorbentia ; cellulae perspicue hic apparent.

*Vasa lactea* apparent nodosa a valvulis, saepe sunt varicosa : secundum longitudinem intestini serpentino modo per aliquod spatium decurrent ; hic non comitantur vasa sanguinea, sed cum aliis sui similibus unita in glandulas intrant.

Hæc vasa *ingredientia* dicuntur, etiam *inferentia*, vel *adduentia*, & sub ingressum in plures abeunt ramifications, se mergunt in interiora glandulæ cellulasque ; plurimis itidem ramulis exeunt, numero pauciori at trunco majore nunc vocantur *efferentia*, *egredientia*, *abducentia*.

Vasa lymphatica saepe videntur varicosa, sed ubi emergunt ex intestino hanc formam relinquunt ac ad normam redeunt consuetam & æqualem.

Vasa lactea habent multas divisiones, divaricationes, ramifications, iusulas, anastomosæ cum aliis.

Lymphatica visa sunt repleta sanguine in suffocatis, inflammatione peritonei, peripneumonia, ubi nulla videbatur extravasatio in tela cellulosa.

Nuck adenograph. p. 47. inquit : etenim plus quam seculū observavi, tam arctum inter lymphatica & arterias esse connexum, ut inflata arteriola, simul lymphaticum glandulæ alicujus flatu fuerit distentum, ejusque lympha, saepe sanguinæ nobis fit visa.

Certe novimus dicit Hallerus, nulla arteria fracta, nullo liquore extra vasa effuso, tamen per arterias, vasa lymphatica, ipsumque ductum thoracicum repletum fuisse.

Mekclius ait. Bis vasa lymphatica & ipsum ductum thoracicum ex venis replevi ultima hieme.

Alii ex nuperis ductum thoracieum in foetu, ex vena umbilicali injecrunt.

Dignoscuntur vasa lymphatica ab aliis vasis : forma sua, valvulis frequentibus, nexus cum glandulis conglobatis.

Centena vasa se vidisse in una extremitate, testatur Cl. Cruikshank, sed pauca solummodo vasa potuisse replere ob magnam exilitatem.

In utero gravido magnitudine pennae anserinæ & numerosa, visa fucrunt.

### *Usus vasorum & glandularum absorbentium.*

1. Absorbere chylum ex intestinis per vasa lactea.

2. Absorbere lympham seu liquida coagulabilia ex omnibus corporis partibus, superficiebus internis ac externis etiam ex cutis spiraculis, per vasa lymphatica \*.

3. Chylum lymphamque, miscere & vehere ad glandulas conglobatas, deinde per vasa lymphatica, ductum thoracicum, & venas subclavias ad cordis ventriculum dextrum.

4. Sanguinis globulos in thymo & spleen generatos & formatos, ulterius perficere.

5. Sanguinis crasis conservare, subigere, miscendo lympham coagulabilem cum chylo recenti ex intestinis.

6. Absorbere solidas etiam partes ex carnis & ossibus.

7. Resorbere ex cavitatibus corporis aquas effusas, in hydrope, oedematibus, &c.

8. Aliquando absorbent urinas.

9. Introducere possunt salutares medicinas in sanguinem eas absorbendo e frictionibus, linimentis, balneis, &c.

10. Sed malas etiam qualitates suscipiunt, ut contagia, venena, miasma varia, pus variolarum, formitem luis vencræ †, pestem.

11. Glandularum conglobatarum utilitas, tanta videtur, ut nullum vas lymphaticum, cursum suum absolvere possit, quin glandulas in transitu salutare necessitate habeat.

12. Vasa absorbentia magnam irritabilitatem possident, aliquamdiu post mortem, fluida sua propellunt, usque ad vacuitatem. Valvulae etiam habent musculosam contractilem vim.

13. Vasa absorbentia, glandulæ conglobatae, thymus, lien, secundum neotericos, discernunt, vel formant particulas centrales sanguinis, seu corpuscula

illa, quæ intra vesiculos globulorum rubrorum san-  
guinis continentur.

Hewsonus observavit has particulas, Magnus Fal-  
conar eas descripsit. Cl. Sheldon annuit ac dubitat  
an intra ventriculum & intestina fermentur in chylo  
antequam ad glandulas appellant, in chylo certe &  
laete, globuli inveniuntur. .

M. Falconar autem, multum differre, sanguinen  
ingredientem arteriosum in glandulam, ab eo qu  
egreditur, i. e. sanguine venoso præcipue in liene si  
hoc invenire ait.

Nuckius, in sua adenographia, p. 41. jam obser-  
varat, corpuscula orbicularia, oblonga, aitque ; mem-  
brana vasculum lymphaticum componens, externe  
oculo examinata, pellucida est et tenuis, nihilque  
peculiare, (quoad structuram) ob partium tenuitatem  
sensibus externis offert.

Verum microscopio examinata, texturam præbet,  
infinitorum globulorum, majorum, minorumque,  
contactu mutuo inter se cohærentium, quorum non-  
nulli ductulos aliquos, sed irregulares, arearum in  
modum componere videbantur, variis anastomosisibus.  
inter se junctos.

Oculo codem modo armato & ductus thoracie-  
membranam examinavi, quam ejusdem fere natura,  
cum præcedenti reperi, excepto, quod illius globuli,  
paulo maiores, racematis pluribus locis inter se co-  
hærentes, distinctius apparuerint, & aspectus fuit  
gratior, ubi membranam hanc, in duplice tunica  
aut laminam divisam, summa diligentia inspicerem.  
Exterior enim, manifestissime, corpusculorum tam or-  
bicularium, quam ovalium, racematis hinc inde  
connexorum præbebant texturam. Interior vero,  
ejusdem fere fabricæ, eadem sed minora & obscuriora  
magis offerebat, unam & alteram, fig. ii. & iii.  
delineatam offert.

Glandularum membranæ, variis donantur fibris,  
longitudinalibus, circularibus, obliquis, infinitis lo-  
cis ordine irregulari se tangentibus.

Hæ membranæ, licet ordinarie albantes, æqualcs,  
& laeves conspiciantur, non raro tamen ab humoribus  
vitiosis, intus stagnautibus, coagulatis, & induratis,  
superficie acquirunt tuberosam & inæqualem, gra-  
tusque alias glandulæ color, faciem assumit, præ nimia  
flavedinc, rubore aut nigredine, valde deformem spe-  
ciatiem glandulæ laryngis, pulmonumq[ue].

Cavernulas ac cavitates glandularum mercurio re-  
plivit Nuckius per vasa inferentia, ut spatia interme-

Vocatus ego, clare vidi, hujus mali causam esse venenum.  
Vasa enim lymphatica a puncto pollicis ad glandulas usque  
axillares, inflammatae videbantur, glandulæque tumebant  
magno eum rubore doloreque.

Examine rite facto, causaque mali inventâ, patebat, hunc  
morbum a veneno absorbito advenisse.

Punctura quidem erat levissima, vix penetrans cutim.  
Suadebam unguentum mercuriale cum fricatione, hoc me-  
dicamine saepius repetito, partes affectæ detumuerunt, in-  
flammatio cessit, per resolutionem paucis diebus.

\* Secundum nuperinos auctores, sed non mea sententia.  
Venæ enim minutissimæ, absorbent sanguinis partes fluidissi-  
mas, aquosissimas, maximèque volatiles.

† Vir nobilis, qui gonorrhœa virulenta laborabat, vulnus  
in pollice manus, ab acu acceptis, nihilque mali inde me-  
tuens, hanc partem læsum adhibuit examinando materiam  
virulentam.

Proxima die, ingens inflamatio secuta in brachio, evi-  
denter in cursu vasorum lymphaticorum, ejus Pharmaco-  
pœia frustra adhibuit, fotus & cataplasma.

dia, suco lymphatico ordinario repleta, inæqualem redderent tunicam, pluribus hæmisphæriis tuberosam.

Cavitates invenit post desiccationem esse hexagonas, pentagonas, diversas series non componere, sed irregularē servare ordinem, ubi vis firmissime inter se cohaerere, museumque arboreum fere repræsentantes, sic ut *muscosæ* vocari possent conglobatae.

Glandulæ liquore naturaliter turgent diaphano, limpidoque, sed non raro in succum viscosum mutatur, glandularumque interstitia materia tartarea sa- bulosaque repleta & obstruta monstrant.

Anne hoc non indicat Falconarii, particulas albas, solidas, & planas, in sanguine humano visas, demonstratasque microscopeo, vitio aliquo tactas fuisse?

Hallerus observat, in glandulis inesse succum album, serosum lacteum tenuorem. Eum tremori similem dixit Wharton, album Morgagni.

Proprietates hujus succi albi, mucosæ, non fuerunt attente satis rimatae, usque ad tempora Cl. Hewsoni & M. Falconari; qui diluendo hunc succum cum solutione aquosa salis glauberi aut in sanguinis sero, examen faciebant cum lente  $\frac{1}{2}$ . pollicis foem, & inventiebant, innumeratas, parvas, albas, solidas particulas, similes in forma ac mole iis particulis sanguinis centralibus, quæ in vesiculis continentur, non sunt solubiles in sero aut in solutionibus salium neutrorum, excipias solum ubi putredo advenit. Hæ particulae per vasa lymphatica vehuntur, in circulationem sanguinis, post aliquam illuc moram iterum separantur.

Vasorum sanguineorum numerum superant nervuli numerosissimi latera dictorum vasorum associantes.

Convolutiones vasorum lymphaticorum, minoris sunt diametri.

Nuck in sua adenographia, pag. 148, hæc sequentia habet, sive præivit neotericis, in his aliisque novis inventis.

" *Pedes*, imo quilibet eorum dñiti, sua obtinent lymphatica, quæ compositis duabus, tribus, quatuor ramificationibus, variisque insulis, rectâ sursum tendunt, vasa venosa, sub integumentis associantia, &c. Hæc porro salutatis in itinere aliquot glandulis, glandes subintrant iliacas, ex quibus porro in chyli saccum currunt.

" Eodem fere modo, *Manus*, se habent, ex quarum dñtis, lymphatica prodeuntia, rami componunt, variis insulis conspicuas, sub eute extensas, lymphamque intermedia tamen glandula, in venam subelaviam expuentes.

" Ita ut multiplici experientia eo usque pervenerim, ut *integrum lymphaticorum systema*, a capite ad cælecm mihi composuerim, &c. pag. 149. Nuck adenogr.

" Ante biennium ductum lymphaticum ex pini glandula, eodem modo, ut aliis glandulis excutem vidi. Ita ut quidem certissimum & cerebrum, suos habere rivulos aquosos. Sed nondum distincte in lucem protractos." Idem.

Videas etiam, frontispicium suæ adenographiæ, præfixum, ibi enim deducit, vasa lymphatica ab extremis digitis pedum manumque.

*Chylus* perficitur in ventriculo, duodeno, intestinis tenuibus, coloris est albi, coagulabilis naturæ, a vasis lacteis excipitur ex villis intestinorum, ad ductum thoracicum & atrium cordis dextrum vehitur ubi eum sanguinis massa misceatur, dein pro nutritione corporis dispensatur per circulationem.

Constat, nihil aliud esse, quam particulas alimentorum lactescentes gelatinosaque, solutas, evolutas, ita combinatas, ut homogeneum eisdem fluidum videantur constituere, tale tamen, quod ex globulis per liquorem crystallinum agitatis, microscopeo armatis oculis compareat.

*Chylus* movetur celeriter per vasa lactea.

*Chylus* præparari non potest in recto intestino, nec in superficiebus corporis, ergo corpus non potest diu nutriti per clysteres nec per balnea.

Chylo deficiente in qualitate vel quantitate, corpus marcescit.

*Lympha* est humor sanguine tenuior, pellucidus, excolor, subinde flavescens aut rubellus, concrescibilis habet indolem.

Humor in vasis lymphaticis, in tela cellulosa, & in cævis corporis contentus, a lymphâ sanguinis in eo solum differre videtur, quod aquam admistam vehat.

*Lympha* in ventriculis cerebri nunquam visa fuit coagulabilis, teste Gul. Hewson, quod autem dubium facit Hallerus; nec lymphâ hydropicorum coagulabilis est.

*Lympha* non sine ratione, egregium non tantum nutrimenti vehiculum, sed corporis perpetuum mensrum, esse appetet, quod alibiles assūtorum partes imbibat, illisque sub nutritionis circuitu depositis, & colatur separatis, ad novas denuo excipiendas aptum evadat, id est vires solventes nunquam perdat.

*Lympha* æque ac chylos ex intestinorum villis absorbetur, per vasa lactea ac lymphatica; villi autem sunt innumerati in intestinis. Lieberkuhn in dissertatione de villis intestinorum, eonjectit; numerum villorum in adulto esse 500,000. Capacitatem autem eorum simul sumptorum æquare, quatuor dñtis cubicos; qualibet itaque totius intestini tenuis contractione, quantitas infra indicata in lactea & ex his in ductum thoracicum propellitur.

Cum contractio ista quolibet minuto primo, duabus vicibus absolvatur, intra horam ope villorum ad massam sanguinis adferri poterit fluidum lacteum æquale 480. dñtis cubicis, hoc est: si cubus lactis unius dñtis, sit æqualis quinque drachmis medicis, 25. libræ medie spatio horæ unius eo deferuntur.

Contractio quatuor vicibus sit in minuto, hinc duplex quantitas propelletur. Quibus si addatur copia lymphæ quæ ab absorbentibus vasis totius corporis recipitur, mira quantitas in circulationem abit.

T A B U L A XXII. *De Glandulis & vasis absorbentibus.**Nomen & sedes glandularum.*

*Rete:* oritur unum in extremitate cujusvis digiti, pedum manuumque: ubi desinunt arteriae, ex tela cellulosa incipiunt vasa lymphatica, quae ubique incedunt ad utrumque latus arteriarum ac venarum.

*Glandula tibialis:* in medio tibiae.

*Glandulae popliteae:* sub poplite.

*Glandulae inguinales inferiores:* in his sedes bubonum pestilentium.

*Glandulae inguinales superiores:* hic oriuntur bubones venerci.

*Glandulae iliacae:* in pelvi juxta arterias & venas iliacas.

*Glandulae mesentericae:* innumeræ per totum mesenterium.

*Glandulae renales & atrabilares.*

*Receptaculum chyli,* seu *Ductus Pecquetianus*, inventus a Joanne Pecqueto 1649. Sæpe deficit.

*Ductus thoracicus primarius:* est trunus princeps systematis absorbentis.

*Ductus absorbens dexter,* seu *secundarius:* oritur ex quatuor truncis magnis lymphaticis.

*Glandulae ventriculi seu gastricae:* sunt quatuor vel sex.

*Glandulae hepaticæ:* plexus magnus est juxta venam portæ.

*Glandulae cardiacæ, vel pericardicæ:* circa ortum arteriæ carotidis.

*Glandulae pulmonum:* raro inveniuntur in substantia pulmonari.

*Glandulae brachiales:* in flexura cubiti.

*Glandulae axillares:* sub clavicula & in axilla: intumescunt a cancro mammarum.

*Glandulae in facie:* juxta processum zygomaticum & ad glandulas parotides.

*Glandulae cervicales:* sunt quamplurimæ; hic sedes scrophularum, strumarumque.

*Vasa inferentia.*

Ob nimiam exilitatem, origines vasorum minimorum non possunt oculo nudo videri. Injectiones non penetrant a truncis ad vasa minora, valvulae obstant: ex trunculis ad vasa majora mercurius facile progreditur, viamque monstrat.

In digitorum pedis apicibus.

Partibus infra genu sitis.

Vasa cruralia tument ex pure absorbto ulcerum pedis, &c.

Venient vasa ex partibus genitalibus, natibusque.

Recipiunt lympham ex partibus inferioribus pelvique.

Recipiunt lympham extremitatum inferiorum, intestinalium, &c.

A renibus & capsulis atrabiliar.

Infra diaphragma ex duobus truncis vasorum absorbentium & uno lacteorum conficitur.

Accipit ex receptaculo chyli lymphamque abdominis & extremitatum inferiorum.

Lympha venit ex latere dextro, hepatis, diaphragmatis, cordis, pulmonis; capit, &c.

Sunt 1. Vasa coronaria.

2. Gastrica sinistra.

3. ——— dextra.

Vasa in hepate, in plures divisiones distinguuntur.

1. Vasa coronaria cordis dextra.

2. ——— sinistra.

Accipiunt lympham e pulmonibus.

1. Manus vasa *basilica*, ex vola & minimo digito. 2. *Cephalica*, a pollice & indice. 3. *Vasa media*, ex reliquis digitis.

Vasa veniunt ex capite, cervice, brachiis, seapulis, mammis, corde, pulmone, hepate.

Copiosa vasa veniunt ex cantho oculi interno, naso, labiis, &c.

Vasa veniunt ex capite, collo, coruquoque partibus externis internisque.

*Vasa efferentia.*

Vasa minima cum aliis unita, efficiunt ramos, quorum plures coeunt, in truncos abeunt, qui tandem terminantur in ductum thoracicum & venas subclaviae, ubi chylum & lympham suam exonerant.

Emittuntur ad glandulas popliteas.

Pergunt ad glandulas inguinales.

Vasa hæc tendunt ad regionem iliacam, ejusque glandulas.

Procedunt hæc vasa uti præcedentia.

Promovent lympham ad superiora.

Abeunt in multos truncos, inque ductum thoracicum.

Adeunt chyli receptaculum.

Ubi dilatatio ejus definit vocatur ductus thoracicus.

Perforat diaphragma, ascendit thoracem, exoneratur in angulo venæ subclaviae sinistre & jugularis.

Se exonerat hic ductus in venam subclaviam dextram jugularemque.

Eunt ad ductum thoracicum.

Uniuntur cum lymphaticis omenti, lienis, pancreatis.

Confluunt cum piloricis, omenti & hepatis.

Lympham mittunt ad glandulas pericardicas.

Confluunt ambo ac intrant ductum thoracicum.

Se mergunt in ductum thoracicum vel venas subclaviae.

Tendunt ad glandulas axillares vel ductum thoracicum.

Sinistro in latere exonerantur in truncum primarium vel superiore. In dextro latere in truncum secundarium vel inferiorem.

Descendent in collo, uniuntur cum aliis truncis cervicalibus.

Duo trunci sinistri & dexter, se mergunt in venas subclaviae.


Modus

TABVLA. XXIII.



Schola et historia Medicinae a Gul. Ronfey.

Ronfey sculps.



### *Modus detegendi vasa absorbentia.*

Hæc vasa nisi turgeant, propter exilitatem & pelluciditatem difficulter in homine observantur, quia post mortem depleta sunt, antequam cultro anatomico, facultas aperiendi cadaver conceditur.

Modus inveniendi optimus: in animali vivo aut nuper extinto, aliqua vena major constringatur, quam vas lymphaticum comitatur, hoc enim simul ligatum, statim se prodit, intercepto lymphæ transitu; apparet ultra ligaturam nodulis densissimis refertum, quod a valvulis regressum lymphæ impedientibus, & tumentibus oritur.

Locus aptus huic experimento est vena portæ.

Vasa lymphatica nisi in hydropicis, ægre inveniuntur; lymphæ in aliis cadaveribus post mortem coagulatur, sed in hydrope serum loco lymphæ coagulabilis, per hæc vasa transit.

In diurno moerore, qui humorum motum retardat, vasa lymphatica absorbentia, coadūt lymphæ plena vasa sunt.

Vasa absorbentia non facile inveniuntur, quia colapsa in cadavere; detecti tamen possunt per injectiones aquosas in arterias, venas, ductus excretorios, in quos aqua facile dilabitur; dignoscuntur autem hæc a vasis sanguiferis, per suas valvulas copiosiores; indagari etiam possunt, puncturâ facta prope venas, compressione, vel maceratione, ubi aer fixus in vasis resolutus, ea distendit oculoque sistit.

Alia facilis methodus: post cera repletas arterias, venasque, maccra partem examinandam, per aliquot dies in aqua; ubi ad certum gradum pervenerit putredo, aer in tela cellulosa resolvitur, intrat orificio lymphaticorum, distenditque vasa ipsa in omnibus suis ramis; in puncturam tunc factam, immitti potest mercurius, per apia instrumenta.

In extremitatibus difficultime replentur vasa, minuta absorbentia, ob frequentes valvulas; ad indagationem, optime convenient cadavera hydropica, adiposa enim occultant vasa hæc, sed hoc habent hydropica incommodi, quod in tela cellulosa nimis relaxata, vasa se subducant acici lanceolæ, non possunt commode aperiri, nec tubulus injectorius immitti, sic, ut ait, Cl. Cruickshank, ex centenis vasibus in extremitate quadam visis, pauca tantummodo illi licuerit mercurio implere.

Ductus thoracicus facile repletur, indendo tubulum injectorium in glandulam quandam inferiorem ductui ipso; mercurius inditus cito implet cum, per vasa ad cisternam chyli tendentia.

Ut facilius inveniantur vasa lactea, necesse est lacte nutrire animalia, hora una aut altera ante mortem, ut vasa magis turgeant, ligare etiam oportet radicem mesenterii.

Perforari ciuiam possunt intestina tenuia & repleri mixturis coloratis ex indigo, croco, amylo, aliisque

coloribus aptis, quibus vasa distenduntur, ut oculis appareant.

Quia hic accidit memorare injectiones artificiosas, quibus ramifications vasorum deteguntur in corpore humano; addemus aliqua ad historiam, & illustrationem utilissimæ artis injectoriarum facientia.

Beneficia tanta egregiaque illi debet ars saluberrima, id est medicina: quæ satis nunquam deprædicti possunt; sine hac certe arte in summa caligine sepulta manerent multa mysteria naturæ & leges œconomiae corporis animalis, nunc autem tutius incedimus explorando & curando, frequentes naturæ aberrationes; certius medemur abditis morbis, arte hac prælucente nobis.

Anatome ab antiquissimis temporibus magni sunt habita, & exculta; de usu ejus, nemo sanus unquam dubitavit, latissime enim patet in chirurgicis, practicisque moliminibus; sic ut sine ejus notitia pleræque operations valde manæ ac incertæ forent sortis.

In chirurgia omnino necessariam esse: Qui negabit, nisi rerum omnino imperitus?

Et quo solertia anatome fuit exculta, tanto maius lumen fuit additum, physiologiæ, pathologiæ; clarius praxis feliciorque ars salutaris evasit.

Medici, quando se olim dabant, luxuriantibus hypothesibus, semper in praxi hallucinabantur.

Vanisimo falsis nitentes principiis, infidam funestamque medicinam ægrotis fecisse, quis dubitet? hoc clare ex corum monumentis patet, quæ ad nos pervernerunt.

Viscerum vasorumque corporis humani historia, valde neglecta fuit a veteribus; sed non mirum est, quia ignorabant artem injectoriam cui tam multa debemus & sine qua in anatome nihil omnino vel valde paucum scire licet, vel effici potest.

In ultimo hoc seculo post introductionem siphonis injectorii, hanc partem colere coepcrunt anatomici magna industria & successu; hisce auxiliis maximi momenti veritates fuerunt inventæ.

Nunc cuique licet, videre oculis armatis, miracula naturæ, ejusque secretiores aditus, de quibus olim ne somniare quidem datum erat.

Cl. Fredericus Ruyshius, M. D. Amstelodamensis, primus elegantibus expressit figuris vasa corporis humani; injectiones artificiosæ illi monstrabant viam regiam veramque. Winslowus, fere primus bonas historias dedit, descripsitque partes corporis fideliter, uti in natura existunt.

Ab infantia artis medicæ, id est, post Hippocratem, anatomia per satis longum tempus languebat, usque ad Erasistratum, Herophilum, Celsum, & Galenum.

Dein iterum neglecta, per barbariem temporum, usque ad Bartholomeum Eustachium, & Harveyum, egregii inventi circulationis sanguinis authorem, qui

etiam ex primis microscopia adhibuit ad anatomicas investigationes. Hos insecuri sunt alii clari viri, qui insudarunt in anatomie augmentum; tandem Regnarus de Graaf, siphonem & injectiones introducendo, novum lumen accedit.

Ars quidem injiciendi jam nota fuit ante tempora Jacobi Sylvii, sed sprevenerunt plerique & ipse Sylvius, qui in Flagoge anatomica, haec habet verba: "Potes vasorum distributionem inflando per tubulos ex-plorare, quod probo magis, quam humorem cro-catum, vel aliter coloratum in sanguinis jam effusis locum per tubulos immittere."

Injectiones cum lacte, atramento, &c. ad vasa investiganda fuerunt adhibita ab Eustachio, Harveyo, Highmoore, Glissonio, Bartholino, Willisio, &c.

Regnarus autem de Graaf, Delphis medicinæ doctor, primus suam methodum injicendi cadavera liquidis coloratis mediante siphone anatomico, docuit; librumque edidit anno 1668, de usu siphonis in anatomia.

Valde egregium est hoc inventum, eximiæque utilitatis in perscrutatione corporis: præclara beneficia hinc redundant in anatomiam, physiologiam, pathologiam, omnemque ambitum medicinæ.

Oeconomia nunc corporis & naturæ operationes clarissimè intelliguntur, ac ex ipsa rerum natura explicantur, felicius quam olim quando fictitiis, vanis ideis inhærebant.

Quam plurimi errores veterum fuerunt detecti, ineptæque opiniones, hypotheses falsæ dirutæ ac ex medicina rationali fugatae.

Omnes qui abditos in corpore aditus investigare conantur, majori cum facilitate ac compendio, detegere & eruere possunt naturæ arcana, miraculaque, modo adhibere velint diligentiam & studium.

Regnerus inventor injectionum, subsistebat in humida methodo: morte obrutus fuit annos 32. natus, mense Augusto 1683.

Eius inventum auxit Johannes Swammerdam, adhibens injectionem permanentem ac solidescensem, reliquit autem prosecutionem ulteriore, ob vana quædam mentis dubia, amico suo Ruyschio.

Tandem amborum coætaneus ac amicus, Fredericus Ruyschius, excogitavit injectiones sebacæas & ceraceas; ad summam evexit celebritatem, hujus arteriæ usum, componendo materiam injectoriam quæ in consistentia, flexilitate, durabilitate, perspicuitate, nitide pulcherrimeque visui fistebat, omnia vasa minima corporis, inveniebat etiam modum conservandi condicione sua preparata, incorrupte per longam teriem annorum; microscopium etiam adhibebat, in indagationibus suis.

Ingeniosus fuit artifex, in laboribus indefessus, sedulus, elegantiarum studiosissimus, multum lucri suis preparatis fecit.

Eius thesauri anatomici, ab omnibus quam maxime mirati, tandem empti fuerunt magno pretio, a Petro Magno Russorum Imperatore, a quo Petropolin missi sunt.

Ruyschius magnum nomen meruit, nulli addidit sectæ, unice docens, quæ videbat, autoritate & veritate valebat apud omnes.

Ruyschius obiit 1731. Nonaginta duos annos natus.

Antonius van Leewenhoeck hisce temporibus, suis microscopis, etiam multa nova rimatus est, in vasis minimis corporis; obiit anno 1723, ætatis 91.

Hermannus Boerhaave his dictis amicis familiari-ter usus, vir magnæ eruditio[n]is, institutiones medicas edidit anno 1713, in quibus nova inventa feliciter in suum usum vertit & cum orbe eruditio[n]e communicavit; obiit 1738, ætatis 70.

Sine hoc invento perdifficile esset Angiologiam ad-discre & debite demonstrare, jam autem auxiliante siphone, quam pulchre omnium corporis, arteriarum, venarum, lymphaticorum propagines, imo omnes duc-tus, vasa, eorumque structura intima possuntne ante oculos ponî?

Hæc omnia efficit nobilis hæc ars, cum liquoribus coloratis beneficio siphonis in vasa immis- sis.

Regneri tinturæ erant, ex gummi gutta gamba, pro flavo colore; ex indigo pro cæruleo, & ex his duobus invicem mixtis viridem faciebat; parabat etiam tinturam ex obolo seu limatura æris, infun-dendo in spiritum salis ammoniaci; vel extrahebat tinturam ex floribus violarum, cyani, rosarum ru-brarum, quæ virides evadunt per aquam calcis.

Arteriarum carotidum divaricationes, qui vult cognoscere immittat tubulum siphonis in illarum arteriarum principium, liquorem versus cerebrum propellat, videbit omnes partes internas & externas, quæ a carotidibus sanguinem accipiunt, colore tingi.

Siphon pulchre valet, ad demonstrandam sanguinis circulationem, per singulas corporis partes, ut in arteriis carotidibus, liquor impulsus in cerebrum redi-bit per venas jugulares.

Impulsus liquor in arteriam pulmonalem expulso prius sanguine, redibit statim per ejusdem nominis venam in finistrum cordis ventriculum.

Et sic ubique pulcherrime in toto corpore, decur-sus arteriarum, venarumque exprimitur sine ulla con-fusione.

#### Regulæ observandæ in corporibus replendis injec-tione ceracea.

Cadaver immittitur lintri capaci, fervida aqua sufficienter pleno, ad eminentiam quinque vel sex digitorum; lapis vel pondus aliquod pectori imponitur, ut fundum petat; per sex horas in aqua relinquitur, hac tepescente ac decantata, aqua recens calefacta af-funditur, usque dum aer in vasis sanguiferis majoribus inclusus, minores ramos distenderit, ac pervios reddiderit; cadaver tunc elevatur, ut abdomen & sc-mora aliquantum supra aquam emineant, tunc arteria cruralis infra ligamentum Fallopii, denudatur & aper-ritur, tubulus arteriæ immittitur, caute ligatur infra & supra vulnus, ne materia injecta per ramos collaterales

terales se diffundens, profluere possit, tubulus femori affixus, obturatur.

Arteria hoc modo ad injectionem adaptata, vena saphena in dorso pedis alterius lateris ad pollicem decurrens, investigari debet, facta tum cutis tum venæ incisione, alias tubulus immittitur, ligaturque, apertura hujus ligno vel subere obturatur exacte & filo pedi alligatur.

Cadaver iterum immersum, in aqua relinquitur per aliquod tempus, usquedum materia injicienda debite liquefacta fuerit, quod si factum :

Cadaver ex aqua exemptum afferi proportionato, truncisque ligneis fulto imponatur, ut thorax ac caput decliviora siant, capiti etiam, brachiis & cruribus linteis involutis, adstantium quidam, non interrupta serie, tervidam affundat usque dum repletio utriusque systematis absoluta fuerit; ut haec rite peragatur, siphon prope ignem prunarum calefiat, eoque mediante aer, ex arteriis, obturamento ligneo, quod tubulo immisum fuerat remoto, extrahatur, ne inibi relictus, ingressum materiæ ceraceæ mox injiciendæ, in ramos minores impedit, vel spatia vacua complura aerea, in illis uteunque repletis, efficiat, aut ceræ interruptiones siant, eo fere modo ac in barometris minus accurate confectis, mercurius aere distinctus interdum apparet.

Dein mixtura rubra, non nimis fervida sit oportet, sed ita temperata, ut digitum immisum absque doloris sensu, in ea relinquere possis, ejusdem ope per tubulum arteriæ ingeratur; anatomicus embolum pectori suo sensim fortiter imprimat, simulque tubulum, utraque manu prehensis ejusdem annulis, modestè attrahat, interim vero aliis attendat, num arteriæ temporales, ramulique tunicae oculorum albugineæ repleti fuerint; illud enim si observetur, & anatomicus majorem sub impressione emboli resistentiam percipiat, de sufficiente materiæ immissione, certus esse potest.

Quidam ex adstantibus durante operatione, vulnus, pro detegenda arteria factum, digitis comprimat, ne materia impulsa per vascula cutis & adipis incisa erumpat.

Arteriis hoc modo impletis, tubulus iterum obturatur, post siphonis remotionem, & frigida perfunditur.

Siphone depurato a reliquiis mixturæ rubræ & de novo calefacto, materia viridis vel flava in venam saphenam ingeritur, donec venarum jugularium & temporalium intumescentia & resistentia contra embolum adaucta, venas satis repletas esse indieaverint.

Cum valvulae obstant, quo minus injectio per saphenam instituta, ad reliquarum extremitatum venas pertingere possit, alterius pedis saphena quoque; cephalica ac salvatella utriusque manus incidendæ & cera implendæ sunt: imo ut harum ramifications, ad digitos manus pedumque decurrentes, conspiciantur, quandoque opus est, per tubulum versus digitos directum, materiæ infusionem repetere.

Denique & vena frontalis, supra radieem nasi denudata & incisa replenda est.

His absolutis cadaver frigida perfundatur, ad coagulationem materiæ injectæ accelerandam, post haec cute ac pinguedine abdominis vulgari modo incisa & separata, (ubi vasa antequam discindantur notari debent.) Vaginâ musculi recti remotâ, arteria epigastrica occurrit inter duas venas, sed raro impletur; versus superiora cum mammaria interna anastomosi unitur, quæ tamen non semper repleta reperitur.

Peritonæo ineiso & intestinis protractis, ramus venæ portæ, mcsaraeus magnus, vel hemorrhoidalis internus, (splenicus enim minus idoneus est,) aperiatur, tubulus alligetur, versus truncum venæ portæ dirigatur ac obturetur; his peractis, linea mesenterio, reliquisque abdominis visceribus, cum venæ portæ communieantibus, impone, ac fervidam per dimidiā horam affunde, mixturamque ope siphonis, per tubulum injice, usquedum rami venæ portæ, minores quoque in mesenterio decurrentes, satis tumidi conspiciantur.

Si materies injectionis, loco viridis æris, cum gummi guttae in spiritu vini soluto, flavo colore imprægnetur, ac systemati venæ portæ iniciatur, melius est, ejusque rami eo facilius distingui possunt.

Ante injectionem partium, semper immergantur in aquam frigidam, per dies tres vel quatuor, ut omnis sanguis quantum potis est expellatur.

Infantes injecti in aqua calida, immediate post operationem in aquam frigidam immittendi sunt; ne color subsideat, & cadaver in putredinem cadat sub tarda refrigeratione; dein sub desiccatione, sedulo eum oleo terebinthinæ sunt illinendi, ad infecta funganda.

#### *Administratio anatomica.*

Cadavere refrigerato, aqua ex abdomine, spongia resorbeatur, dorso autem supponatur aliquid, ut abdomen ejusque contenta eleventur, horumque vasa a membranis & pinguedine commodius denudari queant.

Vasa brevia, dilacerationi obnoxia, ante omnia perlustrare oportet: tum venæ portæ trunca, ad ingressum in hepar usque denudandus, ut rami minores appareant.

In denudandis vasis, a truno cujusvis vasis versus ramos, præparatio semper instituenda est, ac membranæ cum pinguedine, paululum tendendæ, ut tutius auferri possint.

Quia intestina tenuia, magno impedimento sunt sectori, illa a mesenterio separata, removeri possunt, duodenum & portionem jejuni, duorum palmorum longitudine saltem relinquendo.

Crassa intestina conservanda sunt, eorum tamen, præcipue

præcipue coli, cum aliis visceribus, caute solutis connexionibus.

In arteriæ coeliaceæ investigatione, licet ligamentum suspensorium inciditur, ut reponi queat ad dextrum latus, ut appareant vasa omenti, quæ tamen raro implentur, quia ab aquæ fervore plerumque destruuntur.

Rami vasorum mammariorum internorum cum difficultate præparantur: claviculis & costis remotis, cartilaginibusque spuriarum dissectis, sterno reclinato, vasa mammae conspicuntur.

Dein subclaviae denudandæ, ac his visis, ad collis vasa progrediendum, posthac veniunt vasa axillaria atque brachii.

Remotis pulmonibus, intercostalia commode possunt investigari, sic itidem bronchialia vasa.

Demptis lienc cum ventriculo, duodeno, pancreate, mesenterio, & annexis intestinis, præter rectum, reliqui tum vena cavæ, tum aortæ descendantis rami examinari queunt.

Parenchyma hepatis ressecandum, donec tres rami venæ cavæ, qui illud ingrediuntur, conspiciantur.

Sequuntur vasa renum, lumborum, hypogastrica, cruralia.

Præparatio hactenus dictorum cum brevi tempore absolvı non queat, convenit cadaver frigidæ aquæ immittere, ad eminentiam aliquot digitorum, quoties necessitas sectionem interrumpere jubet, ut putredo, foetorque arceantur.

Ad vasa cerebri visenda, aperiatur caput, ubi meningum vasa visui sc̄ fistunt.

Cerebrum denudetur ac a quodam ex adstantibus aquam continuo affundente, conteratur digitis donec tota ejus substantia a vasis abluta fuerit; tunc carotidum internarum & arteriarum vertebralium rami nudi apparebunt, sinus quoque duræ matris majores tum minores.

Cadaver infantis recens nati per funiculum umbilicalem una injectione, utrumque vasorum systema, simul repleri potest; sed tunc materia injecta unius tantum coloris est nec arteriæ bene a venis distingui possunt.

Notandum est injectione nunc dicta, vasa pulmonalia, peculiare hoc habere, quod arteriæ, viridi; vena autem rubra materia repleantur, ob communicationem arteriæ in dextro cordis ventriculo intermedio cum vena cava, eisque sibole saphena.

Hinc in alias cadaveris pulmonibus integris cum corde, cuius quilibet ventriculus & auricula, secundum longitudinem aperiri debet ex thorace exempta arteria pulmonalis, impleri debet materia injectionis subtiliori, ad quasvis carum distributiones videndas, & recte Malpighianum conspicuum reddendum, truncis vena & arteriæ bronchialis ante injectionem silo constrictis.

#### Compositio Materie Injeccoriæ.

Quilibet fere anatomicus peculiarem sibi excogitat

materiam injectoriam eamque in secretis habet, damus hic aliquas quæ sunt probatae.

*Injeccoriū materia:* est multiplex & variis modis adhibetur, 1. Aer. 2. Aquæ coloratæ. 3. Lac. 4. Gluten, size, ichthycolla. 5. Selum, axungia, adipes. 6. Cera. 7. Spiritus & oleum terebinthinae, &c. 8. Vernices. 9. Mercurius. 10. Argentum.

Ut plurimum nunc in usu sunt injectiones: ceras, & mercurio.

Duplici utuntur anatomici mixtura injectoria:

1. Mixtura communis vel crassa: ad vasa majora replenda.
2. Subtilis: quæ est apta ad vasa minora & capillaria.

#### Injeccio communis.

1. R. Ceræ albæ, part iv. Terebinthinæ vnetæ, part ij. Sebi, part j. Misce in vase æneo super ignem.

Portioni hujus mixturæ sed minori post remotionem ab igne, sub continua agitacione cum bacillo subtilissime tritæ, & in petia ligatæ, affundatur spiritus vini rectificatus, sensim digitis exprimatur & fiat sufficiens quantitas rubefacta pro arteriis replendis.

Portio major, viridi æris distillato tintæ, venis inservit.

Venæ majorem quantitatem hujus mixturæ possunt, quam arteriæ.

Quantitas mixturæ non potest accurate determinari: in subiecto octodecim annorum sufficiunt tres libræ, pro impletione utriusque systematis, in alio procerioris statuaræ quatuor libræ.

2. R. Resinæ & sebi partes æquales, ceræ unam quartam partem, coloris quantum suspensi potest in his liquefactis.

In minuta frustula dividantur haec species, & seorsim liquefiant: primo misce colorem cum sebo, agitando illud donec color extintus apparcat, adde dein resinam liquidam, demumque ceras.

3. Pro communi injectione quidam sumunt. Terebinth. colatae, part ij. Cerae, part j. Virid. æris, q. s.

4. Alia. R. Resinæ flavæ, part ij. Sevi ovilli, part j. Si densiori opus adde ceræ puræ q. s. si autem molliori, quantitas sevi augeatur.

5. Caffebolmius: sebi cervini & ceræ ana addito pauco spiritus terebinth. & cinnabaris vel virid. æris.

6. R. Ceræ flavæ & resinæ partes æquales, quibus liquefactis adde balsami terebinth. vulgo turpentine varnish, quantum ad flexilitatem requisitam incoctum sufficiat.

7. R. Resin. flav. ij. Ceræ flav. j. Bals. terebinth. q. s. Misce.

8. R. Resinæ flav. Zvj. Sebi ovilli. Zvij. Misce. Notandum quod in his compositionibus a cera eas fieri rigidas, tenaces a resina, fusiles flexilesque a bal-

samo.

samo. A quibusdam reicitur spiritus terebinth. qui dum exhalat, pellucididatem a vasorum tunicis ita plerumque tollit, ut ceræ color transpici non possit.

### Colores.

*Ruberrimus color*: sit, a cinnabari bene levigata ceræ mixta.

*Flavus color*: cera flava cum auripigmento, vel impregnata eum solutione e gummi gutta gamba.

*Viridis color*: ab incolla ærugine, speciatim blue verditer dicti.

*Ceruleus color*: a coeruleo Borussico.

*Albus color*: a cera alba, a minera plumbi alba bene levigata, cerasuilla.

*Cavendum*: ne cera nimis calida injiciatur & ne arteria implenda transversim alligetur tubo æneo, unde media tunica arteriæ sœpe finditur; satius est excindere aliquid ex latere ejus.

### Injæctio subtilis.

1. R. Spirit. vini rectif. 3xxij. Gum sandarac, 3ij. Gum clemi, 3j. M. Solvc lento igne in balneo arenæ, tune addc ceræ flavæ, 3ij. Axungiæ, 3vj. Cum sufficienti quantitate cinnabaris spiritu vini dilutæ, pro rubedine.

*Consistentia*: si nimis spissa, spiritus vini, vel terebinthinæ affunditur, si autem tenuior additur particula sebi, donec ad paueas guttas aquæ frigidæ instillata, in pulsis formam coaguletur, quod pro nota debitæ consistentiæ habetur.

2. R. Oleum terebinth. cum cinnabari.

3. R. Axungiæ porcinæ, cinnabar. pauculum spirit. terebinth. misce.

4. R. Spiritus vini rectific. 3vj. Resin. terebinth. bene tritæ, 3x. misce in ampulla vitrea, bene commoveantur, ut fiat mixtura maxime satura. Dein

R. Tinctoræ præscriptæ, 3vj. Balsam. terebinth. vulgo turpentine varnish, 3hs. Cinnab. facit. opt. levigat. 3vj. Misce in ampulla vitrea.

Ex hac mixtura bene conquassata, guttæ aliquot aquæ fontanæ inspersæ, brevi concrescent & firmitatem acquirent.

Spiritus vini se lymphæ miscens resinaam relinquit, quæ sub forma pulveris albi præcipitata, statim a balsamo terebinthinæ resorpta, cum cinnabari massam conficit, ea ratione firmam ac stabilem, qua mixtura habet tinctoræ resinosa majorem proportionem, atque adeo si guttæ tenaces & facie nimis splendente concrestant, majorem quantitatem tinctoræ resinosa posulant.

Mixtura hæc firmitatem non acquirit nisi aliquamdiu, in arteriolis quieverit & spiritum vini ablegaverit.

Tunc a cera crassa sequi, ulterius impelli & in vasis ita obturatis elaudi potest.

Allii laudant vernicem; aliū autem oleum terebin-

thinæ cum cinnabari; alii utuntur ichthyocolla, glutine, vulgo size dictum, pigmento aliquo post debitam liquefactionem addito.

Quoad densitatem tenendum est, si nimis est mollis addc resinæ aliquid, si nimis dura addendum balsani terebinth. q. s. Sub liquefactione aliquot guttulas in aquam frigidam illabi finas, hoc docbit an consistentiæ debitæ, mixtura tua crit; plus vel minus facile corrigere poteris.

Injectiones etiam valde minutæ fiunt, mercurio vivo, per tubulos vitreos vel ferricos in vasa absorbenia insertos, quæ hoc fluido repleta, exsiccata dein, anatomico armatoque oculo subiecta, clare monstrant internas cavitates, cryptas, cuniculos, fabriemque partium minimarum corporis humani; verne obducta per longum tempus durare possunt hæc preparata.

### Injæctio vasorum cum argento.

Doctor J. N. Lieberkuhn, invenit magna industria, modum injiciendi vasa corporis humani, majora minoraque, cum argento; sic per saecula duratura sunt hæc artificia; ejus methodus erat.

Recipe ceræ albæ, sebi bovini vel vervecini, quantum lubet, adde unam quintam partem colophoniae, unam decimam terebinthinæ Venetæ, cinnabaris vel alias pigmenti, quantum sufficit, ad colorem cohæsionemque materiæ frigescetæ.

Injice hisce vasa majora.

Immitte injæctionem in spiritum nitri vel oleum vitrioli, mistum cum aqua, ut fiat maecratio, hanc aqua abluendo, habebis cavitates vasorum in cera efformatas, nunc autem, recipe, gypsi bene pulverati partes duas, unamque partem pulveris latercum; misce hæc, addc aquæ fontanæ, q. s., fac pastam fluidam, bene agitando hanc massam, immitte præparationem ceraccam & relinque donec sicca evadat.

Post desiccationem in aere, in ignem pone, ad rubedinem igniendo illam.

Quando rubor appetet & omnis cera igne consumta est, matricem seu modulum habebis.

Huic matrici infunde argentum liquefactum: dein pone illam in acetum, tunc facile separabis argentum & habebis præparatum æterne duraturum.

Ad vasa minima adhibebat mixturam supradictam, addendo olei terebinthinæ quantum satis, ut faciliter penetrare possit tenera injæctio in vascula minima: dein absindebat particulam hujus, examini subjiciendam, affundendo guttas aqua fortis, ut corrodat, & ponat sub microscopio.

Hæc methodo minima quæque vasa conspici possunt.

### 2. Alia injæctio ad corrosiones.

R. Ceræ partes, iv. Sebi, iij. Resinæ, ix. Coloris quantum sufficit. Minutum divisa, haæ species seorsim liquefiant; misce pigmentum cum sebo,

agitando donec color extintus sit, adde deinde resina liquidam, demumque ceram.

### *3. Alia.*

R. Ceræ & resinæ partes æquales, terebinthinæ venetae partem octavam, pigmenti quantum satis.

Procede ut supra.

### *Macerationes.*

Ut vase sanguifera reni inservientia cum uretere & pelvi renali, ita oculis subjiciantur, ut situs vasorum omnium & complexus naturales cognoscantur; arteria emulgens cerâ rubrâ, vena emulgens cera viridi & ureter cum pelvi cera vel alba vel non colorata rite impleantur.

Ren ad hunc modum ceris repletus, pelvi vitreæ imponatur, & assundatur aquæ fortis & spiritus salis communis portio æqualis, ea quanitate, ut a mistura acida ren omnino obtegatur.

Post horas viginti quatuor, effundatur diuidia pars mixturae & ejus loco assundatur, purus spiritus salis communis.

Post horas iterum viginti quatuor effundatur, tota mistura acida; & aquæ fontis vel ex tubo tenui vel ex cisterna leniter cadentis in ipetu, eluator omnis limus ceris adhærens ex membranis et fibris corrosis formatum.

Eluto omni limo cum acido salis, ceræ exsiccatæ vel vernici, vel gelatinæ tenui pellucidæ leniter tepefactæ immixtantur, ut nitorem atque firmitatem acquirant.

Hoc modo etiam hepar præparari potest.

Pulmones hac methodo tractati, varium statum sub incipiente & peracta respiratione exhibent.

Repleti primo, arteriis & venis pulmonalibus; trachæa post eas repleta, in statu tortuoso & quasi corrugato fissitur.

Si autem cum suis vesiculis, prius bene fuit repleta, deinde venæ & arteriæ pulmonales, hæ instar fasciæ, ubique compressæ repercentur.

### *Desiccatio Præparatorum.*

Ad conservanda præparata anatomica, duobus modis procedimus, aut siccando ea in aere, aut immittendo liquoribus aptis.

Difficilis est siccatio ob mucorem, qui semper subditur, illinenda ergo sunt saepè, tencro penicillo in alcohol vel spiritu vini rectificato imbuto, donec bene siccatae non amplius muccescant.

Arcendæ etiam sunt museæ, infesta, putredines, &c. humectando ea frequenter in solutione sequenti:

R. Spiritus vini rectific. libj.

Mercur. corros. sublimat. 3ij. misce fiat locura.

Præparata siccata saepè crepaturas agunt fissurasque, ergo tegenda sunt cum vernice quodam.

### *Vernix e Copal.*

R. Gum. copal, 3iss.

Olei anthos essent. 3j. misce, digere in balneo arenæ, donec omne gumini solutum.

### *Alia e gummi copal.*

R. Gum copal, libj.

Oleum lini, libv.

Terebinthinæ, libij.

Sacchari saturni, 3vij. misce, digere caute in vase fistili supra balneum arenæ.

### *Vernix terebinthinacea.*

R. Terebinth. libj.

Resinæ flavæ, 3iv. misce.

### *Alia.*

R. Terebinthinæ communis, libij.

Spirit. vini rectific. cong. j. misce & digere.

### *Vernix dura.*

R. Gum. juniper. libiiss.

Shellack, libss.

Spir. vini rectif. cong. iij. misce.

### *Vernix spirituosa dura.*

R. Gum. sandarac, libij.

Spirit. vini rectificat. cong. j. digere.

### *Vernix dura alba.*

R. Gum. juniper. libiiss.

Spir. vin. rectific. cong. iij. misce.

### *Vernix splendens.*

R. Resin. flav.

Colophon. à libij.

Spir. vin. rectif. cong. ij. misce.

### *Mistura ad coagulationem ligamentorum in sceletis naturali.*

R. Aquæ fontanæ. libiv.

Aluminis, 3j.

Misce. In hac proportione augetur, aquæ sufficiens copia, secundum volumen partis præparandæ, quæ immixtanda est, per septimanam aut diutius, ut bene imprægnetur.

Ligamenta debent subinde moveri in aqua aluminoosa, præcipue autem postquam ex aqua exempta ad desiccationem reponuntur. Aliter enim ligamenta rigi-

rigiditatem contraherent, flexilitatemque perderent suam.

Omnes partes quas præparare tibi animus est, debent lavari & macerari in aqua frigida & sanguis omnis humoresque bene exprimi manibus, sic cavebis ne præparatio tingatur colore sanguinis & conspurcetur sordibus, sed spiritus in vitro permanebit semper nitidus, clarus, pellucidusque.

### *Microscopium solare Lieberkuhnii.*

Hoc a radiis solis speculo exceptis & ad inquirentis oculum reflexis, nomen suum mutuatur, ejusque ope subtilissimæ injectiones clarissime conspici possunt; omnibus aliis præstat instrumentis.

Johannes Nathaniel Lieberkuhn, medicinæ Doctor Berolinensis, celebris anatomicus, præmatura morte obrutus fuit 1757, ætatis 46.

Idem clarus vir argenteæ injectionis primus auctor, invenit etiam quod vocatur instrumentum ad ranas.

### *Instrumentum ad Ranas.*

Ranæ, canes, aliaque parva animalia viva, illi alli-gantur, eorumque artus & corpora tam exacte figurantur, ut iis movere impossibile sit, sub operationibus ab anatomico instituendis, in abdominis apertione, ad motum chyli in vasa lactea demonstrandum, &c.

Hoc instrumentum armatum est microscopio, quod mire roborat visum, immense augendo diametrum rerum ei objectarum: cæcutientes oculi, redduntur acutissimi; quod olim nemo vidit nec cogitavit, hisce auxiliis clare oculo subjicitur; novus quasi orbis nunc patet menti humanæ, & quotidie novæ veritates, & operationes naturæ mirabiles cernuntur in minimis rerum particulis.

### *Conditura humida præparatorum.*

Optime servantur præparata humida, in spiritu vini rectificato, cui additur una tertia pars aquæ puræ; vel huic operi spiritus frumenti satisfacit, cum additione paucæ quantitatis spiritus vitrioli vel nitri, ij. plus vel minus. Hæc mistura nitorem conciliat partibus injectis rubrâ materiâ: nimia vero quantitas spiritus nitri, ossa reddit flexilia eaque dissolvit.

Hic liquor si manus immittantur, stuporem generat in digitis, sed huic medetur lavatio in aqua fontana imprægnata cum aliquot guttulis olei tartari per deliquum.

Quando volupe est, examinare vel demonstrare coram rerum naturalium curiosis præparata humida, non debent manere per longius tempus extra liquorrem, pulchritudinem perderent nitoremque.

Vasa vitrea in quibus præparata asservantur, ex optimo sint vitro albo & satis denso, ut objecta visui ma-

jora se sistant, & ut videantur quæ aliter nudis oculis se subtrahunt.

Vasa vitrea spiritu plena, focum habent, necesse ergo est, suspendere præparata ex lignis vel bacillis, in distantia convenienti, ut possint commode videri omnes partes.

### *De conditura cadaverum.*

Hæc ars conservat cadavera defuncta, vocatur etiam *balsamatio*.

Ab antiquissimis temporibus jam obtinuit balsamandi ritus, apud plerasque gentes, Æthiopes, Ægyptios, Arabas, Indos, Sinenses, Romanos, &c.

Fiebat partim ex pietate & reverentia erga parentes, amicos, partim etiam religionis causa.

Olim erat in valde frequenti usu, nostris autem diebus principum solummodo ac dixitum cadavera hac arte a corruptione præservantur.

Ægyptiorum hæc cura fuit: antequam cadavera sepulchris mandarent, ea solenni apparatu ad salarios & aroinatarios deferebant. Illi ipsa aromaticis ac balsamicis unguentis oblinebant, & quas fecissent excisiones confuebant, mox sale conspergebant & salino-carnario ad septuaginta dies operiebant: quibus exactis, inde exempta abluebant & forde omni elota, fasciis bombycinis gummi quodam conglutinatis involvabant; tumque recepta hæc consanguinei in feretro ligneo in humanam effigiem exsculpto collocabant.

Non medici quidem erant pollinætores Ægypti, sed personæ tamen sacro ordini adscriptæ, ut medici.

Praerst eorum ordini scriba, cum quo de sumptibus transfigendum erat. Idem locum incisionis describebat. Tum Paraschystes incidebat quantum satis esset, quo facto se oxyssime suga proripiebat; accedebant tum reliqui, eximebant viscera, præter cor & renes, vacuumque locum vino palmeo & aromatibus perluebant. Hoc facto cadaver per satis longum tempus macerabant nitro Ægyptiaco; dcinde cedri-pice aliisque delibutum, myrrha etiam, cinnamomo, aliis fragrantibus & conservationi aptis conditum involvebant fasciis ex tela byssina, multum gummosorum, glutinosorum succorum, præsertim ex myxa inter fascias admiscentes.

Tandem propinquis medicatum funus reddebant, monumento inferendum, cuius tamen perfecte similem deformationem ex ligno factam & picturis ornatum simul addebat, domi in larario servandam.

Reticeri non debet mos Ægyptiorum, qui cadavera sic condita parentum, loco pignoris certissimi habebant: sic ut si quibus Ægyptiis opus esset grandi pecuniae summa, eam facile a notis & vicinis impetrarent, alicujus defunctorum parentum cadavere oppignerato. Ita enim demum certus erat creditor pignoratius, vitam potius ei qui pignus dedisset, quam fidem defecturam. Quod si cui omnia adeo infelicitter succederent, ut pignus per inopiam liberare non posset, sed deserere cogeretur, in vitam reliquam sic apud

apud omnes infamis erat, ut tanquam aqua & igne interdictus & capite minutus ex libero servus fieret, immo indignus hac luce & hominum confortio haberetur.

Thevetus scribit capsas & urnas lapideas extrahi ex monumentis defunctorum in Aegypto, tauta diligentia esse obseratas & lutatas, inclusa vero corpora tanta arte nobilibus ad aeternitatem aromatibus condita, ut quae ipsis statim mortuis obvolutae essent linteæ stolæ, eæ integræ hodie adhuc visantur: ipsa autem corpora adeo florida, ut vix tridui esse cadavera judicentur.

Et tamen ex illis cavernis & specubus subterraneis eruuntur urnæ in quibus ocurrere duorum millium annorum cadavera.

Hæc corpora condita vocantur mumiæ, & fuerunt olim adhibita, ut nobile medicamen in potu vel bolo, in curandis lapsis ex alto, aut alioquin conutis; prostant hoc nomine hodie in officinis partes humanæ, bitumine conditæ & exsiccatæ, nigræ, bitumen sapientes & redolentes: sed sordido nauseoso imo suspecto medicamento, quod balsamico & astrigente scopo nonnulli adhibent, merito abstinetur a sanioribus.

Pro varia Aegyptiorum conditione varia plus vel minus sumptuosa erat conditura. Nobilium cadavera myrrha, aloë, croeo & aliis pretiosis condiebantur aromatibus.

At plebeiorum hominum tenuitas tantos sumptus ferre nequit, ex asphalto aut pissaphalto conditura erat.

Magnum mumiarum pretium aliquando ex pharmacopolis movit, homines audaces & luceri avidos, ut suspensorum cadavera de nocte raperent, & sale atque aromatibus condita, furno exsiccarent, ut hoc mangonio interpolata pro vera mumia venderent.

Aethiopes, amicorum cadavera exemptis intestinis gypso obducebant ipsisque sic incrustatis mox colores appingebant, qui defunctos ad vivum exprimerent. Hac arte ornatos columna vitrea & cava includebant ut pyxidati, per medium vitrum apparerent neque interim tetro odore spectatores a se averterent.

#### Balsamatio modernorum.

Conservatio cadaverum dupli modo fieri potest, humido vel seco.

Cum cadavera eorumque partes ab una regione ad alteram transmitti debent, sine ulla corruptione aut decoloratione, procedendum est hac via: fiat muria vel lixivium fortissimum ex sale marino & alumine partibus æqualibus, quantum satis.

Cadaveri in capulo picato jacenti superaffundatur hic liquor, adeo ut bene immergatur: atque hoc modo in diffitas regiones transportari possunt.

Optime hæc methodus instituitur cum aliud negotium sit & occasio dissecandi tibi commoda non fuerit, ac in aliud tempus differendum.

Alter modus conservandi est qua cadavera in oleo terebinthinæ conduntur: hac via per aliquot annos in pristino statu perseverant.

Tertius modus: in spiritu vini conservari possunt:

Extrahe primum tinturam, tamdiu rectifica spiritum donec nullam amplius imbibat.

Accipe hunc spiritum vini rectificatum, cui admisce spiritus salis ammoniaci eum ealee viva destillati partem quartam vel quintam; hanc mixturam cadaveri superfunde, atque hoc modo diutissime conservantur.

Si integrum cadaver a corruptione præcavere velis, immittenda est aqua calida siphone per os & œsophagum, ut nimis materia alias facile corruptura ex ventriculo & intestinis amandetur: idque tamdiu continuandum donec aqua pura & limpida exeat.

Postea spiritus vini magna copia immittatur, ut nempe hoc modo omnis aquositas relicta absorbeat.

Porro arteriæ quoque & venæ majores aperiendæ, iisque aqua calida tamdiu injicienda, donec omnis sanguinis rubedo exire desinat.

Dein spiritus vini immittendus ut particulæ aquosæ ab hoc spiritu elutrientur.

Operatione hac prævia multum spiritus pareitur.

Sandapila plumbea vel stannæ, ne spiritus exhalat, ad id opus requiritur, si integrum cadaver conservari debeat.

Verum si partes quædam minores vitra requiruntur, quæ subere, planis vitreis & vesicis firmiter obturari possunt.

#### Balsamatio secca.

Ad faciem potissimum & manus advertendum, ne colorem vivum perdant. Aqua igitur & vino adiusto cadaver eluendum: postea limpidus spiritus terebinthinæ cui pigmentum aliquod album admixtum fuit, de novo immittendum, ne cadaver siccum flavedinet.

Hujus liquoris immissio in singulis fere membris, ubi arteriæ aut venæ manifestæ sunt, institui debet.

Cadaver in aere aprico, libere perflante exponitur i replendæ omnes arteriæ venæque, cera parum iniuncta, ut corpus vividum acquirat colorem.

Ceræ injectio fit, ne corpus seccatum, aridum fiat.

Facies & manus vernice cosmética obluniendæ, ne nimis flavescent.

Oeulorum orbitæ, vitreis oculis, ejusdem coloris ac vivus habuit replendæ, aut oculi claudi possunt.

Genæ, labia rubore vivo pingendæ.

Exsiccatum cadaver, vernice illinendum, quod sit ex aloë, terebinthina, mastiche, quibus liquatis non nihil cerussæ admisce, ne color fiat flavus.

Hicce peractis cadavera præservari possunt, melius tamen fuerit, ut viscera facile corruptibilia eximantur, uti cerebrum, si capit is cutis eruciali modo incidatur, calvariaque serrâ elevetur: cavitas probe exsiccata vernice obdueatur, cavitas repletur aromatibus, gummisque

misque bene olentibus, ut aloë, mastiche, thure, ligno aloës, styrace, benzoino, santalo citrino, salvia, majorana, absinthio, lavendula, caryophyllis, rosis, camphora, &c. Imponatur dein calvaria, cutisque jam resiccata filo serico consuatur.

Cerebrum etiam condiri, ac in locum suum reponi potest, loco aromatum.

Cum autem cerebrum immissione in humida non ad votum penetretur, immergendum est spiritui vini, donec nulla tinctura vel aquositas amplius extraheatur.

Superfunditur dein oleum aut spiritus tercbinthinæ, donec oleum penetraverit, postea vernici fervidæ aliquoties immergatur & papyro olco olivarum madidæ, ut exsiccatur cerebrum imponendum.

Simili modo thoracis & abdominis contenta eximi possunt, balsamoque indurari, ut postea loco suo reponantur; verum si licitum sit intestina sepeliri, cavitates aromaticis replendæ & cutis consuenda erunt.

Quod si non adsit copia dictorum aromatum, ut fere contingit in oppidis obsecisis, vel navibus, pulvis substitui poterit ex calce extinta, cinere communi, furfure, scobe lignea, vel quercina.

Sic enim cadaver insuper forti spiritu, aceto, aut lixivio lotum, in multum tempus asservabitur, modo calor ingens non vigeat aut non reponatur in loco calido, & humido; sed optimum omnium est immergere in spiritum vini.

*Balsamatio illustrissimi Delphini conjugis*; dirigente Petro Dionis, chirurgo regio sequenti modo fuit.

In Gallia conditura regiarum personarum principumque concreditur chirurgo, qui solus omnia dirigit, quæ ad hanc rem necessaria.

Dies aliquot post obitum principis, in præsentia delegatorum, apertio fit corporis a medicis ordinariis & chirurgis, qui renunciant de visis ac inventis signis & causis, morbi, mortisque, iis discedentibus chirurgus, cui munus balsamationis mandatum est, omnia ad opus necessaria in conclave apportare curat.

1. Jubet plumbario, sandapilam conficere justæ mensuræ, satis longam amplaque, vas etiam plumbeum pro intestinis, & pyxidem plumbeam cum operculo pro corde.

2. Apparatus chirurgi consicit, in instrumentis consuetis aptis que ad opus commode perficiendum.

In paratu habeat, quinque fascias: quarun duæ sint tres pollices latæ, quatuorque ulnas longæ, brachiis applicandæ; duæ quatuor pollices latæ sexque ulnas longæ pro femoribus pedibusque: una sit latior & longa satis ad involvendum totum corpus.

3. A pharmacopola præparatur secundum præscriptum medici, & mittitur chirurgo;

1. *Pulvis* bene pulveratus ex herbis aromaticis ac fragrantibus.

2. *Pulvis subtilis*, ex gummi resinis & speciebus odoratis.

3. *Balsamus* seu linimentum ad oblationem corporis.

No. 1. *Pulvis grossulus* est ad implendas cavitates, & servanda intestina, quibus quippe insperguntur: hujus pulveris compositio est;

Recipe. — *Folia*: lauri, myrtilli, anthos, salviæ, menthae, melissæ, rutæ, absinthii, marjoranæ, hysopi, thymi, serpilli, basilici, &c.

*Radices*: Iridis, angelicæ, acori, calami aromatici, &c.

*Flores*: rosarum, chamœmeli, meliloti, lavendulæ.

*Cortices*: citri, aurantiorum.

*Semina*: anisi, fœniculi, coriandri, cymini.

Hicce bene pulveratis, adde libras aliquot salis communis siccati, corticis coriariorum, ut ex omnibus simul sumptis fiat pondus triginta librarum.

No. 2. *Pulvis subtilior* componitur ex decem vel duodecim speciebus aromaticis odoratis ad præservationem corporis suntque: myrrha, aloës, olibanum, benzoinum, styrax calamita, caryophylli, nux moschata, cinnamomum, piper album, sulphur, alumen, nitrum, &c. misce fiat pulvis subtilis ad pondus decem librarum.

No. 3. *Balsamus*, componitur ex terebinthina, oleo lauri, styrace liquida, balsam. copaiba, misce fiat linimentum ad pondus trium librarum.

Pharmacopola mittat etiam spiritus vini  $\frac{1}{2}$  vj. Stupæ vel goffypii fasciculos majores, No. vj. Lineti cerati latoris ulnas duas & fili sarcinarii glomerem.

Hicce omnibus armatus chirurgus aggregi potest opus suum.

Chirurgus in vas plumbeum immitit stratum pulveris No. 1. dein stratum ex portione intestinorum, sic continuat stratum supra stratum, donec totum vas impletum a contentis capitis, thoracis & abdominis, nulla que vacuitas supersit tandem plumbarius vas claudit diligenter id ferruminando.

Cor autem separatum in vitrum ponitur, spiritui vini immergitur & omnium præparatur ultimum.

Post exempta ex tribus cavitatibus contenta, hælavandæ sunt cum spiritu vini.

Calvaria impletur stappa & pulveribus invicem commixtis, cranium reponitur, illique inspergitur pulvis balsamicus, pars capillata superinducitur ac consuitur.

Os lavatur cum spiritu vini, impletur goffypio pulvereque; sic etiam tractantur nares.

Facies dein, caput, cervixque linimento obduncuntur, superinspergitur de pulvere balsamico, tandem caput totum in cucupha linteal reconditur involviturque decenter.

Thorax & abdomen, stappa ac pulveribus dicto modo tractantur atque consuuntur.

In brachiis, femoribus, suris incisiones plures profundæ sunt, lavantur spiritu vini, pulvere aromatico farciuntur, obliniuntur balsamo, pulvis balsamicus superadditur, tandem involvuntur fasciis, a pedibus incipiendo, progrediendoque inguina versus.

Similes incisuras sunt in natibus dorsoque, lavantur,

tur, obliniuntur, pulvere asperguntur, involvuntur in fascia latissima, longissima, sic ut nulla pars appareat nuda sed exactissime omnia obvelata sint.

Cadaver sic tractatum ponitur supra telam ceratam, quae debite secatur & corpori accommodatur, ut cadaver involvat sine plicis, consuitur dein filo sarcinario.

In cervice aliquantum astringitur, ut exprimat capitis formam: plures similes fiunt constrictiones, distantes una ab altera dimidium pedem, donec totum colligatum sit sarcinae ad instar.

Cadaver ponitur in sindonem, forti filo ansa vel nodus formatur in quatuor angulis, quibus manibus prehensis committitur in sandapilam, cui etiam induntur omnes pulveres qui forte supersunt, vacuitates replentur multis fasciculis ex herbis aromaticis.

Plumbarius tandem operculum adaptat & sine mora diligenter ferruminat.

Chirurgus autem cor præparat, cum spiritu vini bene lavat, implet ventriculos pulvere balsamico, involvitque illud in tela cerata, constringendo, ligandoque cum forti filo in formam cordis, immittit in pyxidem similiter cordiformem, statimque in sua præsentia exacte ferruminare curat a plumbario per totam circumferentiam.

Ultimo tandem duobus fulcimentis imponitur sandapila, pallaque tegitur.

Super sandapilam locatur pyxis cor continens, involuta holoserico nigro crispato vulgo *crêpe* dicto, ibique relinquitur, donec monumento vel loco sepulturæ destinato mandetur.

Frederici Ruyshii balsamandi rationem hic omittere non licet, quæ multo elegantior est quam, jamjam dicta gallica dilaceratio.

Ruyschius arte sua præparabat cadavera, ut mortuorum facies totusque habitus appareret, ut hominis vivi, vultu in genis nullis rugis obducto, sed suavi naturali colore gaudentis, sic compositi ac si ita colloqui vellent.

Hæc ipsa cadavera in statu ceu perfecte viventis per multorum annorum decursus possunt perdurare, sine ulla nitoris faciei mutatione, sine ulla corruptione, vel fastidio, ita ut possis respondere te conspicere hominem vivum, hilarem, & sanum, & illum semper præsentem ante oculos ponere, quando libet.

Ruyschius quidem in maximo secreto habuit, methodum præparandi balsamandique cadavera, sed cum vendidisset, anno 1714. thesauros suos anatomicos, Petro magno Russorum imperatori, a quo Petropolin fuerunt missi; in autographo quod in museo Petropolitano depositum est, revelavit:

1. Aperiatur hypogastrium; fiant duæ incisiones pollicem longæ, in truncis aortæ & vcnæ cavæ, ut immitti possint tubi injectorii.

2. Cadaver immittatur aquæ frigidæ, exprimatur sanguis ex his incisionibus per unam alteramque dicem.

3. Immittatur dein in aquam calidam per quatuor vel sex horas.

4. Materia ceracea injectoria in fictili vase, ponitur in catino ferro cum sufficiente quantitate aqua communis supra ignem, ut liquefaciat in ea cibuliente.

5. Liquatæ materiæ addatur cinnabaris q. s. bene que misceantur.

6. Hiberno tempore sebum convenit, in æstate ad datur ceræ albæ, sufficiens copia.

Aliqui capiunt, ceram, terebinthinam, resinam & oleum terebinthinæ.

Alii vini spiritum, cinnabari saturatum, & quando vasa sunt impleta, hoc præparato, claudunt ea cum cera liquefacta, ne materia refluat.

Sed hac methodo, qui utuntur, non possunt separare vasa sic impleta, ut mei moris est.

7. Quando cadaver calefactum quatuor vel sex horas, eximatur ex vase, ponatur super tabulam.

Duo tubuli mittuntur in arteriam, venamque, unus versus superiora directus, alter versus inferiora cadaveris.

Tubuli caute ligari debent, comprehendendo vas in ligatura; quæ filo fiat forti.

8. Hoc diligenter facto, immergatur rursum cadaver in aquam calidam per horæ quartam partem.

9. Aqua hæc tepescens, decantetur & renovetur, cum aquæ calidæ sufficiente quantitate.

10. Tubulis tum applicetur syringa supra prunas calefacta.

Primo impletur truncus superior, dein inferior, embolum caute premendo, donec satis sit injectum.

11. Vasis impletis, orificia claudantur, & subiectum continue movendum est in aqua frigida, donec tota materia frigefacta appareat; sic cavetur, ne cinnabaris gravitate sua secedat in uno latere album in altero autem rubrum deveniat.

12. Ubi cadaver frigidum, affunde liquorem meum, illud relinquendo ibidem per aliquot dies, sæpius agitando ut partes aquæ melius extrahantur.

Liquor renovatur & cadaver vasi immittitur amplio, vel plumbæ sandapilæ.

13. Quando monstrare libet cadaver præparatum, poteris id eximere, siccare, vestibus induere, ornare decenter; non deforme nec horridum erit spectaculum.

14. Liquor meus est, spiritus vini vel frumenti, in destillatione addi potest piperis nigri manipulus unus, ut penitus subeat partes musculares.

15. Spiritus frumenti, quibus nunc potissimum utor, non sunt subtile nimis, quia non possunt assertari in vitris.

Accipio spiritum rectificatum addoque aquæ partem tertiam, quæ mihi optime placet mixtura.

16. Pro avibus, piscibus, quadrupedibus & animalibus, utor alcohol cum aqua pura; sed hoc non convenit in præservatione cadaveris humani, quia citius perderet nitorem: huic inservit spiritus vini quem

quem ego ipse destillatione clicio ex alembico stanneo  
lento igne.

17. Cadaver, quod monstrare lubet, non debet  
per longius tempus manere extra liquorem, perderet  
nempe nitorem suum.

18. In desiccatione præparatorum, exponantur  
partes cadaveris aeri sicco perflanti; non juxta ignem,  
nec in radiis solaribus quia materies ceracea liquef-  
ceret & profluueret ex vasis.

19. Difficile est siccari & indurari subjecta sic præ-  
parata propter mucaginem, quæ semper succrescit,  
cum penicillo igitur in alcohol imbuto caute auferenda  
est, continuando hoc donec non amplius apparcat.

20. Præparata siccata cautissime servanda sunt ab  
animalculis carnivoris, quæ arrodrunt carnes & mem-  
branas.

21. Quædam species scarabæorum valde noxia est,  
in mensibus Majo, Junio, Julio; sed raro in hyeme  
inveniuntur; producunt etiam speciem animalculo-  
rum pilosorum, quæ non minus infesta sunt.

22. Quando hoc accidit, præparatio hisce insectis

conspurcata illico submergenda est in alcohol, sic sta-  
tim pereunt.

Dein in aere sicco & perflante exponenda est ad de-  
siccationem perfectam.

23. Præservationis certioris gratia oblinio præpa-  
rata vernice ex gummi copal cum oleo spicæ.

24. Si lubet demonstrare vasa minima, subiectum  
præparatum illini debet oleo spicæ vel oleo terebin-  
thinæ; dein in radiis solis cum bonis microscopii  
examinari potest.

Hucusque Cl. Ruyshius.

Præparatio cadavrum adulorum est omnium dif-  
ficillima: hoc non obstante Ruyshius suscipiebat ex  
jusu statuum generalium Hollandiæ, præparare ad  
conditaram cadaver Bercleyi, Navarchi Anglici, qui  
occisus fuit i Junii 1666, in pugna navalii inter  
Anglos & Batavos.

Corpus erat in statu deformi, cum traderetur Ruy-  
shio, qui tamen arte sua id effecit, ut mitteretur in  
Angliam, cum apparentia ut decebat cadaveris nitidi,  
recentisque.

## A D E N O L O G I A.

*Adenologia* est vox Græca composita ex verbo "Αδην, & λογος, latine redditur, doctrina de glandulis.

Hæc pars anatomes tractat de glandularum structura, sede, munere, &c.

Hippocrates hac voce sæpe utitur aliique authores Græci, sed valde diversas variasque res hoc nomine in-  
telligebant, ut testes, renes, cerebrum, parotides, mammas, thymum, mesenterii glandulas, &c.

In operibus Hippocratis liber exstat de glandulis, in sectione tertia editionis Foesianæ.

Quem librum de glandulis tanti faciebat Cl. Lindanus ut scriptum reliquerit: glandularum historiam post  
Hippocratem meditari velle, tantundem esse ac Iliada post Homerum.

Φύσις μὲν ἀδένων οὐ σποδγωδεῖς· ἀργαῖαι μὲν καὶ πίονες.  
καὶ εἴτιν οὔτε σαρκία ἕκελα τῷ ἄλλῳ σώματι, οὔτε ἄλλο τῷ  
οἷμοι τῷ σώματι, ἀλλὰ ψαφαῖσ καὶ φλεβαῖς ἔχει συχράσι.  
Εἰ δὲ διατάραμοις ἀιμορράγιν λαθρός, πὸ τοῦδος λευκή, καὶ  
εἶται φλέγμα ἵπατεφομένῳ δὲ οἵτινι εἰδία.

Ἄδενες καὶ υπεισιν ἐν τῷ σώματι, πλεῖοις οὐ μειζοὶς εν  
τοῖσι κοίλοισιν ἀντιτίθεντοισιν ἄρθροισιν.

"Αἱ, δὲ ἀδενες μειζοὶς οὐκον αλλο θιτον σώματος. καὶ  
νίμονται ἀτὰ ἀδένες εν τοῖσιν ἐντέροισιν ἐκπιεζόμεναι τὴν  
πλάδον.

Τὰ δὲ ἐντέρου εκ τῶν τευχέων οὐ τὸ ἐπίπλοα ἐκδέχεται  
καὶ καθίσται τὴν ύγειασίν το δὲ ἐπιπλοον.

"Η κεφαλη καὶ ἄυτη τὰς ἀδένας ἔχει τὴν ευκέφαλον  
κοίλον αδένι.

"Επιφαλος γὰρ καὶ λέυκος καὶ ψαφαῖος, ὄκωσπερ καὶ ἀ-  
δένες.

Laudandam quidem esse industriam veterum non negamus sed nimium illis tribucre & recentioribus eri-  
pere non est laudabile studium, veritati potius litari debemus & dicimus: qui ex veterum scriptis fabricam  
usumque glandularum eruere conantur valde errant.

Post tempora Hippocratis, ab ejus successoribus studium neglectum fere fuit; nec mirum veteres non ultra  
pervenisse, multa sane & gravia obstabant impedimenta.

Post inventum autem circulum sanguinis, usque microscopiorum & artis injectoriarum, nova lux affulxit,  
hisce adhibitis, naturæ arcana fuerunt acrius rimata multoque felicius exculta. Omissis veteribus, pergitus  
ad neotericos.

Natura glandularum quidem spongiosa, raræ si-  
quidem & pinguis, & neque carnem habent reliquo  
corpori simile, sed friabilem & multis vcnis refertam.  
Quam si scces sanguis copiosus, specie albus, & velut  
pituita effunditur, tanquam lana appetet.

Glandulæ autem in corpore subsunt, plures &  
majores in ipsius cavitatibus, quam in articulis.

Glandulæ vero majores sunt in intestinis, quam  
alia corporis parte, & expressam ex intestinis redundan-  
tatem humiditatem depascuntur.

At intestina ex vasis ad omentum pertingentibus,  
humiditatem excipiunt & emitunt, omentum vero  
his glandulis transmittit.

Caput quoque ipsum glandulas habet, cerebrum  
nempe glandulæ simile.

Cerebrum enim non secus ac glandulæ album est &  
friabile.

*Marcellus Malpighius*, professor medicinæ in Pisana academia, circa annum demum 1665, exercitationes edidit de glandularum fabrica & structura, quæ magno cum applausu fuerunt receptæ.

Docuit nempe, se invenisse in glandulis acinos, quorum ea esset fabrica, quæ folliculi, sive glandulæ simplicis muciparæ: rotundi nempe utriculi, per arterias minimas liquorem accipientes, quem in ductum excretorium dein amendent.

Comparationem cum visceribus faciebat.

Comparabat eum glandulis simplicibus compositis, quæ manifesto cavæ sunt.

Cavitudinem acinorum contendebat per morbos confirmari, per hydatides, tumores, &c.

Strenuos defensores invenit, inter quos *Hermannus Boerhaave*, *J. B. Morgagnus*, *Petrus Nannius*, aliquie.

Malpighiana sectæ inter axiomata recepit: omnium humorum secretionem fieri per glandulas, & absque folliculo secretionem peragi non posse.

Omnis glandulas conglomeratas, viscera secretoria omnia, veros minimorum cavorumque folliculorum glomeris esse.

Duæ sectæ fuerunt, quæ eorum acinorum ultima se perspexisse putarunt, sed ut altera alterius contraria doceret; *Malpighiana* primo regnum tenebat; donec *Ruyshiana* illam pessum dedit.

Malpighianæ sectæ se opposuerunt.

*Antonius Nuckius*, negando folliculos.

*Raimundus Vienensis*, qui duobus excretoriis ex vase primi ordinis aut secundi sive medio aliquo utriculo deduxit, vasculosam viscerum, glandularumque fabricam adstruit.

*Edmundus King*, anno 1666, viscera meris undique vasis constare scripsit.

*Nehemias Grew*, idem sensit.

*Jeremias Lossius* inter primos novæ sententiae accessit, qui nempe ab anno 1680, glandulas pro vasorum glomeribus habuit, quos glutinosæ particulæ connecterent.

*Johan Conrad Peyer*, ab anno 1680, idem docuit in renibus.

*Bernardus Albinus*, de glandulis in universum idem afferuit.

Sed maxime omnium Malpighianam sententiam acriter oppugnavit in Belgio, *Fridericus Ruyshius*, hic quidem in juventute sua acinos glandulosos, cum toto iuncto suo admisit; sed eum in frequentissima cadaverum consuetudine ac opportunitate naturam consulendi, injectionibus artificiosis & oculis armatis adjutus, diligentissimus ac sedulus artifex, alienus a hypothesibus, nulli addictus, parum ultra ea quæ viderat doceret, merito maximam auctoritatem assecutus est, plurimosque assecbras invenit, qui nempe suam sententiam ex natura ipsa intimaque anatomia erutam, veritati consonam avide amplexi sunt. Ruyshius cum videret, membranas ac viscera post injectiones repleri, a maceratione in aqua simplici in vascula resolvi, sententiam mutavit & ab anno 1696, do-

cuit: viscera & conglomeratas glandulas & simplices plerasque totas, undique solis ex vasis componi, paucasque dein cryptas in corpore admisit, in quibus vera glandulae fabrica supereret.

*Ruyshius* nixus imprimis experimento hoc:

In visceribus materies sebosa injecta in præcipuam arteriam, replet minimas arteriolas transitque in ductus excretorios, eosque infarcit continuo filo, nullo nodulo inter arteriolam & ductum excretorium interposito. Nunc si sebum inter arteriolam minimam, ductumque excretorium, nusquam in nodulum intumescit, sequitur nusquam etiam receptaculum inter finem arteriæ ductulique excretorii originem interponi adeoque neque glandulosam fabricam eo loco esse, & minimas arteriolas in minimum ductum excretorium continuari.

Hoc facile monstratur in renibus; succedit etiam in hepate; in glandulis conglomeratis successit etsi rarius.

*Bernard Siegfried Albinus* monet; non omnia esse vasa, sed suam peculiarem cuique parti substantiam &c. Adnotat. L. iii. pag. 11.

*Antonius Ferrein* addidit: neque acinos suos viscerum carnem conficeret, neque alba in lumen renibus grana, neque rubra puncta nimis dispersa, ad viscerum naturam constituantur sufficere. Memoires de l'Academ. des Sciences, 1749, pag. 495.

*Ruyshius* a suis initiis progrediens, suscepit denique demonstrare, etiam eos acinos, quos pro sua opinione *Malpighius* produxerat, omnino & ipsos, totaque adeo viscera, omnesque glandulas, meris constare vasculis, idque comprobavit in hepatis, lienis, renisque acinis, adeo evidenter, ut *Boerhaavia* ipse fateretur, nihil se videre in hepatis acinis præter vascula.

*B. S. Albinus* acinos etiam ad vasorum congeriem revocavit.

*Ruyshii* nunc sententia stat: viscera nempe secretioni destinata, eorumque imprimis acinos, glandulasque conglomeratas, meris componi vasculis, cellularis telæ ope conjunctis, eo cum vinculi robore, ut consistat acinus, aque suis similibus, laxioribus sibi annexis, totus & integer deduci possit.

In quolibet præterea acino, vasorumve glomere ductus excretorius est, pluresque ductuli, qui de arteriola minima, tanquam ramulus minor & sanguini impervius, decedere videntur, quæ fabrica in rene certo reperitur.

Secretio adeo a vulgari sanguinis circuitu haetenus differt, quod in isto quidem arteriola minima, cylindrica, in venam sibi æqualem aut ampliorem continuetur, quæ sanguinem recipere apta sit.

In humorum vero secretione ductus excretorius, rubro vasculo arterioso minor, tanquam ramus ex eo vasculo prodeat.

Angli medici inter primos Malpighianas glandulas rejecerunt.

*P. A. Michelottus*, folliculos non retinuit, neque nostro ævo aliter docetur.

Cl. Antonius Ferrein in *Memoires de l'Academie des Sciences*, vasculosam fabricam visceraum ornavit suis experimentis. Viscera nempe ex filis albis, & aliquantum pellucidis constare, quæ a vasis Ruyshianis diversa sint & post penitissimam infarctionem alba maneat, interque repleta vasa inedia contrahantur, inque siccato viscere evanescant, ut id, quod de viscere reliquum sit, totum nunc vasis rubris constare videatur, postquam *alba* illa substantia deleta est, ex qua viscus vere constabat.

In cortice reni & hepate infantili, alba ea natura, plena est tuberculorum, sive particularum rotundarum, oblongarum, numerosissimarum, quarum milles in unico acino spatii habeant satis.

Accuratissima dein indagine facta, eas particulas annulos videri albos, veraque reflexa vasa esse, sed a rubris vasis diversa, quibus renis cortex componitur.

Sollicite cavit, ne ea quam describit fabrica, pro ea habeatur, quam Ruyshius, aut replevit aut descripsit.

Apparet adeo, vasculosam quidem semper fabricam esse, ceterum ea vascula quibus ea viscera constant nimis subtilia esse & angusta, neque liquoribus accessa, quæ manu incisorum injiciuntur.

*Definitio glandularum* difficilis est, vixque definiri potest clare & breviter, ut omnes quadret glandularum species.

Hoc titulo gaudent variæ partes plurimum inter se discrepantes, situ, mole, figura, colore, fabrica, consistentia, textura, nœxu, functione, &c. ut satius eset alia nomina imponere, quæ melius exprimerent diversas species, & officia.

Græcorum ἔδειναι, glandia vocaverunt Latini.

Nomen glandulae, Celso fuit in usu, ac Plinio, &c.

Perparum est, quod ex veterum scriptis, discere possimus de fabrica usque glandularum, quæ aut incognitæ iis fuerunt, aut nullius usus habitæ.

Secundum recentiores, hoc nomine indicatur, certa pars corporis animalis firma, rotunda, oblonga, organica, membrana propria cincta, arteriis, venis, & nervis composita, quæ a natura est aptata ad separationem diversorum liquorum, & massa sanguinea, ad varios usus in œconomia animali, ad secretionem, mutationem & excretionem etiam particularum noxiarum vel superfluarum e corpore.

Glandulae nomen etiam usurpatum fuit in morbis quibusdam, ut sunt strumæ, scrophulæ, bronchocle, &c. sed hoc minus bene.

Avicennæ glandula videtur esse ganglion.

Guidonis glandula est tumor glandi similis, mollis, solus, mobilis, sine radicibus, a vicinis partibus separatus, maxime in emunctoriis & juncturis occurrentes.

*Nomina* glandularum fuerunt; glandula pinealis, pituitaria, maxillares, amygdalæ, parotides, salivales, linguales, palatinæ, sebaccæ, mammae, &c.

*Divisio.* Franc. de le Boe Sylvius separavit glandulas conglobatas, lymphatico humori destinatas, ab

iis, quæ ex acinis quasi in glomerem conjunctis, composite sunt, easque vocavit conglomeratas, quod nomen retinuerunt huc usque; alii addiderunt glutinatas, & congregatas, vesiculares, & vasculosas, anomalas.

Occurrunt autem glandulae quæ non ad conglobatas, nec ad conglomeratas referri queunt, ergo accurasierit divisio, in lymphaticas, secretorias & anomalas.

De glandulis *lymphaticis* alias egimus, in vasorum lymphaticorum historia.

Glandulae *secretoriae*, sunt organa, quæ excurrentibus humoribus sunt dicata, nec aliud usum præstant, & ductum excretorium conspicuum habent, ut sunt parotides, maxillares, sublinguales, palatinæ, bucales, lacrymalcs, pancreas & varia organa, cerebrum nempe, hepar, renæ, qui colatorii officium faciunt, sed ratione ingentis molis è numero glandularum eximuntur.

Glandulae *anomale*, sunt illæ glandulae diversi sicut, variæ fabricæ, ut plurimum incerti usus, quæ ad superiores referri non possunt, ut glandula pinealis, pituitaria, thyroidea, thymus, bronchiales, capsularum renalium, &c.

Aliqui anatomici, qui omne secretionis negotium glandulis tribuunt, innumeræ excogitarunt, & miliares vocarunt, quibus totam cutem refertam esse contendebant, sed cum nulla arte demonstrari possint prædictæ glandulae, merito commentitiae sunt censendæ.

*Numerus*, glandularum valde incertus est, quasi infinitus in diversis hominibus, ac copia & magnitudine mire differentur.

*Moles*: conglomeraτæ majores sunt conglobatis.

*Differentiae*: conglomeraτæ glandulae longissime distant a conglobatis, sunt enim corpora spongiosa, molliora, albicantia, superficie inæquali, ex minorum aggrecie conflata.

Conglomeraτæ vocantur eæ glandulae, quæ ex variis aliis, seu lobulis sunt coagmentatae seu conglomeraτæ, ut pancreas, &c. ductum habent proprium excretorium, in quem omnes lobuli suum humorem effundunt.

*Substantia* harum glandularum consistit ex arteriis, venis, nervis, substantia propria & ductu excretorio.

*Structuræ* glandulae conglomeraτæ, non sunt simplices, sed ex lobulis & lobulorum acinis minoribus compositæ, quos laxior tela cellulosa revincit, ut duabusculum corpus componant, & per quorum intervalla vasa sanguinea nervique repunt.

Eos lobos, aqua per arterias injecta, ita laxat, ut facilius videas, eos iterato ex minoribus lobulis constare, donec repetita divisione ad minimos, oculo conspicuos *acinos* perventum sit.

Firmiores perpetuo uti minores sunt, quia eorum particulæ breviori cellulosa tela junguntur, firmiusque connectuntur.

Acini sunt ex congerie vasorum minutissimorum arteriolis, venulis, nerveis filamentis tela cellulosa conjunctæ.

conjunctis. Acini rotundi, pallidi fere sunt, absque rectarum fibrarum consortio, qua nota a carne differtur.

Si eos acinos lente vitrea, deinde acius augente convexiori sphaerula contemplatus fueris, reperies, eos a lincolis cellulosis, iteruin in minores acinos divedi, quos brevior semper cellulosis textus conjugit, neque sinem invenies divisionis, albidaque semper natura supererit, quam cellulose & vasculosae linearæ intersinguunt.

Uti varia est ratio cellulose telæ ad acinos, ita aliæ glandulæ aut laxiores sunt aut firmiores.

Firmissima mammæ glandula, mollis thyroidea, mollissimus thymus.

*Firmitas* cellulose telæ sensim aucta facit, ut perinde uti conglobatae, ita conglomeratae aliquæ & una thymus, cum adultiori ætate diminuantur, in pueris universim minoribusque animalibus maximæ sunt.

Lobulorum etiam magnitudo alia est in aliis; minima in renalibus capsulis, magna in mammis, & in maxillari glandula salivæ dicatae.

*Arteriae*, multæ sunt in glandulis, firmiores, majores quam in carnis, copiosiores etiam. Multi potius trunci quam magni.

Numerosissimi arteriarum surculi, lobulos & acinos distinguunt, ut petiolorum similes eorum quasi ramos suspensos teneant, ut videre est in maceratione lobulorum.

In arteriis glandularum, sanguinis transitus aliquanto difficilior est.

*Venæ* sunt pauciores quam alibi & laxiores & grandiores.

*Nervi*: per alias glandulas multi nervi transibunt grandes, verum non morantur in his glandulis, sed ad alias partes pergunt.

Glandulæ, minus irritabiles videntur, unde non multum dolent in morbis, sed dolor est obtusus, non late patens nec acerbe vellicans, aut ingravescens lancingationibus intermittentibus.

*Venæ lymphaticæ* sunt tubuli exigui, pellucidi, & inconspicui, ni lympha turgeant, duplice membranam habent, plurimasque valvulas, glandulas conglobatas intrant, iterumque exirent, inosculantur invicem, dividuntur, coeunt, viscera ambient, sæpe magnus eorum est numerus.

*Ductus excretorius*: pleræque glandulæ ductum excretorium emittunt, aliquæ etiam plures, in aliis nondum inventus est, sed aliqua mutatio inventa est inter sanguinem arteriarum in glandulas hasce inventum & sanguinem per venas reportatum, ubi lymphatica vasa absorbentia, aliquid ex sanguine abstulisse videntur, quod dein ad massam sanguinis rursum fertur.

*Ductus excretorius* est canalis genus, venæ similis; oritur, a radiculis minimis nudo oculo non conspicuis, ex acinis minutissimis; cum aliis similibus confluent, & in maiores truncos uniuntur, donec omnibus ramulis receptis, præcipuuſ & proprie-

dictus, ductus excretorius, de glandula exeat, si quocunque suum exoneret, in aliquam caveam, aut penitus de corporis cutisque superficie climinet.

Interna membrana ductus excretorii, est continuata, a velamento interno glandulæ; membrana externa autem ex cellulosa telâ sippatæ constat.

In ductibus excretoriis alius & a sanguine diversus liquor continetur, qui sine dubio huc cum sanguine per arterias advectus est, sed harum arteriolarum in minimarum conjunctionem cum nascentibus ductibus nemo cultro nec microscopiis demonstravit, tam mire exilia sunt haec opera naturæ. Injeclli liquores, in glandulis conglomeratis, difficulter admodum ex arteriis, in ductum excretorium transibunt, & si tenuiores fuerint facile in cellulosa telam se diffundunt.

Leeuwenhoekius, nunquam microscopiis suis, vidit radicem aliquam excretorii ductus ex arteria ortam; cum millies viderit, inde nascentes venulas, unde facile, colligere est, ductum excretoriorum *di-ametros*, minores esse quam venularum.

In renibus tamen facile est, aërem, aquam, sebum calens per arterias renales in uretrem urgere; successit in hepate etiam, ut oleum terebinthinæ, aut ex arteria aut certe ex vena portæ, tinctum in ductus bilarios transiret.

In ductus salivales, aut pancreaticos, sebaceos, vasaque lactifera, injectiones penetrasse aliquot idonei testes sunt.

Visa sunt exempla hæmorrhagiarum, per urinas aliasque insolitas vias, ubi sanguis, copia, vel motu abundans, ex arteriis per ductus excretorios effluxit.

Si ergo injeceli liquores, ex arteria rubra, in ductus varios excretorios, absque nodulis transibunt, omnino sequitur sanguinas arterias cum ductibus excretoriis continuari.

Plerique ductus excretorii, etiam in minimis suis radiculis, undique leves sunt, in renum exemplo, in salivalibus ductibus & pancreatico toto, qui continuo reticulatam deponit naturam, postquam a choledoco discessit.

Ductus excretorii irritabilem vim possident, quæ fere ubique & secretionem & excretionem producit, efficitque ut glandulæ & multum humorem excrenant, & propter moræ defectum, tenuem nihilque mutatum dimittant.

Pulvis acris in nares resorbatus secretionem mucinæ adeo promovet ut repetita sternutazione aqua copiosissime de naribus exturbetur.

In ore manducatio acriæ, ut pyrethri radix, sambillæ semen, &c. copiosum salivæ fluxum excitat solent.

In oculis acria lacrymarum secretionem præcipitant.

Acria purgantia per intestina magnam aquæ copiam educunt, ut videre est in hydragogis; quod peragit, mucum abradendo a villis, irritando stimulandoque glandularum muciferarum orificia, arteriolarumque fines, unde saepe immensa vis aquæ exturbatur.

Ductus excretorius nascens, in principio suo potest esse rectus, inflexus, vel brevis, longus, anfractuosus, sine plicis valvulis & rugis, vel horum contraria; quæ omnia varios effectus in secretione producent, hinc facilior, celerior, uberior secretio vel tardior & paucior succedit, varieque plus magisve mutantur humores, ob moras, stagnationes, absorbtiones, & calorem; vel viscidiores, crassiores, pauciores, sunt humorcs in quantitatc.

Recti sunt ductus uriniferi, secretio adeo copiosissima ac fluida—flexuosi valde testes, tum epididymis, & ductus deferens, hinc paucitas & visciditas semenis.

A fabrica varia, pendet varietas humoris.

Ductus excretorii habent, receptacula & folliculos, qui eorum quasi fincs & appendices sunt.

*Receptacula:* sunt grandiora vel minora, aperta vel cæca.

Grandiora: proprie non ad instrumentum secretoris numerantur, & sunt intestina pro bile, pro succo intestinali, pro massa cibaria, & pro saliva; vesicula fellis pro bile & muco: vesica urinaria pro loco: vesiculae feminales & cellulæ ductus deferentis pro spermate testium, &c. cavæ articulationum & vaginalium tendinosarum, sinus pituitarii, ventriculi, laryngis; uteri cavea, sinus vaginalæ, capsulæ renales vesica, &c. mucum præbent suæ cuiuscum partis.

Minora receptacula: hæc proprius ad secretoria organa spectant: liquoremque suum recipiunt & asservant, donec ab aliqua peculiari causa evacuentur; ac quidem diversa causa ab illa quæ humores universos in circulum agit.

Varii folliculi simplices, viscidis humoribus perfundis inserviunt.

Sunt etiam folliculi oblongi seu sinus ad eundem finem: hue pertinent etiam dilatationes ductuum excretoriorum cellulæque, ad varios oœconomiæ animalis usus.

Folliculi humorem colligunt ac retinent; & ne accepti liquores continuo clabantur, ostium habent excretorium, quod variis e causis aut clausum tenetur vel pro re nata aperitur; quod fit mediante vi irritabili, contractilive aliisque mechanicis modis vel a copia, acrimonia, pondere contentorum.

Folliculi irritabiles, musculosi aliquid habent.

Folliculorum munus est, liquorem quem receperunt fluidum, reddere viscidorem; ex his folliculis per lymphatica vasa pars tenuior liquidus resorbetur; hinc incrassatio humoris sequitur, per calorem & moram maturatis, mutatis, commissisque fit stimulus, acrimonia, putredoque generantur: tandem debitiss, aptissim temporibus, humorcs dimittuntur per varios excretionum modos.

Ad moram faciunt & magnas mutationes inducent:

1. *Angustia ostii excretorii*, quæ aquæ parum, muci nihil dimittat nisi pressio accesserit.

2. *Anfractus excretorii* ductum exitus impediunt.

3. *Valvulae*, humoribus se opponunt.

4. *Ponderis vis*, in uno vel altero situ corporis, effluxui humoris obstat.

5. *Compressio* ductus fit aliquando a telæ cellulose contractili villa.

6. *Cocretetur* ductus inter alias musculosas fibras, ut in urethræ & ani sphincteribus.

7. *Vis contractilis* adesse potest in conspicua.

Kaaw Boerhaave, in libro suo de Perspiratione Hippocrati dicta, pluribus in locis inculcat, absorptionem fieri per venulas.

Plures graves authores eandem sententiam docunt, uti Herm. Boerhaave, &c.

Cl. Hallerus ait: Tam late patet inhalatio venosa, quam exhalatio arteriosa.

His celeberrimis viris etiam ad stipulor, validis rationibus & experimento nixus; sed de hoc plura in physiologia.

*Receptacula cæca;* quæ nihil de cavea sua evacuant, quæ undique clausa, nullum habent ductum excretorium ostensibilem. Ita sunt cavæ articulationum, vaginalæ tendonum, renales glandulæ, oculi cameræ, cerebri ventriculi, cavæ pericardii, pleuræ, pectoris, abdominis, plurima telæ cellulose spatiola, quæ omnia suos humores retinent. In his secretio, resorbitione aut exhalatione compensatur; in his tantum per venas & absorbentia vasa resumuntur, quantum per arterias fuit allatum, & in vivo homine, per membranas clausi receptaculi, aliquid transpirare posse, nihil impedit, bilis per suas membranas penetrat, & vicinas partes tingit.

*Species glandularum:* commodè distingui possunt aut ratione fabricæ, aut ratione succi contenti:

Classes sunt quatuor *ratione fabricæ*: 1. glandulæ simplices; 2. e simplicibus compositæ; 3. conglobatæ; 4. conglomeratæ.

*Species ratione succi contenti*, sunt glandulæ; 1. mucipare; 2. sebaceæ; 3. lymphaticæ; 4. salivales; 5. lacrymales.

I. *Glandula simplicissima* est, quæ radici linguae affidet, figura rotunda, velamentum tenui, duplex, lingue carni insidet crypta rubra, pulposa, tuberculosa, cavea in oris cavernam hiat, hinc mucum confundit proprio tempore.

*Glandulæ simplices*, sunt folliculi exigui, cavi, membrana speciali cincti, ductu excretorio instruti; ut sunt glandulæ muciparae narium, lingue, fauicium, asperæ arteriæ, ventriculi, intestinorum, vesicæ urinariæ, vel glandulæ sebaceæ circa anum, in meatus auditorio.

Hæ glandulæ, aut hinc inde dispersæ sunt; aut mutuo sibi adhærent, sic tamen ut membranâ communâ cinctæ non sint, quævis ductum proprium habeant, & cum alio ductu non uniatur; priores vocantur glandulæ simplices solitariæ, posteriores glandulæ aggregate vel congregatae, tales sunt glandulæ intestinorum Peyerianæ, &c.

Huc spectant glandulæ, quæ præter membranam propriam

propriam & alteri communi sunt inclusæ & quarum quævis per ductum, specialem liquorem suum in cævum mucosum exonerant: tales sunt *conglutinatæ*, v. g. tonsillæ.

Est ubi glandula quandoque manifesta, ductus autem obscurus, qualis in cervice uteri muliebris.

His contraria etiam sunt in quibus ductus manifestus, glandula obscura est, uti in narium mucosis foraminibus.

Pars membranacea folliculi major est, & portio carneæ partis cui folliculus insidet aut minor aut nulla, ut tota crypta nunc continua, præter ostiolum excretorium, membrana perficiuntur, figura ejus est circularis vel ovalis: sedes in cellulosa tela. Involutum cryptæ in fauibus & aspera arteria firmum, per intestina tencrius est. Crypta pressa, guttula humoris per ostiolum excretorium effunditur eo osculo major: hic pertinent glandulæ buccales, labiales, epiglottideæ, pharyngeæ, œsophageæ, palati mollis, veli palati, asperæ arteriæ, ventriculi, intestinorum solitariae, &c.

*Glandulæ simplices* separant a sanguine, mucum oleum, sebum, &c.

II. *Glandulæ compositæ* ex simplicibus: simplices cryptæ in maiores coalescunt, alias vicini numerosi folliculi, in communi involucro in aliquem ejus recessum, multis cryptis patentem, mucum suum depositum, alias in unum communem canalem excretoriū confluunt.

*Sinus mucosæ* sunt cylindricæ, mucosæ fistulæ, membranaceæ, communi receptaculo mucum suum immitunt, aperiuntur in vias urinarias, aereas, cibarias, &c., aut in unam lacunam coalescunt.

*Glandulæ Haversianæ* in articulationibus, in acetabulo femoris, in fovea capitis femoris, patella, in poplite, in ligamento decussato, ligamento transverso fibulam tibiamque conjungente, &c.

III. *Glandulæ congregatæ*, vel *lymphaticæ*, sunt corpora oblonga, vel orbicularia, diversæ molis, densioris contextus, juxta venarum & arteriarum latea sita.

Est glandula rotunda, ovalis, per se subsistens simplex, sine ductu excretorio, vas lymphaticum recipit ac rursum emittit. Sed de his dictum fuit in lymphaticorum historia; ad quam partem tam arcta pertinent ut non debeant separari.

IV. *Glandulæ conglomeratæ* superficies est inequalis, conficiuntur ex plurimis glandulis simplicibus, quorum ductus excretorii in truncum communem abcuti multis arteriis, venis, nervisque sunt refertæ, tunica communi cellulosa involvuntur; ut parotides, mammae, &c. ad viscera nota referri non possunt.

Sunt glandulæ aliquæ, quarum ductus excretorii nondum sunt detecti, ut glandulæ thyroidæ, glandulæ supra renales, &c.

*Vasa* glandularum semper ex partibus vicinis.

*Nervi* ex proximis ramis.

Omnis *secretiones* sunt ex sanguine, secundum ejus velocitates in glandulis & vaſculis.

Omnis glandula notabilis magnitudinis, quatuor ad minimum *vasa* diversæ speciei recipiunt, nempe arterias, venas, nervos, & ductum excretorium: in multis accedunt *vasa lymphatica*.

Glandulæ differunt inter se ratione figuræ, magnitudinis, coloris, consistentiæ, officii, &c.

Glandulæ in obstructionibus sœpe ad stupendam excrescent molem.

Quædam glandulæ ita sunt exiguae, ut vix earum corpus sit observabile, multo iuvius *vasa*, utpote ipsi glandulis multo minores.

Præsentia ductus excretorii communis facit, ut glandularum aut viscerum usus innoteſcat, sit vero ignotus, ubi nullus ejusmodi ductus occurrit.

Quantam copiam excernere possint nondum patet, sed valde magna potest esse quantitas.

In salivatione sœpe vidimus, quod ægri intra nocthemerum sputarint per plures dies ac septimanas, libras octo salivæ; ac omnes hæ glandulæ non ponderant quatuor uncias.

Multæ partes quondam glandulosæ reputatae, a recentioribus hodie tales esse negantur.

Nullæ glandulæ sunt in cortice cerebri.

*Species* in ratione contentorum sunt:

1. *Glandulæ muciparæ*, sunt glandulæ narium, linguæ, fauicium, asperæ arteriæ, ventriculi, intestinorum, &c. sunt simplices, consciuntur ex cryptis & finibus, naribus insident.

*Nasus* habet duo foramina, quæ *nares* appellantur, in hisce multi sinus ampla superficie prædicti in *nares* patentes. *Nares* & sinus membrana tenera vestiuntur, quæ vocatur Schneideriana ab inventore, vel *pituitaria* ab humore quo perpetuo madescit. Est cellulosa per quam nervi & *vasa* perreptant, adsunt etiam cryptæ innumeræ, aliique sinuli oblongi: ab arteriolis tenuissimis humor profunditur, qui dum intra cryptas sinulosque moram facit, resorbta tenuiori parte in mucum crassescit.

Præcipua sedes muci est in septo nasi & membrana quæ *nares* investit.

2. *Glandulæ sebaceæ*; late per omnem cutem sunt dispersæ, quæ sebum separant: glandulæ Meibomii inter palpebrarum tunicas e peculiaribus folliculis humorem lymphaticum & viscidum seccnunt ad oculos illiniendos: hinc etiam sunt lemæ angulum præfertim oculi interiorem obſidentes. Ad initium meatus auditorii glandulæ sedent sebacei generis cerumen seccnentes. Collum penis etiam sebaceis instratum est, sic etiam sphincter ani, in pedibus etiam inveniuntur, in inguinibus, clunibus, scapulis, alis, cervice, femoribus, in auricularum parte convexa, naso, &c.

3. *Glandulæ lymphaticæ* in mesenterio, lumbis inguinibus, axillis, cervice, &c. mutant chylum & lympham.

4. *Glandulæ salivales*, sunt parotides, maxillares, sublinguales, & præparant salivam, quæ est humor aqueus pellucidus a tenuissimis partim arteriolis ſparatus,

paratus, pars crassior ac mucosa suppeditatur ab innumeris folliculis seu cryptis per oris cavitatem dispersis etiam in linguae dorso locatis, denique partem aliam glandulae salivales prebent.

5. *Glandulae lacrymales*: lacrymæ sunt humor subsalsus, limpidus, secernuntur ab extremis arteriis in adnatae superficie hiantibus; tum a glandula etiam separantur conglomerata in angulo oculi exteriore & superiore cujus nomen *glandula lacrymalis*; haec glandula ab acribus irritatæ ubiorem lacrymarum copiam fundunt.

In animi pathematibus, ut mœrore, gaudio, &c. saepè lacrymæ uberrime fluunt.

*Usus glandularum* est, liquorum aliquem ab aliqua communi massa separare aut mutare.

Communis haec massa humorum, ubique fere est sanguis; secundum ejus velocitates in glandulis fiunt secretiones.

Non autem omnis secretio fit in glandulis solis, sed etiam per vaseula minima arteriis continuata.

*Secretio* ea est corporis actio, qua liquidum ab alio disjungitur ac segregatur, necessarium circuli sanguinis consequens, pendens a solidorum ac liquidorum contextu, natura, vi, & qualitate.

Ipsi glandularum fabricæ falso tribuitur secretio, quæ solis perficitur arteriolis.

In variis partibus secretiones fiunt, ubi nullum vestigium glandularum apparet.

*Usus primarius* quasi glandularum secretoriarum videtur, fulcire ac sustinere vasa sanguifera, in suis innumeris plicis, flexuris, cincinnis, acinis, retibus, convolutionibus, anfractibus, angustiis, finibus, ex quibus arteriæ minutissimæ, evomunt partes secerendas, in orientes poros & tubulos, quorum plures confluunt in ductus excretorios majores; horumque omnium firmitas & conexio, pendet a tela cellulosa plus, minus, tenera vel stipata.

A sanguinis massa in corporis humani variis locis humores valde diversi continue secedunt vel seernuntur.

Separatus liquor vocatur *secretio*; si hic liquor in cavum aliquod effunditur aut protinus dejicitur, haec functio vocatur *excrecio*, & organa excretoria foras mandant quod fuit secretum.

Quomodo autem specialiter fiat secretio haec tam multivaria humorum valde obserum est; anatomico non docet has operationes.

Ex organorum differentia insignis diversitas humorum oritur; liquida secreta sunt:

1. *Aquosa*: hue pertinent, perspirabile, sudor, lacryma, saliva, lympha pancreatis, urina, &c.

2. *Mucosa*: ut mucus propriæ sic dictus, qui totum tubum oblinuit intestinorum, nares, asperam arteriam, sias urinæ, seminis, caveasque alias peculiares.

3. *Gelatinoza*: quæ in coagulum abeunt, ut serum, lympha.

4. *Oleosa*: ut pinguedo, medulla ossium, sebum, sibilis, cerumen.

5. *Anomala seu composita*, ut lac, quod constat ex aqua, oleo, & coagulabili; articulationum humor habet lymphaticas, oleosas, aquosasque partes.

Proprius humor in glandulosis visceribus, ut cerebro, hepate, renibus, testibus, quorum organorum ab aliis similibus diversa structura, novos ubique li-quores producit, variosque.

In secretione locum etiam habet, *attratio electiva* partium, quæ quandam convenientiam inter se habent. Sic perspiratio at sudor, cum urina & liquoris intestinalis secretione magis convenientiunt, quam cum aliis: in his secretiones criticæ facilius fiunt.

*Attratio* particularum similium multum potest in liquoribus commixtis antea motu, qui in quiete item se separant sic aqueæ partieulæ colligunt aqueas; ad olcosas confluunt olcosæ, ad mueosas mueosæ eouent.

Charta oleo ebria, oleosas quidem partes transire sinit non autem facile aquosas—In butyri fabrica oleosum concurrit cum oleoso, & massam butyraceam efficit separata aqua.

Willisius finxit & introduxit doctrinam fermentorum ad quod autem probandum nulla experimenta adducta sunt, ergo ad hypotheses vanas ablegamus.

Nullus aer in rerum natura exstat, nullum salis genus, quod subito de sanguinis parte urinam aut conficere possit, aut ea celeritate separare, qua in homine fecedit.

Omnia fermenta, ut alia corpora in suam naturam mutant: tempore egent, & aëre, & amplis rafis, & tardissimo motu aut plena quiete.

Sedcs morborum ex variis humoribus saepè cognoscitur & dijudicatur.

Doctrina secretionis pendet, 1. ex arteriarum varietate; 2. fluidorum indole; 3. organorum fabrica; 4. secretorum differentia; 5. in motu intestino, qui & resolutiones & novas mixtiones produceit; hic motus intestinus agit active vel passive.

*Glandulae simplices* separant a sanguine mueum, oleum, sebum.

*Glandulae congregatae* mutant sua contenta præparantque ad nutritionem, aliosque fines.

*Glandulae conglomeratae* seernunt aquam, gelatinam, lac.

*Viseera* generant aquam, lac, oleosum humorem.

*Arteriae* deponunt aquam, mucum, gelatinam, oleum omnis generis.

*Secretiones naturales seu species humorum*, qui seernuntur in corpore sano sunt: adeps, aquæ cavitatum abdominis, cerebri, pericardii, ventriculi, bilis, cerumen, chylus, excretiones, & effluvia omnis generis: fæces; lac; lacrymæ; latex nerveus; liquor amnii; lochia; lympha; medulla ossium; menses; mueus gastricus, intestinorum, marium, pulmonium; perspiratio; pinguedo; plethora; pulmonum exhalationes, scrotus, sputa, saliva; sanguis; sebum subcutaneum nympharum, vaginæ, penis, semen masculinum ac fœminarum; spiritus animales;

les; sputum oris; succus atrabiliarius, pancreaticus, gastricus, intestinalis, nervorum, nutritius; sudores, vapores abdominalis, &c.; synovia; urina.

*Secretiones morboſae*: achores; anthraces; aqua cardialgica; arenæ; ascites; atheromata, blenna; bubes; calculi; cancri; crustæ, eruptiones omnis

generis, favi, fluor albus, fungi, gonorrhœæ, herpetes, hydrops, ichores, meliceris, obesitas, œdemata, sanies, farcomata, tineæ, ulcera, &c. Hisce addendi humores arthritici, rheumatici, scorbutici, venerei, &c.

Specialem autem horum considerationem suo loco & tempore proponemus.

## CONSPECTUS GLANDULARUM IN SPECIE.

### Glandulæ in cavo cranii.

#### Nomen & sedes.

1. *Glandulæ duræ matris*: ad simum longitudinalem superiorem.

2. *Glandulæ plexus choroidei*: in cerebri ventriculis.

3. *Glandula pituitaria*: in cavo sellæ tunicae ubi infundibulum.

4. *Glandula pinealis*: inter tubercula quadrigemina cerebri.

#### Habitus.

Ovales, albæ, rubicundæ.

#### Fundio.

Uſus ignoratur.

Sunt qui adesse negant, alii affirmant.

Non est glandula sed pars ipsius cerebri.

Glandula non est, sed protuberantia medullaris.

De uſu non conſtat.

De uſu nondum patet.

Uſus incertus eſt. Cartesius ſedem animæ eſſe finxit.

### Glandulæ oculorum.

Ductus excretorii in margine tarſorum hiant.

Sex ductus excretorios habent, prope tarſum hiant in facie interna tunicae adnatæ.

Sunt parvæ febaccæ, oriuntur ex illis pili exigui.

Succum edunt ſebaceum, mollem, limpidum.

Effundunt lacrymas, liquorem aqueum, limpidum, evaporabilem, pro irrigatione oculi.

Subviscidum ſuccum ſecernunt: pili arcent pulverem & ſordes ab oculis.

### Glandulæ narium.

Parvæ ſunt.

Mucum parant.

### Glandulæ aurium.

Sunt parvæ, flavicantes.

Cerumen producunt.

### Glandulæ oris.

Omnes exigui ductus confluunt in ductum ſalivalem Stenonianum, qui ascendit ſupra muſculum mafſeterem; dein perforat buccinatorem & circa dentem molarem ſecondum & tertium in os hiat.

Ductus excretorius transit inter muſculos ſublinguales vocaturque ductus Whartonianus.

Duæ ſunt conglomcratae oblongæ, anguſtæ, duclibus quindecim vel viginti in linguae partibus lateribus aperiuntur in os.

Sunt exiguae, ſimplices, quaedam hærent inter muſculum mafſeterem & buccinatorem.

Magnam copiam ſalivæ parant, & intra cavitatem oris eam effundunt. Saliva eſt aqueus humor a tenuiſſimiſ arteriolis ſeparatus, ob moram in ore, ac muci admixtione fit viscidusculus.

Hæ glandulæ ſalivam præbent, & in os evomunt ex lateribus frænuli ſublingualis.

Ductus earum excretorius plerumque cum ductu Whartoniano unitur, ſubinde ſolus in latere linguae hiat, ſalivamque emittit.

Salivam etiam eruunt in os, ſub masticatione alimentorum.

5. Glandulæ

Glandulæ membranæ pituitariæ: circa ſeptum narium.

Glandulæ ceruminosæ: in meatus auditorio extero.

1. Parotides duæ ſunt magnæ conglomcratae ſub aure inter proceſsum maſtoideum & angulum maxillæ inferioris: anterius ad m. maſſeterem; ſuperius ad proceſsum zygomaticum uſque productæ.

2. Glandulæ maxillares, duæ conglomcratae: in angulo interno maxillæ inferioris.

3. Glandulæ ſublinguales: ſub lingua inter maxillam inferiorcm & linguam muſculo mylohyoideo iuincunt.

4. Glandulæ buccales ſeu generales: ſedent circa orificium ductus Stenonianii.

*Nomen & sedes.*

5. *Glandulæ labiales*: in facie interna labiorum.  
6. *Glandulæ molares*: inter masseterem & buccinatorem.

Tunica oris & faucium est continua membranæ pituitariæ narium.  
1. *Glandulæ palatinæ*: per totum palatum sparsæ.  
2. *Glandulæ uvulæ*:  
3. *Tonsillæ seu amygdalæ*: in velo pendulo.  
4. *Glandulæ linguales*:

1. *Glandula thyroidea*: in collo anterius; superius cornubus binis latera eartilaginis thyroideæ, inferiorius cartilaginem ericoidem, una cum parte superiori asperæ arteriæ obtegit.  
2. *Glandulæ jugulares*: circa venas jugulares externas sitæ.  
3. *Glandulæ cervicæ seu occipitales*: in cervice & collo.  
4. *Glandulæ laryngeæ*: in membrana internæ rimæ glottidis.  
5. *Glandulæ pharyngeæ & oesophageæ*.

1. *Glandula thymus*: anterius in eavo mediastino infra partem superiorem sterni, nullus adhuc ductus excretorius inventus.  
2. *Glandulæ bronchiales*: sitæ in asperæ arteriæ bifurcatione.  
3. *Glandulæ dorsales oesophagi*: in regione vertebræ dorsi quartæ aut quintæ.  
4. *Glandulæ mammariae*: in tunica adiposa mammarum.

1. *Pancreas*: in regione epigastrica sub ventriculo.  
2. *Glandulæ gastrice*: ad orificium ventriculi dextrum.  
3. *Glandulæ intestinales*: ubique per intestina sparsæ inter tunicam villosam & nerveam.

*Habitus.*

Parvæ sunt.

Sunt glandulæ salivales composite; in utroque latere una.

*Glandulæ faecum.*

In membrana hæ plurimæ glandulæ mucosæ adsunt.

Parvæ sunt ac copiosæ.

Copiosæ sunt.

Duæ sunt muciparæ, una in } quovis latere veli.

Hiant in foramen cæcum.

*Glandulæ colli, externæ & interne.*

Magna est, duplexque. Ductum est an ad elassem eonglobatarum vel conglobatarum referenda. Ductus excretorius nondum detectus.

Sunt quatuordecim ad viginti quatuor ex conglobatarum genere.

Sunt eonglobatae, sæpe in serophulosis tument.

Simplices sunt glandulæ muciferæ.

In tunicis pharyngis & oesophagi.

*Glandulæ thoracis.*

Mollis & rarer texturæ: in foetu maxima est, suco albido aquoso referta, in adultis parva, dura, sensimque evanescit.

Sunt subcœruleæ aut nigricantes, ductus trachæam perforant.

In faecie postica, externa oesophagi sparsæ sunt.

Multæ & parvæ sunt: ductus candieantes finiuntur in mammrum papillis.

*Glandulæ abdominis.*

Vide plura in Splanchnologia.

Exiguæ, simplices.

Sunt simplices, tum solitariæ, hinc inde repositæ, tum congestæ: priores vocantur Brunnerianæ, posteriores Peyerianæ.

*Functio.*

Humorem salivæ similem seernunt.

Ad dentem molarem ultimum, ductus apricitur salivam vehens.

Sub eompressione alimentorum & masticatione salivam eructant.

Salivam parant.

Mucilaginosum liquidum per parvos ductus suos edunt.

Multæ & muciparæ sunt.

Continet liquidum aquosum subviscidum.

De usu non consentiunt physiologi, sed adsunt plura vasa lymphatica.

Usus perinde est ac reliquarum glandularum lymphaticarum.

Idem usus ut præcedentium.

Secernunt mucilaginosum liquidum.

Secretio uti priorum..

Non constat de usu.

Succum nigricantem in asperam arteriam deponunt.

Obliniunt muco membranam oesophagi.

In fœminis lac seernunt.

Vidc plura in Splanchnologia.

Succum salivæ similem in duodenum exonerat.

Ductus excretorii in ventriculum hiant.

Mueum secernunt in intestina, eaque lubrieant: maxima copia adest in intestino ilico.

*Nomen & sedes.*

4. *Glandulæ mesentericæ*: inter laminas mesenterii, multæ, molles, conglobatæ.

5. *Glandulæ cysticæ*: sub tunica intima cystidis felleæ.

*Habitus.*

Inseruntur his vasa lymphatica ex partibus inferioribus corporis orientia, vasaque lactea.

Parvæ, obscuræ, fuscæ, simplices.

*Usus.*

Glandulæ veræ lymphaticæ sunt in quibus chylus diluitur & mutatur.

Mucum mittunt in cystidis cavum.

*Glandulæ extra cavum peritonei.*

1. *Glandulæ supra renales*, seu atrabiliæ.

2. *Glandulæ lumbares*: circa receptaculum chyli.

3. *Glandulæ sacrales*.

4. *Glandulæ iliacæ*: ad exortum vasorum pelvis.

Vocantur etiam renes succentriati

Sunt parvæ, conglobatæ.

Adhaerent osi sacro.

Parvæ, conglobatæ, lymphaticæ.

Vide in Splanchnologia.

Inserviunt vasis lymphaticis inferioribus.

Ut supra.

Excipiunt vasa lymphatica extremitatum inferiorum.

*Glandulæ partium genitalium virilium.*

1. *Glandula prostatæ*: sub collo vesicæ urinariæ, anterius urethræ, posterius intestino recto incumbit. Urethram ad bulbum undique ambit, eique ac vesice unitur.

2. *Glandulæ retro bulbum* duæ: ex utroque latere una hærens.

3. *Glandulæ mucosæ urethræ*: sub interna tunica urethræ.

4. *Glandulæ odoriferæ penis*: circa collum & coronam glandis.

Est valde compacta, firmaque: ductus excretorii decim vel duodecim in caput gallinaginis hiant.

Sunt sat magnæ, conglomeratae. In urethram aperiuntur ductus.

Plurimæ & exiguæ sunt, ductus hiant in urethram.

Sunt exiguæ, sebaceæ, simplices.

Liquidum album viscosum in urethram mittunt. Usus non bene constat. In fœminis hæc glandula non adest.

Succum secretum in urethram effundunt.

Excernunt succum pro defensione: membranæ internæ ab acrimonia.

Undtuosum speciali odore donatum secernunt.

*Glandulæ partium genitalium muliebrium.*

1. *Glandulæ odoriferæ labiorum & nympharum*:

2. *Glandulæ odoriferæ clitoridis*.

3. *Glandulæ muciparæ urethræ*.

4. *Glandulæ vaginalæ*: sub intima tunica vaginalæ uteri.

Sunt sebaceæ.

Hærent in basi clitoridis.

Per urethram sunt sparsæ.

Muciparæ, per totam vuginam.

Secernunt liquidum speciali odore præditum.

Secretio uti priorum.

Præparant liquidum ad lubricationem urethræ.

Mueum lubricantem deponunt.

*Glandulæ extremitatum.*

Sunt ex classe conglobatarum lymphaticarum.

Sunt lymphaticæ conglobatae.

Sunt molles, dicuntur etiam glandulæ Haverfianæ.

Sunt minimæ, sebaceæ: ductus excretorii cutim perforant, in epidermidem hiant.

Recipiunt lymphatica vasa a brachio, mainisque redeuntia.

Excipiunt lymphatica penis & extremitatum.

Secernunt liquidum lubricans articulationes.

Epidermidem cutis mollem conservant, liquido suo lubricante.

1. *Glandulæ axillares*: in fovea axillari prope vasa magna axillaria.

2. *Glandulæ inguinales*: in parte inferiori inguinum.

3. *Glandulæ mucilaginosæ syновiales*: in articulationibus ossium.

4. *Glandulæ cutaneæ*: sub cute sitæ; sunt copiosiores circa nasum, aures, scrotum, &c. quam in aliis locis.

## N E V R O L O G I A.

*Nevrologia* est vox græca composita; latine redditur, *doctrina de nervis*.

Nevrologia describit fabricas, origines, situs, distributiones, fines, ususque nervorum.

Sub nomine *nervorum* antiqui intelligebant:

1. *Ligamenta*, ossa mutuo colligantia.
2. *Tendines*, & universas *aponeuroses* musculorum.
3. *Nervorum* genus quod nunc speciatim nomine *nervorum* notum est: organa nempe longa, teretia, calvariam & dorsi vertebrae elabentia, sensus motusque in corpore instrumenta\*.

Græci a functione, unicum instrumentum, duobus neminibus nuncuparunt, *νεῦζον*, a *νευζεύν*, & *τρόν*, a *τρίνεύν*; quod videlicet musculi, nervorum potissimum opere & nutrione & tendere valeant.

Hoc studium semper maximi habitum fuit momenti, ad cognitionem œconomiae corporis humani: a nervis enim pendet omnis motus, *sensus*, *nutritio*, *vita* ipsa, vires etiam mentis, *perceptionis*, *memoria*, *judicium*, *ratiocinatio*.

Nervorum indagatio speculationes plures utilioresque meditanti offert, quam ullarum in corpore humano partium theoria.

Hinc permultarum actionum passionumque in corpore animato evcnire solitarum, quæ alias difficillimæ ac inexplicabiles videntur, veræ rationes erui possunt.

Nec minus ex anatome nervorum, abditæ morborum & symptomatum causæ, quæ vulgo sagarum præstigiis adscribuntur aut aliis rebus incognitis, explicare datur, multam hinc inde felici praxi accedere nemo negabit, quia indicat ubi & quæ remedia sint applicanda in nervorum morbis.

Omnia sane quæ sentiuntur, videntur, audiuntur, tanguntur, gustantur, ac odorantur, fiunt mediantibus nervis, sine his nulli conceptus in homine dantur; sed quorum rationes dare adæquatas, est supra intellectum humanum.

Pauca hucusdum certa constant, de abscondita vi & energia nervorum nexuque mentis cum corpore; anatome, microscopia, omniaque alia auxilia nos deserunt in indagatione minimorum, nec ulla ratio humana detegere vel comprehendere potest miracula hæc naturæ; tardos admodum progressus hucusque hæc scientia fecit.

Ubique obvia est vis potestasque nervorum in cor-

\* Νεῦρο μὲν, τὰ μὲν ἀπ' ἐγκεφάλου καὶ νωκιάσιου πρακτικὰ καὶ αἰσθητικὰ καὶ προαισθετικὰ, καὶ τονοί τὰ δὲ περὶ τὸ ἄφθρα συνδετικά· αἱ δὲ παχεῖαι ἐν τῷ οὐρών ἐκφύσεις, καὶ τὰ εἰς τὴν πτέραν ἐν τῷ μυῶς ἐκφύσεις, τίνοντες. id est, Nervi a cerebro spinæque medulla prodeentes activi, sensorii, electivi atque toni: qui circa artus sunt, copulativi dicuntur; crassæ autem ex occipitio propagines, quæque ad caleem e museulo, naseentes feruntur, tendines vocantur. Rufus Ephesiensis de partibus hominis.

pus, quotidie experitur effectus milliesque, sed nondum est inventa causa vera rerum, nec agendi modus.

Perquam ardua est tractatio de natura nervorum id quod omnes fatentur eruditii, qui tentarunt explicare corum functiones operationesque; insuperabiles difficultates & summæ tenebræ ubique obversantur investigantibus. Si quis nolit nobis nostras difficultates fatentibus, auscultare, nervorum is scribat historiam, ipse. Vita brevis est, brevior vita anatomicis, quam fere mors abrumptit, aut aliud vitæ genus interpellit, aut ecce alia civilis vitæ officia turbant.

In studio nevrologico post centum annorum in adeo numerosis theatris conjunctos labores, vix quicquam digne & plene innotuit praeter quinti & septimi paris historiam, quam McKelius dedit: oculi nervos Zinnianos: intercostalis sympathici magni Neubaueri: & Monroi observationes de nervorum strætura & functionibus in hominibus ac piscibus.

Temporibus Hippocratis ac Aristotelis, cognitio nervorum fuit valde exigua, ut ex eorum monumentis constat: ligamenta, tendines, ac nervos non satis distinxerunt, hæc omnia nervos appellabant, venas etiam ac arterias indigitabant hoc nomine.

Hippocrates, floruit anno 430 ante Christum natum, obiit ætatis suæ 90; secundum alios 104 vel 109.

Aristoteles, Alexandro præceptor fuit datus anno 342 ante æram Christianam, obiit anno 322.

Herophilus vixit Alexandriæ anno 324 ante æram Christianam. Scripta ejus perierunt: primus fuit qui de partibus corporis humani ad archetypa scriptit; distincta nomina rebus imposuit.

Quantus vir fuerit Galenus sic effatur: Herophilus reliquam medicinam perfecte callebat, sed in anatomica disciplina ad summum apicem pervenerat: hujus tam præclaræ eruditionis potissimum partem, non in bestiis, ut plerique alii, sed in ipsorum hominum corporibus sibi acquisiverat.

Nomina dedit intestino duodeno, calamo scriptorio, venæ arteriosæ & arteriæ venosæ, tunicis oculi retinæ & arachnoidi, torculari pluribusque aliis.

Sed antea omnia de nervis & cerebro curatius dispexit.

Distinxit nervos in sensorios, motuque voluntario servientes, quos a cerebro & medulla spinali prodeentes videmus, a copulativis, qui circa artus sunt, quæque nos ligamenta vocamus, & tendines ex musculorum finibus coalitos, quæ singula veteres uno nomine nervi confundebant.

Vidit etiam vasa lactea, seu chylifera, & descriptis sub nomine venarum, undiquaque per mesenterium dispersarum, quæ non ad hepatis transiunt, sed ad certa corpora glandulosa terminantur.

Sciomogiam locupletavit pulsuum doctrina.

Vires motrices nervis, arteriis, & musculis adscripsit.

Ad morbos imprimis facere vitium humidorum.

Contra morbos, medicamentis pugnare docuit, cum superiores medici diaetae potissimum sibi essent. Rei herbariae valde deditus fuit.

Multos habuit sectatores.

*Erasistratus* magni nominis anatomicus ex primis qui corpora humana secuerunt: priori fuit coetaneus ac aemulus: circa annum 294 ante aeram Christianam degebat in aula Seleuci, magnam gratiam init servato Antiocho, qui tacito amoris igne consumebatur, cuius morbum non minus dextre quam prudenter detexit, & indicavit patri, qui unus medicinam facere poterat.

Nervos ex medullari substantia cerebri produci, primus admisit & docuit.

Fueritne una cum Herophilo & industriam junxit, an vero priori successerit, nemo forte hodie certissime dixerit, ejus scripta interciderunt; sed Galenus aliqua ejus dogmata transmisit. In corde observavit originem esse vasorum sanguineorum, vidit membranas tricuspidales & sigmoideas ope quarum fiat receptio & expulsio sanguinis, verum autem usum non potuit capere.

Pulcherrimum ejus inventum, cuius Herophilum fuisse conscientum supra dictum est, fucrunt vasa lactea in mesenterio caprarum ante mastationem probe pastarum. Arterias illas esse putavit; alio tempore aere, alio autem lacte repletas, usum ignorabat.

*Rufus Ephesius*, qui vixit circa annum 98 aeræ Christianæ in libro de partibus hominis, sequentia habet ex Herophilo verba: Εν δὲ τῷ κρανίῳ ενείσιν ὁ εγκέφαλος· τῶτον δὲ καλύπτοισιν αἱ μένιγγες, ἡ μὲν παχυτερὰ καὶ ἔωμαλετέρα πρὸς τῷ οσῷ· ἡ δὲ λεπτότερά καὶ εὐρωσος μεν, ἀλλ’ ἥσσωι, ἡ πρὸς τῷ εἰκεφάλῳ. τὸ δὲ ἄνωθεν τῷ εἰκεφάλῳ κιρσοειδές· το δὲ κατώθεν, καὶ ὅπισσα, βάσις· ἡ δὲ απὸ τῆς βάσεος ἔκφυσις, παρεγκεφαλίς, αἱ δὲ κοιλότητες, κοιλίαι εἰκεφάλῳ· ὁ δὲ καλύπτων τας κοιλίας ενδοθεν χιτῶν χροσοειδης. Ηροφίλος δὲ καὶ μήνιγγα χροσεῖδη καλεῖ. τα δὲ απὸ τῷ εἰκεφάλῳ βλαστηματα, νευρα αισθητικὰ καὶ προαισθητικὰ, δι ὃν αἰσθησις καὶ προαισθετικὴ κίνησις, καὶ πᾶσα σώματος πρᾶξις συντελεῖται· τύτων δὲ τῷ νευρῳ ἔντα καὶ απὸ τῇ νωτιαίς μυιλῇ πεφυκε, καὶ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τύτων id est, Intra calvariam cerebrum continetur: id membranæ circumvolvunt, altera crassior, robustiorque ossi propior; tenuior altera & firma sed priore minus, quæ cerebrum contingit. Summa cerebri pars varicosa appellatur: inferior atque posterior basis: a basi oriens processus *parencephalis* græce, latine *cerebellum*. Ipsius cavernæ, cerebri ventriculi; ventriculos interius obvolvens tunica choroides cognominiatur. Germina a cerebro enascentia, nervi sensorii electoriique sunt, per quos sensus & voluntaria motio sit, omnisque corporis actio persicitur: horum autem nervorum quidam, a spinali medulla & ex ipsam cingente membrana expullulant.

*Claudius Galenus* in suis operibus, omnium priorum saeculorum inventa in unam redegit collectiōnem; natus fuit anno Christi 131, sub imperatore Hadriano, obiit circa annum 210, ætatis 79: multa correxit, dilucide stabilivit, ac explanavit; est princeps autor ex quo posteriores, per multa secula, sua hauserunt omnia.

Galenus separavit tendines ex musculis, a veris nervis: novit internam nervorum substantiam esse medullarem, & externam membranaccam, a pia & dura matre productam. Ejus divisio nervorum in molles & duros quoque fundata est in anatome, sed erravit in usu assignato.

Nervos tenuissimis fibris constare dixit: nervos ad principium formare trunco crassos, qui decurrentes alegend ramos & extenuantur. Quia unusquisque nervulus seu fibra nervea subtilissima est, hæc in decursu per totum corpus facile lœdi posset, propterea eas esse colligatas in trunco & involucris membranaceis munitas, ut ita tute ad partes conduceantur.

Nervos inservire sensui, motui & nutritioni.

A ligatis aut abscissis nervis sensum & motum in partibus perire.

Galenus certe Magnus fuit philosophus ac restaurator medicinæ, scriptor copiosus; non omnia ejus opera ad nos venerunt; plures editiones operum prodierunt variis in locis: Basileæ, anno 1561, græce, in 3 vol. fol. cum Gesneri præfatione; latine, Venetiis 1609, cum copioso indice, in 5 vol. folio; quæ est octava Juntarum editio. Græco-latina editio prostat, curante Charterio, Parisis 1639, in 13 volum. in folio: in ea editione continentur Hippocratis aliorumque veterum medicorum opera.

Hæ sunt principes ejus operum editiones; numerus autem omnium quæ prodierunt in aliis locis, linguisque, sic & turba interpretum ac commentatorum omnem fidem superat.

Maximam famam obtinuit quæ per plura secula duravit, eloquens & sagax erat, ut videre adhuc est ex libro de administratione anatomica & de usu partium corporis humani, ex quo libro non possum omittere sequentem sententiam excerpere, quo pateat ejus animi propensitas.

De usu partium corporis humani, lib. iii. cap. 10.

Εγώ τε δημιαργησαντος ἡμας ὑμον ἀληθιὸν συντίθημι, καὶ ιορίζω τε τεῖναι τὴν ὄντως ἐνσέειαν. ἀλλὶ εἰ ταῦτα εἰκατόμβας ἀντε παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρια μῆδα θυμιάσαιμι καὶ κασίας, αλλ’ εἰ γρούν μὲν ἀντὸς πρῶτος, ἐπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμιν, οἵος μὲν ἐσι τὴν σοφίαν, οἵος δὲ τὴν δυναμιν, οποῖος δὲ τὴν χρησότητα. τὸ μὲν γὰρ ιθέλειν κοσμεῖν ἀπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κοσμον, καὶ μηδεὶς φθορεῖν τὸν ἀγαθὸν, οὐτ’ τελεωτάτης χρησότητος ἐγώ δειγμα τίθεμαι, καὶ ταῦτη μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμίν ὑμεισθν. το δ’ ὡς ἂν μάλιστα κοσμηθείην, πῶν ἐξενεγέν ἄκρας σοφίας. τὸ δὲ καὶ δρᾶσαι παν θ’ ὅσα προειλετο δυνάμεις ἀπτίτε. i. e. Conditoris nostri verum hymnum compono: existimique

moque in hoc veram esse pietatem, non si taurorum hecatombas ei plurimas sacrificaverim & casias, alia que sexcenta odoramenta ac unguenta suffumigaverim; sed si noverim ipsa primus, deinde & aliis exposuerim, quænam sit ipsius sapientia, quæ virtus, quæ bonitas. Quod non cultu convenienter exornare omnia, nihilque suis beneficiis privatum esse voluerit, id perfectissimæ bonitatis specimen esse statuo, & haec quidem ratione ejus bonitas hymnis nobis est celebranda: hoc autem invenisse, quo pacto omnia potissimum adornarentur, summa sapientia est: effecisse autem omnino, quæ voluit, virtutis est invictæ ac insuperabilis.

Post Galenum anatome diu inculta jacuit, donec ab Italibz iterum colli cœpit, quorum primi fuerunt *Jacobus Berengarius*, eirea annum 1522, & *Nicolaus Massa*, circa 1530, qui tamen simpliciter Galeni vestigia presserunt.

*Oribasius* exaravit compendium anatomiae Galeni, in quo non pauca quæ in operibus Galeni desiderantur, bono descripta sunt ordine: in capite de nervorum distributione seribit: Οὐδὲν τῶν τε ζών μορίων, οὔτε κίνησιν ἢν προαιρετικὴν ὄνομάζεσθαι, οὔτε αἰσθησιν ἔχει χωρὶς νένερον. καὶ εἰ διατυπθεῖν τὸ νένερον, ακινητὸν τε καὶ αναισθητὸν εὐθεῶς γνωνεται το μόριον. ἀρχὴ δὲ τῶν νένερων ἐστιν ὁ ἐγκέφαλος, ὃσπερ καὶ τὰ νητιστικά μνεῖα. id est: Nulla est animantium particula, quæ aut motum, quem voluntarium voeant aut sensum habere sine nervis queat; sique nervus præeditatur, particula & motu & sensu statim privatur—Cerebrum vero est nervorum, quemadmodum etiam spinalis medullæ, principium, &c.

*Andreas Vesalius* contra Galenum acriter insurrexit, multos ejus errores detexit, pluraque melius constituit. Natus fuit 1514; obiit 1564.

A *Bartholomeo Eustachio* accuratissimas, tam originis quam decursus nervorum tabulas habemus, quæ a *Lancisio* repertæ & editæ fuerunt, Romæ 1714. Dein a *Bernardo Siegfried Albino* cum explanationibus ornatæ iterum impressæ sunt, Lugd. Batavorum 1744.

*Antonius a Leeuwenhoek* invenit microscopiis suis quod tam cerebrum quam medulla spinalis & nervi ipsi constent ex meris vaseulis, humori alicui perviis, vasculorum horum parietes esse valde crassos, respectu suæ exiguae cavitatis: hæc vaseula quanquam in cerebro & medulla spinali diversam directionem habent, in nervis tamen eorundem directionem sequi; esse quemlibet talem vasculorum fasciculum circumdatum membrana propria, cui adhuc superstrata sit cellulosa, in qua interdum arteriolas & venulas decurrente vident, & pinguedinem continent.

*Thomas Willis* etiam bene meruit de nervis; obiit 1675. Dixit, nervos oriri a medullari caudice, qui sit via lata communis & regia spirituum animalium: nervos autem esse semitas particulares, quaquaversum in corporis partes protensas, &c. Deoem paria ner-

vorum constituit: sed deeimum ejus pars, nunc ad cervieales nervos numeratur & primum cervicale vocatur.

*Systematis nervosi* sub nomine comprehendit partes universas, a quibus spiritu animali dotatis, *motus* & *sensus*, seilicet aut alter tantum aut simul utrique in toto corpore peragendi, necessario ac immediate dependent.

Spiritus animales procreari solummodo in *cerebro* & *cerebello* & deferri in *nervos* eosque impleri. Hi spiritus in nervis contenti exundantes, fibras dispersas ubique in membranis, museulis aliisque partibus, subeunt, sieque *vim motivam* & *sensibilem* impertint: atque hi spiritus cujusque partis *in situ* dieuntur, qui non in perpetuo sint fluxu, sed aliquanto stabiliores. & magis constantes in corporibus suis diutius commorantur: atque solum pro data occasione, seilicet juxta *impressions interius* a nervis acceptas, aut *externius* ab objectis infictas, in rationes diversimodas, pro motu aut sensione hujus aut illius modi aut generis efficiendis ordinantur.

Præter *nervos* ipsos, etiam *fibræ*, membranis, carni musculosæ, parenchymatis, aliisque partibus, *sparsum*, intertextæ ac in tendinibus *unitæ*, *motus* & *sensus* organa sunt. Quin imo facultatum istarum actus, *fibræ* principalius ac immediatus quam *nervi* exequuntur; nimirum illæ musculum aliasque partes motivas contrahendo: motum ipsum efficiunt: *nervi* tantum *motus* istius obeundi *instinctum* ἐγκέφαλῳ deferunt.

*Nervorum* ductus non uti arteriæ & venæ perforati existunt; nam illorum compages non modo stylo cuivis impervia est, sed microscopii applicatio cavitatem, nullam his adesse confirmat.

*Nervi* ipsi per totum, poris & meatibus, quasi totidem alveolis densissime excavatis & invicem contiguis, instruuntur: ita eorum substantia instar cannæ indieæ, ubique porosa ac pervia est.

*Nervos* omnes ad partes aut membra quævis particularia destinatos *disiuncte* & *seorsim* oriri atque ita in toto illorum ductu permanere, supponit. Quod autem saepe nervus unus quasi truncus apparet, postea in plurimos ramos abire videatur, ideo est, quia rami isti, revera toto tractu singulares & divisi, in unam, quasi fasciam colliguntur; nam aliquoties ramos istos in unumque nervi funem coalesceere visos, divisione usque ad originem facta ab invicem separavit; neque enim aliter motuum obeundorum *instinctus*, ita respective ad has vel illas partes seorsim ab aliis, ad quas ejusdem trunci rami pertingunt, deferrri poterint.

*Raymundus Vieusseus* edidit nevraphiam suam elegantem, Lugduni 1684 in folio, ipse obiit 1715.

*J. B. Winslow* optimas dedit descriptiones, obiit 1760, Parisis. Quemlibet peculiarem funieulum nerveum considerari posse, ccu vas membranaceum, cuius cavitas ab innumeris septis membranaceis longitudinalibus.

gitudinalibus atque filis medullaribus inter hæc septa ab una extrenitate ad alteram usque tendentibus repleta sit.

*Alexander Monro sen.* egregiam dedit descriptionem ortus nervorum, ac decursus; pro liquido nervo est, & ultima nervorum filamenta excavata esse instar canaliculorum, conjicit.

*Robertus Whytt*, bona habet de nervorum functionibus ac affectionibus, non quidem de interna strutura laboravit.

*Albertus de Haller*, pereruditus vir collegit, quæ antea eum fuerunt inventa, & docuit nervos constare intus, ex medulla encephali aut medulla spinali ei continuata. Hanc medullam ope piæ matris ligari in funiculos, ex quibus etiam minimi nervi constent. Hos funiculos in plerisque nervis apparere cylindricos aut complanatos, rectos sibi, parallelos & *nusquam ramosos*, si a gangliis recesseris, sed ab ipsa medulla spinali aut ipso cerebro usque ad finem distinctos ut non plures in fine sint, quam in principio.

Nervos irritabiles non esse, nec elasticos; dissecti enim nervi quoad longitudinem se non retrahunt, tamen comprimunt medullam extruduntque.

Contra nervorum soliditatem inclinat in tubulosam strukturam, quæ liquidum nerveum vehi revrehique possit: quare quæ Leeuwenhoek se vidisse credidit, apud Hallerum pondus habere videntur.

Vis nervosa non eget continuitate cum cerebro.

*Fredericus Mekelius*, elegantes nervi quinti paris cerebri & nervorum faciei icones dedit.

*Job. Gotfr. Zinn*, dicit duram matrem nervos ambientem, in duas findi laminas postquam per foramina ossea cranii exivit: externa quarum reflexa continuatur cum pericranio: interna autem comitatur aliquantis per nervum & tum in cellulosa degenerat.

*Petrus Moscati*, inquirendo maceratione in tendinis strukturam invenit, magnum discrimen esse inter cellulosa telam & verum nervum: cellulosa contabescit in aqua & dissolvitur, nervus autem immutatus manet.

*Pater de la Torre*, per lentes invcnit substantiam corticalem & medullarem cerebri cerebellique, etiam medullam oblongatam, spinalem, ac nerveam, nihil aliud esse quam congeriem infinitorum globulorum transparentium in fluido aliquo satis pellucido natantium.

Globulos illos maximos esse in cerebro, minores in cerebello, minores adhuc in medulla oblongata & minimos in medulla nervorum.

Globuli illi quanquam in cerebro, cerebello, medulla oblongata ac spinali promiscue positi reperiantur, tamen in substantia nervorum esse in lineas rectas magnis dispositis & fila imitari, &c.

*G. Prochaska*, monet nervos *ramoso* & inter se concatenato incessu per corpus distribui; globulos cerebrales cohærcere, maceratione a se invicem non discedere: videntur globuli non moveri a cerebro, sed

manere perpetuo in suo loco, cohærcere cum vicinis tela cellulari tenuissima, ab eaque etiam nutrita.

Comparando globulos medullares cum globulis sanguinis, autumat illorum ad hos rationem esse ut unum ad octo, ita ut globulus ruber sanguinis facile osties & plurics globulum medullare superaret.

*Alexander Monro, jun.* edidit Edinburgi 1783, observations on the structure and functions of the nervous system, in folio, cum 55 tabulis.

Desribit communicationes inter quatuor ventriculos cerebri, concluditque cavitatem esse unicam.

Lymphatica vasa videntur in cerebro, aure, oculo squatinæ, anglice *skate-fish*, non dubitat quin adsint in homine.

Conjicit glandulam pituitariam esse ex classe lymphaticarum.

Infundibulum esse tubulum cavum.

Nervos vim nervosam non habere a cerebro, nec cerebrum recipere vim a nervis, vimque, seu principium vitale, inesse in nervis ipsis, a sua propria pia matre ejusque vasibus, sine necessitate continuitatis cum cerebro.

Nervi ex spinali medulla exeunt, duram matrem penetrant diversis foraminibus.

Posteriores fasciculi nervorum soli habent ganglia sibi peculia; anteriores fasciculi eo carent.

Pia mater semper comitatur nervum ad fines usque.

Omnis nervus in progressu & in fine habet strukturam & energiam similem illi, quæ est in cerebro.

Fibræ in plexibus ita intermixtæ sunt, ut fibra egrediens recipiat fibrillas ex omnibus fibris ingredientibus; si duo nervi concurrunt in direccione opposita rami qui inde emituntur, constant fibrillis ex ambobus nervis.

Tuberositates in nervis observat, hinc apparere autumat nervos non consistere ex rectis longitudinalibus parallelis fibris: ex his plicis concludere fas esse, nervos consistere in materia semipellucida, in qua materia quædam alba fibrosa sit disposita in lineis transversis serpentinis.


Invenit, chordas contiguas, ex quibus nervus constat, formare plexus in toto decursu suo: sic ut chorda quæque in sua extremitate constet fibrillis derivatis ab omnibus chordis, quæ originem formarunt nervi; ad explicandum consensum partium corporis hoc inventum egregie servire.

Fibrillæ nerveæ in gangliis non evanescunt, sed possunt prosequi ab introitu in ganglion, per totam ejus substantiam, usque ad exitum in opposito latere.

Huic libro successit aliud opus 1785, on the structure and physiology of fishes compared with those of man and other animals, illustrated with figures.

Nervos piscium describit, olfactarios, auditorios, &c.





T A B U L A XXIV. *Basis Cranii.*

- A. *Tentorium cerebelli*: pars quæ ad processus clinoides anteriores usque venit, hie demolita est.
- B. *Sinus longitudinalis* duræ matris: finis posterior bifurcatus; lamina interior ac duplicita duræ meningis, quæ processum falcatum, processus duos laterales & falcem cerebelli format, cavitates peculiares habet, quæ *sinus* vocantur.  
Coniunctio quatuor majorum sinuum *torecular* *Herophili* dicitur; sinus *longitudinalis* ad finem plerumque continuus est cum altero sinu in processu transverso dextro; cui ab opposito latere alter sinus adjungitur ad sinistrum pertinens processum transversum hi sunt dicti *laterales*. In eundem locum in quo sinus *longitudinalis* in lateralem dextram quasi mutatur, aperitur sinus alter processus cerebelli, qui *occipitalis* vocatur, tum alter qui ab anterioribus cerebri partibus in eundem locum concurrit, venosæ prorsus indolis diciturque sinus *quartus*, &c.
- C. *Sinus quartus* bifurcatus & erure uno in dextrum transversum insertus, altero in sinistrum, hoc tamen rarissimum est.
- D. *Falx cerebri* reliquiæ.
- E. *Venæ magnæ tentorii*.
- F. *Venæ cerebri* insertæ transversis sinubus in ipso tentorio cerebelli perpetuæ.
- G. *Ostium sinus occipitalis posterioris*.
- H. *Sinus occipitales posteriores*, dexter & sinister.
- I. *Falx cerebelli*, duobus cerebelli lobis interjicitur.
- K. *Sinus transversi magni* seu *laterales duo*.
- L. *Fossæ jugulares*: in has fossas præter sinus transversos, petrosos & occipitales solent inseri venæ vertebrales per peculiarem meatum offis occipitis, sinui magno jugulari immissæ, tum venæ aliquæ a dura matre occipitali & non raro mastoidea.
- M. *Sinus petrosi inferiores*: duo his fossis inserti.
- N. *Sinus petrosi superiores*: duo, in utroque latere juxta radicem offis petrosi, ascendunt, inseruntur receptaculis & fossis jugularibus.
- O. *Vena cerebelli* his sinubus inserta.
- P. *Sinus occipitales anteriores, inferiores*.
- Q. *Emissarium* cum nervo noni paris excuns.  
*Emissaria* sunt vene minores, quæ per aliqua cranii foramina, sinus inter duræ inembranæ & venas capitis externas mediae intercedunt. Sunt *ophthalmica* vena, *mastoidea*, *vertebralis*.
- R. *Sinus occipitalis anterior & superior*: perpetuus.
- S. *Ejus cum cavernosis receptaculis & sinu circulare* anastomosis.
- T. *Ostium petrosi superioris* in cavernosum.
- V. *Receptacula* sive *sinus cavernosi*: ad latus sellæ equinæ.
- X. *Sinus transversalis sellæ equinæ*.
- Y. *Sinus circularis* Ridleyi.
- Z. *Venæ cerebri* anteriores, insertæ cavernosis.
- a. *Arteria duræ matris* præcipua.
- b. *Vena ejusdem comes*.
- d. *Arteriæ carotides* in receptaculo, finesque refecti, ubi cerebrum subeunt.
- e. *Arteriola* in receptaculo ad nervos quinti paris.
- f. *Arteriæ ophthalmicæ* origo ex carotide.
- g. *Processus clinoides* posteriores angulosi.
- h. *Crista galli*. i. *Sinus frontales*.
- k. *Nervus quinti* paris duram matrem subeuns.
- l. *Ejus ramus tertius*. m. *Ramus secundus*.
- n. *Ramus primus*, f. *ophthalmicus*.
- o. *Nervus quarti* paris.
- p. *Nervus tertii* paris truncus.
- q. *Septimum nervi* quinti paris a sexto.
- r. *Nervus sexti* paris.
- s. *Origo nervi intercostalis*.
- t. *Septimi* paris ingressus in duram matrem.
- u. *Otavi* paris primæ radices.
- x. *Secunda radix otavi* paris. y. *Nervus nonus*.
- z. *Foramen medullæ spinalis*.
- In oculo dextro: postquam orbitæ lacunar & magna pars offis malæ demolita est.*
1. *Arteria ophthalmica*.
2. *Ejus ramus exterior* sive *lacrymalis*, comes nervi.
3. *Surculus interior*, qui nares petit.
4. *Rami* ad *scleroticam*, aliqui uveam adeunt.
5. *Reliquiae* musculorum levatorum palpebræ & oculi.
6. *Finis levatoris* palpebræ.
7. *Glandula lacrymalis*. 8. *Nervus opticus*.
- 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, uti in altero oculo.
- In oculo sinistro.*
9. *Trochlea*. 10. *Musculus patheticus*.
11. *Musculus levator oculi*.
12. *Musculus oculi internus*.
13. *Abductor* refectus.
14. *Ramus tertii* paris ad levatores oculi & palpebræ.
15. *Truncus reliquius*.
16. *Ramus* ad obliquum inferiorem, extimus.
17. *Ramus* ad rectum inferiorem, medium.
18. *Ramus* ad rectum internum, intimus.
19. *Ramus* ad ganglion ophthalmicum.
20. *Ramus* primi rami quinti paris ramus superior.
21. *Ejusdem surculus exterior*. 22. *Et interior*.
23. *Primi rami* quinti paris ramus exterior.
24. *Ramuli* ad faciem excentes per foramina malæ.
25. *Ramuli* ad glandulam lacrymalem.
26. *Primi rami* quinti paris ramus inferior.
27. *Ejusdem surculus* ad ganglion.
28. *Ramulus* ad nares.
29. *Trunculus* antrorum erepens.
30. *Ganglion ophthalmicum*. 31. *Nervuli ciliares*.
31. 7 & 8. uti in dextro oculo.

T A B U L A XXV. *Basis Cerebri.*

**Basis cerebri** ab anterioribus adspacta, lobo postico paulum reclinato, ut fissura Sylvii pateat & repulso paulum cerebro, ut ima sedes ventriculi sinistri conspicatur.

**A A. Lobi posteriores cerebri.**

**B B. Lobi anteriores cerebri.**

**C C. Fossa Sylvii**: quæ ad usque bivium ventriculi anterioris ascendit.

**D D. Cerebellum.**

**E. Medullæ spinalis principium.**

**F F. Corpora pyramidalia**: in principio medullæ oblongatae sunt quatuor eminentia corpora; quorum interiores & tumidiores colliculi, deorsum in mucronem diminuti *pyramidalia corpora* vocantur.

**G G. Corpora olivaria**: duo sunt colliculi exteiiores, breviores, medullares, cinereis striis mixtæ, obtusæ, corpora olivaria a figura dicta, quæ facile a suis nidiis possunt erui.

**H H. Pons Varolii**: inscriptus non transversis solum sed varie se decussantibus sulcis, quos arteriæ videntur efficere: est corpus convexum in superficie superiori medullæ oblongatae: cum crura cerebelli, se cruribus cerebri subjiciant, sit inde quasi arcus duobus fluvii coalescentibus impositus, quem pontem dicunt, & Varolio tribuant; alii vocant protuberantiam annularem.

**Pars plexus choroidei**: in ventriculis anterioribus, vasorum plexus occurunt, in funiculum quasi contorti ope membranæ, quæ meningis piæ propago est, dicuntur plexus choroidei: figura est triangularis, planus, & instar veli expansus, plurimis pectus arteriolis. Verum & alii magis compositi plexus continuantur, ex parte convoluti, teretes, dexter & sinistri, demumque conjunguntur. Pia mater convoluta irrepit, in ventriculi lateralis utruse cornu inferius. In ea sede cranii plexus in basin cerebri propullulat, liber, impositus nervo nascenti optico, solaque pia membrana velatus continuatur ad usque thalamorum finem anteriorem & posteriorem septi lucidi terminum.

**I I. Eminentiae mammillares**, seu quadrigeminæ.

**K K. Pars crurum cerebri**: crura cerebri sunt duæ columnæ medullares, quæ ex basi cerebri oriuntur & terminantur in pontem Varolii.

**L L. Nervi optici priusquam convenerunt.**

**M. Eorum conjunctio.**

**N N. Nervi optici separati.**

**O. Pars piæ matris subiecta ventriculo tertio.**

**P. Infundibuli sedes.**

**P. Corporis callofi pars anterior**. Falce abscissa a crista galli, diducendoque hemisphæria, venit in conspectum portio longitudinalis, alba, convexa, quod vocatur *corpus callosum*.

**Z. Pars lobi anterioris cerebri perpendicularis**, objecta comparata.

**R R. Nervi olfactori**: pia mater intercessit, ne recte duplex hujus nervi origo exprimeretur, brevior a lobo anteriori cerebri prope pedunculi principium & longior ab intervallo duorum loborum anterioris & posterioris abit ad nares.

**S S. Nervi tertii paris**, oculorum *motorium*: in sex ramos dividitur; 1. ad musculum elevatorem palpebræ; 2. ad superbum; 3. humilem; 4. bibitorium; 5. ad obliquum inferiorem; 6. ad tunicas oculi: ab imis cruribus cerebri prodit, migrat ad oculi orbitam.

**T T. Nervi quarti paris**, seu *pathetici*: minimi sunt.

**V V. Nervi quinti**, par *divisum*: hoc par omnium grandissimum est; discedit in ramum, 1. ophthalmicum; 2. maxillarem superiorem; 3. maxillarem inferiorem, dein *infra orbitales*, *temporales*, *palatinos*, *nasales*, *pterygoideos*, dentales, linguaes, auriculares, &c.

**X X. Nervi sexti**: *abducens* par.

**Y Y. Nervi duri**, mollesque vel *acusticum* par *septimum*, duobus nervis fit, quorum indoles diversa est; *mollis* ad organon auditus; *durus*, facit ramos *faciales*; secundus *auriculares*.

**Z Z. Nervi octavi**, seu par *vagum*.

**a a. Nervi noni**, seu *linguale* par.

**b b. Radices anteriores nervi primi cervicis**: par *decimum*, vel *cervicale*; a Willisio constitutum, rectius dicitur nervus *primus cervicis*; habet omnino duplices radices, anteriores & posteriores, confluunt in ganglion, arcumque facit, cum vicino nervo secundo cervicis, nervo intercostali ramum suppeditat, & infra occiput exit de medulla spinali.

**c c. Arteriæ vertebræ.**

**d. Arteria cerebelli inferior dextra.**

**e. Ramus ad faciem inferiorem cerebelli.**

**f f. Arteriæ spinæ anticae.**

**g. Earum primus arcus.**

**h. Arteria cerebelli inferior sinistra.**

**i i. Rami arteriæ basilaris ad pontem Varolii.**

**k k. Rami ejusdem ad cerebellum.**

**λ λ. Ramus auditorii nervi comitis.**

**μ μ. Ramus nervi quinti.**

**ν ν. Arteriæ superiores cerebelli.**

**π π. Arteria cervicalis aut basilaris dicta.**

**σ σ. Arteriæ cerebri profundæ a cervicalibus natæ.**

**τ τ. Ramus inde ad plexum choroidem.**

**υ υ. Rami ad eminentias mammillares & ventriculi tertii fundum.**

**φ φ. Arteriæ communicantes, sive circulus Willisii.**

**ψ ψ. Trunci carotidum internarum.**


**ω ω. Earum rami anteriores.**

**Α Α. Eorum anastomosis & ramus inde ad ventriculum tertium euns.**

**Γ Γ. Rami posteriores carotidum.**

**Δ Δ. Ramus inde ad plexum choroideum.**


T A B U L A




Schola et historia Medicinae a Gul Rouley.

Rouley. 16





TABVLA XXVI.



T A B U L A XXVI. *Plexus Cerebri.*

Remota maxima parte cerebri, tum anterioris tum posterioris, ad finem usque ventriculi tricornis posteriorem, donec nudum & integrum conspicatur velum injectum thalamis opticis.

**A A A.** *Medulla cerebri:* de hac fusius infra.

**B.** *Pars cerebelli:* in universum duo similes & æquales cerebelli lobi sunt, quo<sup>s</sup> falx a dura membrana nata, non profunde bipertit. Eos porro lobos, obscure sulci aliquanto profundiores, in tres nonnunquam lobulos dividunt, quorum sulci non perinde inclinati & magis horizonti paralleli sunt, qui posteriores; alii plures processus fecerunt.

**C.** *Vermis.*

**D.** *Corpus callosum.*

**E E.** *Arteriae ejus corporis resectæ.*

**F.** *Pars cerebri anterioris media inter corpora striata, confuse expressa.*

**G G.** *Corpora striata:* obscurius picta sunt, cum tota cortice fiant. Sunt eminentiæ duæ longiores, cineritæ, in basi ventriculi anterioris elevatæ; nomen hoc sortiuntur, cum facies externa striis multis longitudinalibus, sub rotundis albis notata sit; componuntur externe corticali, interne medullari cerebri substantia. Simil unitæ concurrunt ad formationem crurum cerebri.

**H H.** *Thalami nervorum opticorum.*

**I I.** *Geminum centrum semicirculare, sive limbus corporis striati Willisi:* alba stria, quæ venam ejus corporis subjectam contra id ipsum corpus adprimit; cæterum ad uncias fere longitudinem descendit in ventriculi cornu anterius, ibique sub & retro corpus striatum, multis fibris finitur in cerebri substantiam. Anterior finis varius est, una crassa fibra forniciis cruri anteriori continuatur, alia vero parte ante id crus in partem cerebri corpori calloso subjectam evanescit, alia denique in faciem posteriorem commissuræ crassioris nervi æmulæ, quæ crassior hoc Vicusseniano centro est & majori parte a medulla cerebri thalamo anteriori nascit.

**K K.** *Crura forniciis posteriora in seipsa reflexa.*

Inferior quam callosum corpus & anterius multo brevior & gracilior, cæterum parallelus in universum alter medullaris arcus est, quem peculiariter fornicem solent vocare.

Ejus media basis simplex, uti callosi corporis, incubit interiori convexo jugo, tamen ut velum a pia matre intercedat colliculorum medullarium, qui thalami dicuntur opticorum nervorum.

Anterius & posterius in duo crura discedit.

Anteriora retro commissuram cerebri anteriorem, sub thalamis nervorum opticorum in crurum cerebri medullam eunt.

Posteriora forniciis crura exteriori sed minori non perpetua parte in hippocampus se immittunt.

**L L.** *Plexus choroides:* non expressi (quod oportebat, hic vero fieri non potuit) uti plexus isti dilatentur in principio descensus ventriculi, ut totum pedem hippocampi protegant, atque in thalamis angustiores fiant; neque directionem exprimere licuit, uterque plexus accedit primo ad fornicem, inde apice suo ab eo recedit, ut apex dextri plexus sinistrum non attingat, verum uterque medio plexu atque venis inde adventientibus insignis conjugatur.

**M.** *Glandulae aliquæ in dura matre tentorii, a Hallero primo inventæ.*

**NNN.** *Origo veli, seu plexus, choroideis interpositi, a pia matre lobi posterioris cerebri.*

**O.** *Finis ejus veli anterior, in ipsis eos choroideos plexus.*

**P.** *Glandula pinealis:* huic medio plexui subjecta, obscure apparet. Est eminentia parva, conoidea, cincritii coloris, insidens eminentiæ quadrigeminæ: basi cum medulla cerebri jungitur.

Post ventriculum tertium cerebri & superius sunt quatuor eminentiæ, nates & testes dictæ, hisce insidet glandula pinealis multiplici vasorum serie supcrius obtecta, quæ vasa cum choroideis plexibus continua sunt.

**Q.** *Venæ magnæ Galeni truncus dexter:* Galenus non venam solum, sed ejus divisionem vidit, magnamque venam dixit, cuius divisionem conarium impletat, declivem etiam circa conarium esse monuit.

**R.** *Truncus ejusdem semper adest.*

**S S.** *Rami arteriæ superioris cerebelli, per id viscus sparsi.*

**T.** *Surculus ejus arteriæ ad plexum interjectum choroideis.*

**V.** *Alter ejusmodi surculus.*

**X X.** *Arteriæ a cerebrali profunda ad cum plexum.*

**Y Y.** *Ejusdem plexus rami anteriores, exeunt in corpora striata, obit in hac figura cornu ventriculi posterioris expressum, quod incerta longitudine breviter & iterum ad duas uncias longum repertum, quod ita videtur, a pede hippocampi oriri, ut tamen fossa quadam ab co pede separetur. Solet autem hoc tuber ovale esse, utcunque tamen unico fine introrsum flexi.*

## T A B U L A XXVII.

## Arteriae Cerebri.

Plexu medio remoto, nudati thalami & majori parte cerebri resecta, cerebellum etiam patens sifit. Pondus partium ventriculum anteriorem continentium eos utrinque recedere coegerit, ut ipse ventriculus, qui rima est nunc insigniter pateat.

A A. *Cerebrum*: ejus medulla a sanguine diffusam arteriolarum flavescent videtur, quando vero eae guttulae absterguntur, alba apparet.

B B. *Cerebellum*: processus a cerebello ad medullam spinalem quatuor sunt; similes in universum & pariter convergentes columnae medullares, a cruribus cerebelli deossum tendunt, in medullae spinalis principium, atque se ultimis fibibus contingunt.

Exterius modice de medulla eminent, nisi sine suo, qui ad clavae modum intumescent, corpora aliqua olivaria aemulatur.

Ad eorum processuum interna latera ali, sed obscuriores tumores nonnunquam eminent, subrubelli & corticeae naturae.

C. Pars corporis callosi: strias in corpore calloso transversas posterius evidentes facile est videre, verum etiam in ejus interiori medulla lineae ejusmodi apparent.

D D. Corpora striata extus cinerea.

E E. *Geminum centrum semicirculare*, seu *tenia semicircularis*.

F F. Thalami nervorum opticorum, qua pertinent ad ventriculos superiores,

G G. & qua spectant ventriculum tertium. Eorum facies superior, exterior partim alba est, partim cinerea. Ad ventriculum tertium primo convexi spectant & fornicem recipiunt imponitum, deinde rectis faciebus quasi resectis se contingunt & frequenter coalesceunt.

H H. *Linea alba*: orditur commissuram posteriorem, & inscritur gemino centro semicirculari.

I. *Commissura posterior cerebri*: proxime ante transversam trabeculam fibrosam medullarem unientem thalamos, tum inferius ab imo thalamo dextro in sinistrum super sulcum imo ventriculo tertio continuatum, in transversum ducitur funiculus medullaris, teres, valensque quasi ad pontis morem.

Sub ea *commissura*, declivis & ante eminentiam natibus insculptam testibusque, incile descendit, quod sub ea eminentia in quartum ventriculum aperitur: valvula claudi nequit, & flatus facile viam legit. *Aquæductum* anatomici neque incepit dixerunt, sed dudum ante *Sylvium* innotuerat.

K K. Crura anteriora fornicis resecta.

L. *Commissura anterior cerebri*: anteriori termino ventriculi hic medullosus robustus, fibrosus funiculus prætenditur, qui medullam cerebri dextram cum sinistra, ante thalamos opticorum

nervorum unit & ante fornicis crura anteriora. In eam commissuram fibram albam, quæ per thalamos occurrit & geminum centrum & fornicis crura filamenta aliqua alba dat.

M. *Testes*: in eminentiis quadrigeminis, quatuor sunt colliculi, par inferior minus & planius vocatur *testes*, quorum exterior facies alba, sphærule dividæ sunt, extrorsum in gracilem caudam producitur.

N. *Nates*: superior par collicularum, proprius conario a veteribus *nates* dictæ; his colliculis velum imponitur.

O. *Glandula pinealis*.

P. *Linea transversa alba* quarto ventriculo imposta.

Q. Pars medullæ oblongatae, quæ ventriculi quarti partes est.

R. *Calamus scriptorius*.

S. *Lineæ albæ*, a quibus nervus mollis nascitur: earum lincarum alia superior, una aut plurimæ ad processum a cerebello ad nates ivit, altera nervum molle genit.

T. *Plexus choroideus quartus*.

V V. Pars crurum cerebri.

X X. Processus a cerebello ad nates.

Y Y. Arteria cerebri profunda a vertebralibus nata.

Z Z. Rami ad processus posteriores cerebri resecti.

a. Ramus inde ad plexum medium & thalamos, primus, externus.

b. Ramus secundus ad testem & eum plexum.

c c. Ramus tertius ad eum plexum.

d. Ramus arteriæ superioris cerebelli ad nates & testes euntis.

e. Nervus quartus sinister simplici radice natus.

f. Nervus quartus dexter radice duplice oriens.

g g. Rami ab arteria superiori cerebelli ad id viscus.

h. Arteriæ cerebelli superioris propago profundior sinistra.

i. Arteria ad nates testesque a superiori cerebelli parte.

k. Ramus ab ea ad quartum ventriculum.

l. Ramus major ad nates, testes, glandulam pinealem & quartum ventriculum.

m. Alius ejus ramus ad nates testesque.

n. Anastomosis rami a. & l.

x. Ramus ab arteria cerebelli profundiori truncus ad nates & testes.

a a. Truncus arteriæ ejus dexter.

b b. Ramus aliis ad nates testesque.


o o. Arteriæ ad plexum choroideum, a cerebelli arteria inferiori natæ.


p. Arteriæ ab anterioribus carotidibus ad cerebri profunda, ante commissuram anteriorem surgentes.


q. & retro eam commissuram adscendentis.

r. Arbuscula ritæ.


TABVLA XXVII.







TABVLAXVIII.



## T A B U L A XXVIII.

## De Medulla Spinali.

Figura I. exhibet infantis cerebellum perpendiculariter in duas partes sectum, quartum ventriculum & medullam spinalem, a sua facie posteriore visam, una cum suis nervis.

a. Glandula pinealis.

b b. Corpora quadrigemina.

c c. Quartum par nervorum cerebri.

d d d. Cerebellum perpendiculariter dissectum, ut quartus ventriculus appareat.

e e e e e. Duæ facies sectionis perpendicularis cerebelli, in quibus utrinque appetat substantia medullaris in ramos dispersa, quæ arbor vitæ appellatur.

Ex hac arbore medullaris substantia, quasi ex ramis in truncum collecta ascendit, ut patet, ad corpora quadrigemina & dicitur valvula magna cerebri, seu pedunculus cerebri superior.

Potissimum vero medullæ cerebelli pars ad pedunculos anteriores, seu pontem Varolii, & pedunculos inferiores, seu corpora pyramidalia postica, medullæ oblongatae tendit, quod tamen in hoc situ depingi non potuit.

f f. Quartus ventriculus, qui nihil aliud est, quam scrobs quædam faciei posteriori corporum pyramidalium posticorum medullæ oblongatae insculpta.

Hæc duo corpora in quarto ventriculo ab invicem separantur per sulcum perpendicularem, ad eius latera descendunt, perpendiculares eminentiae duæ, a quibus lateraliter aliae extorsumque procedunt, & demum ad latera corporum pyramidalium flexæ, antrorum ad originem portionis sic dictæ mollis nervi acutici concurrunt.

Super has ultimas eminentias solent medullares candieantes quasi fibræ decurrere, a quibus proprio originem portionis mollis nervorum auditorium, saltem pro parte, deducunt aliqui anatomici.

Sed illæ lineæ non semper adsunt, ergo dubitatur eas ad nervum mollem minime essentiales esse.

h h. Octavum par nervorum cerebri cum suis nervis accessoriis & a medulla spinali recurrentibus.

i. Ligamentum piæ matris.

k. Appendix medullæ spinalis intra caudam equinam intercepta.

Medullæ spinalis facies posterior cum triginta paribus nervorum spinalium per se patent.

Neque obscurum est quemvis spinalcm nervum duplice radice anteriore una & altera posteriore, quarum quælibet pluribus funiculis

nerveis componitur, oriri; & radices illas a primo cervicalium pari continuo longitudine inerefcere donec ultimorum sacralium longissimæ sint.

Etiam cernuntur ganglia singulorum nervorum spinalium in quæ non utraque radix anterior & posterior, confluunt, sed sola posterior ganglion transit, anterior vero ei insalutato per solam cellulosam annexa deprehenditur.

Patet quomodo magnitudo gangliorum spinalium se habeat, quippe minima sunt in primo pari cervicalium, iude sensim augmentur, usque ad cervicale ultimum & dorsale primum; per dorsum iterum minuuntur magnitudine & in lumbaribus deinceps increseunt usque ad primum sacrale, donec ultimum sacrale æque parvum ac primum cervicale evadat.

Radicies nervorum sacralium vel maxime sunt extra situm naturalem extorsum versus positæ, ut clarius conspicerentur.

Figura II. repræsentat unum nervorum sacralium una cum suo ganglio, ut clare ob oculos ponatur, quænam ejus radix ganglion transeat.

a. Radix cuiusdam nervi sacralis posterior.

b. Ganglion, per quod sola prior radix nervi transit.

c. Radix anterior a ganglio plane separata, utpote quæ sola tantum cellulositate illi adhæserat.

Figura III. est quartus ventriculus ex homine adulto, una cum principio medullæ spinalis.

a b. a b. Corporum pyramidalium posticorum facies posteriores, ubi exsculptus est ventriculus quartus:

c c. Sulcus perpendicularis, qui priora duo corpora in quarto ventriculo separat.

d d. Eminentiae perpendicularares juxta sulcum positæ.

e e. ————— transversales, quæ plus minusve observabiles ad originem portionis mollis nervi acutici tendunt.

f f. Striae albæ medullares, quæ quoque ad portionem mollem tendunt, sed non semper, & interdum plane desiderantur.

g g. Hic loci Ill. Haller indicat corpora olivaria postica, quibus simile hic nihil reperitur.

h h. Octavum par nervorum cerebri.

i i. Nervi recurrentes spinales & ad octavum par accessoriis.

k k. Radices anteriores primi paris cervicalium.

l l. Radices posteriores, quarum sinistra cum recurrente spinali hic communicat.

m m. Radices posteriores secundi paris.

n n. Radices posteriores tertii paris cervicalium, quæ non ex ramosis, sed ex cylindricis funiculis nerveis constant.

o o. Arteriae vertebrales duram matrem, quæ medullam spinalcm investit, perforantes.

## DE CEREBRO.

*Caput* est suprema pars corporis humani, quæ multo plura miracula naturæ continet, quam aliæ partes quæcunque.

In externa facie, sedes est diversorum organorum, valde compositorum.

*Cerebrum* possum est in interna cavitate, unicum quidem organum, sed quod meretur nomen, *Organum Organorum*, estque causa omnium motuum, in cœconomia animalium, tam grandiorum quam minimorum.

Cerebri mechanismus nondum bene cognitus est, nec struetura ejus satis patet, ad causas explicandas illorum mirabilium effectuum, qui ubique & perpetuo ab hac machina produntur, atque merito percellunt maxima admiratione, animos omnium sapientium naturæ curiosorum philosophorumque.

Ardua certe hæc est tractatio, nemo adhuc dedit rationes adæquatas, structuræ, fabricæ, figuræ, molles, formæ, operandi modorum, effectuum, relationum inter partes omnes, consensus, & nexus inter corpus & animam hujusque in omnes corporis partes, imperii vim quæ exeritur, mediante voluntate ac efficit omnes motus & actiones; in tenebris etiam latet, quomodo fiant sensationes, visus, auditus, gustus, olfactus, tactus; perceptio item, memoria, judiciumque.

In cerebri & nervorum tractatione consideranda veniunt:

1. *Integumenta* tria: dura mater, membrana arachnoidea, & pia meninx.
2. *Cerebrum* propriæ sic dictum, seu magnum.
3. *Cerebellum*, seu cerebrum minus, & medulla oblongata.
4. *Medulla spinalis*.
5. *Nervorum cerebralium paria novem*.
6. ————— *vertebralium paria triginta*.
7. ————— *horum ganglia & propagines*.
8. *Arteriæ, carotides & vertebrales*.
9. *Venæ*, seu *sinus venosi*, viginti duo.

1. *Integumenta*: sunt meninx, seu mater dura, arachnoidca, & pia membrana.

*Meninx*, græce, aut *Mater*, latinis, dicebatur experimentum, quo alia corpora defenduntur, aut quod a dura matre ut a pia, veteres persuadcentur omnes corporis humani reliquias membranas gigni. Ante plerasque corporis partes, caput & dura membrana reperitur.

*Dura membrana cerebri* per omnia foramina cranii prodit, in orbitam, cum nervis, cum periosteo capitis, & vertebrarum continuatur, & ad omnia periosteum corporis producit, serie non interrupta.

*Meningis* nomen, omnibus membranis erat olim commune; a nuperioribus, ad cerebri involucra solum, adhibetur.

*Dura* vocatur, quia firmior & robustior est pia meninge vel tenui membrana, cerebrum immedieate investienti.

Antonius Pacchionus, Georgius Baglivius, alijque clari viri, duram membranam dixerunt esse irritablem & contractilem, museorum ad instar, que cerebrum possit comprimere, adductis etiam experimentis suis, ornarunt hanc doctrinam.

Hos refutat Ill. Hallerus, suis aliorumque experimentis, innixus, ostenditque eam membranam, undique fortiter adhaerere ossibus crani tam arcet, ut nulla cum specie veri, motus ullus ei tribui possit, immobili crano accuratissime nexa, solum vi digitorum, neque modica illa, separari potest in statu fano.

Docet porro duram membranam non esse irritabilem, quia fibræ ejus albæ sint, de genere illo tendinoso, a quo vis irritabilis abest.

Hominis duram matrem, nudatam ac irritatam, ferro aut acri veneno, aut igne ipso, neque moveri, neque contrahi, animal neque plangere, aut convelli, aut ullum signum edere molestiæ, quara patiatur.

Pacchionus autem ipse, tandem retractavit, quæ scripserat, vim pulsificam, quam Baglivius finxerat, duræ membranæ non inesse, confessus est; demumque fatetur, se in vivo animale, duræ membranæ motum nunquam potuisse conspicere, cum saepius tentasset.

*Situs* duræ membranæ est in cavitate calvariae, cicut firmiter adhaeret.

In apertione crani dura meninx primæ se offert visui, involvit cerebrum, format sinus seu facos membranaceos, quorum principales tres sunt sub sutura longitudinali & intra falcam, qui cerebrum in duo quasi hemisphaeria separat: hæc membrana distinguit etiam lateraliter, secundum futuram lambdoideam, cerebrum a cerebello.

Dura mater inter calvariam, facit *periosteum internum* cranii, cui arcet adhaeret; extra calvam, quam congettis, vocatur *pericranium*.

Diameter diversa est, planior, contractior; variis in locis spinæ dorsalis, est firmior membrana quam in crano; fibrasque habet longitudinales.

*Divisio*: in examine ejus occurunt;

1. *Structura*.
2. *Adhesiones*.
3. *Frocessus*.
4. *Propagines*.
5. *Vasa*.
6. *Glandulæ*.

1. *Structura*: dura mater vulgo dividitur in duas lamellas, interiorem & exteriorem, firmiter connexis fibris

fibris obliquis decussantibus; laminæ in laminas transeunt; laminæ autem plures sunt ac incerti numeri.

Inter digitos leniter conterendo, senties eas aliquantum a se invicem discedere; vel dividi possunt, siphone Wolfiano, in plura strata.

Textura est firma, stipata, ex tela cellulosa intricata, robusta, non datur firmior membrana in homine.

Apparet esse, partim ligamentosa, partim tendinea. Est insensibilis, non irritabilis.

In laminas resolvitur & maceratione in flocculos, lamellas & fila abit; in cellulosum demum textum sponte dissipatur, quando nervos sequitur.

*Exterior*, quæ vocatur *lamina*, faciem totam craniī obducit & periosteū vice inservit. In fœtu, cum pericranio est contigua & ægre separabilis; in fontanella, diu durat hæc unio.

*Interior lamina* tenuior est exteriori, levis & glabra, qua parte pia matris obvertitur; cellulosisque filis autem exasperatur, & connectitur laminæ exteriores, cum ea certa receptacula efficit, receditque a periosteū craniī, in occipitis cuneiformi processu, in sella equina & ad ejus latera, in fossis magnarum alarum sphenoidarum, inque ambitu ossis occipitis.

Fibræ duræ matris encephali, passim tendinearum similes apparent, candidæ cum splendorc, teretes, quæ de communi simplicis membranæ plano eminant. In dura membrana, cavam calvam adhærente, fibræ *exteriores* longitudinalē sequuntur; *internæ* transverso ductu feruntur. In basi cerebri circa foramen cæcum transversæ sunt.

In falce plurimæ fibræ a posterioribus ad anteriora tendunt. In tentoriis fibræ ab originibus ossis, undique versus conjunctionem cum falce, procedunt.

In omnibus his fibris, nihil rubri, nihil carnei, locum habet.

II. *Adhesiones*: dura mater cræchio accuratius quam cerebro adhæret, diversa hinc est a cerebro figura; per textum cellulosum, vasa sanguifera & nervos, præcipue ei connectitur; venis de cerebro reducibus, vaginas peculiares præbet; ex cerebro continuatur ad ligamenta summarum vertebrarum, arcte unita; totam medullam spinalem & caudam equinam continent, in osse sacro demum finitur, ad periosteum ejus internum, cellulosis fibris revincta; plura filamenta laminæ externæ, intrant poros craniī, præcipue circa suturas, sicque communicat cum periosteū externo: in infantibus arctius adhæret, quam in senibus, vascula enim seu filamenta diminuuntur concretione porrorum, & in senectute desiccantur.

Lamina externa sola, tales facit adhesiones, interna nunquam, quæ omnino levis est, in parte pia membranæ opposita.

III. *Processus* notabilcs aliquos edit, lamina interna duræ matris, quibus encephali lobii, partesque separantur.

*Longitudinalis*: est primus, superior, refert quasi mediastrinum aliquod, inter duos lobos magnos, seu hemisphæria cerebri; abit in septum perpendicularē, anterius angustum, retrorsum duplo latius, corpori calloso imminens, cuius pars postrema se in tentoria diffundit; a figura vocatur *falx*, processus *falcatus*, *falciformis*, *longitudinalis*, *sagittalis*, *verticalis*, vel *mediastrinum cerebri*; dividit partem cerebri dextram, a sinistra.

*Processus transversi*: faciunt septum, inter cerebrum & cerebellum, vocantur etiam *tentoria*; a lateribus falcis utrinque, in jugum ossis petrosi fortissime illigantur; deinde ad utrumque latus magni foraminis occipitis, ad anteriores processus clinoideos, producuntur, valenteque fine innaseuntur.

Interseptorum officium est, fortibus suis velamentis efficere, ne cerebrum subiecto cerebello & isthmo medullæ oblongatae grave incumbat, neque capite declivi, dextrum hemisphærium in sinistrum nitatur, neque cerebri succussi partes, in corporis agitationibus se comprimant.

*Tentoria* firmant falcam & vicissim ab ea firmitatem acquirunt; alterutra apophysi resecta altera laxatur.

*Falx cerebelli*, seu *falx minor* & durissima; falcis longitudinali obversa, a dextra & sinistra pagina, internæ laminæ, duræ matris, nascitur; de medio processu ossis occipitis surgens, lobos cerebelli, qui modice dissident, interstinguit, & ad magni foraminis occipitis medium sedem, sensim exæquata, bifidaque evanescit.

*Tentoria* tendit firmatque.

Tenera ejus lamina, supra carotides & infundibulum ascendit & in arachnoidea evanescit; supra glandulam pituitariam, tenerima extenditur, & infundibulum, quod a pia fit membrana, in vaginam quasi recipit.

IV. *Propagines*: duræ meningis sunt productiones vel elongationes hujus membranæ extra cranium; constant ex una sola lamina; primaria pars descendit in thccam vertebrarum, quam investit, involvitque medullam spinalem, nomen tunc illi *dura mater medullæ spinalis*; aliæ comitantur, nervos cranio egredientes, iisque præbent vaginas; hæ autem numero plures sunt, quam sunt trunci nervorum, seu paria.

In nervo olfactorio tot sunt propagines, seu vaginæ, quot foramina in osse ethmoidico.

Aliæ propagines sunt, quæ formant periostea; in orbita est una, cum vagina nervi optici: aliae crano excunt cum vasis sanguiferis, sed illico junguntur pericranio.

V. *Vasæ* duræ membranæ sunt, *arteriæ*, *venæ*, *sinus*.

*Arteriæ*: distinguuntur, in anteriores, medias & posteriores, veniunt ex carotibus & vertebralibus in utroque laterc. E carotide externa advenit ramus, per foramen ossis sphenoidis, sitque arteria *media dura*

*duræ matris*, cuius ramuli anastomosant, cum ramulis alterius lateris.

Alius ramus carotidis externæ accedit, per fissuram sphenoidalem, vel orbitariam superiorem, estque arteria anterior *duræ matris*, multosque dispergit ramos. Carotis interna etiam dat ramulum.

*Arteria vertebralis*: intrant cranium per foramen magnum occipitale & in apophysi sphenoidali junguntur invicem, ramum unum vel alterum largiuntur duræ matri, suntque ejus arteriæ posteriores.

Arteriae in cerebro pulsant, ut in reliquo corpore, per piam duramque membranam; dilatantur modo, & vicissim subsident; in vivis animalibus aperto crano, pulsus nunquam abest: in infantibus, quorum fons pulsatile solis membranis perficitur, facile tangitur.

*Arteriæ rubræ*, non patent immediate in sinus cerebri, sed tradunt sanguinem venis, hæque vehunt in sinus, qui promovent in venas jugulares, ac vertebrales, a quibus redditur cordi.

*Venæ*: lamina interior & duplicata duræ meningis canales & cavitates peculiares efficit, qui recipiunt ex venulis cranii sanguinem venosum, & totius etiam cerebri, vocanturque *sinus*; quorum quatuor veteres anatomici bene cognitos habuerunt; recentiores deinde plures addiderunt.

*Sinus* autem viginti duo nominantur.

*Sinus longitudinalis superior*, seu *magnus falcis*: qui est primus veterum, supra foramen cœcum ossis frontalis incipit, ad medium ossis occipitis finitur, in duos ramos laterales.

— *laterales magni*, duo: veteribus secundus & tertius in osse occipitali, arcus ad instar, ad foramen lacerum pergunt, & ibi in venas jugulares internas exeunt.

— *quartus*, seu *torcular Herophili*. In eo loco, ubi sinus longitudinalis, in lateralem dextrum mutatur, aperitur sinus processus cerebelli, qui occipitalis vocatur, tum & alter, qui ab interioribus cerebri partibus, in eundem locum concurrit.

Locus hic, ubi modo diñi sinus convenientur, vocatur *torcular Herophili*, crucem non vere refert, cum quartus in transversum, non in finem longitudinalis majoris plerumque terminetur.

— *longitudinalis inferior*, vel *parvus falcis*, vel *Vesalianus*: non grandis, saepè tertia parte falce brevior. Teres cum sit, sunt qui sinum esse negent.

A falce venas descendentes recipit, ac vicinas falci venas, a cerebri falce, & a calloso corpore.

Truncus communis, ad anteriorem finem tentorii, in quartum sinus descendit.

— *occipitales posteriores*: utrinque foramen magnum occipitis amplectuntur.

Ponuntur, duplii aut uno trunco, in falce cerebelli.

Finis in sinus lateralem, minorem, aut in quartum. In hunc sinum venæ duræ membranæ inseruntur, venæque aliquæ a vertebribus.

*Sinus occipitales anteriores*, duo: nullam a cerebro venam accipiunt. Anterior ossis occipitis processus, qui cum sella equina committitur, totus venosis sinus percurritur.

Transversus, tendit ad sinum petrosum inferiorem, aut ad sinum cavernosum.

— *petrosi sex*: *superiores*, *medii* & *inferiores*: utrinque tres.

Venæ sunt, quæ teretem figuram conservant; in sulco jacent, quo dorsum supremum ossis petrosi excupitur.

Finis anterior, est in receptaculo ad latus sellæ equinæ.

Finis posterior, in angulo cujusque sinus lateralis.

— *transversales, inferior & superior*: lati & insignes, dextrum sinum petrosum inferiorem cum sinistro conjungit, & qua cum iis coit, etiam cum sinu cavernoso communicat.

— *circulares*: duo in sella sphenoidca. Internam interiorem duræ meningis atque exteriores; sinus est perfecti annuli similis, cuius anterior semicirculus ante glandulam pituitariam ponitur, media in sede semicirculi convenient. In eum veniunt venæ ossis sphenoidis, sellæ equinæ, glandulæ pituitariæ; uniuntur sinus cavernosi, petrosi superiores & inferiores, occipitales anteriores, saepe transversi.

— *cavernosi*: in utroque latere sellæ equinæ ad latus utrumque, lamina duræ membranæ externa, ab interna aliquo intervallo diffidet. Figura est fore triangularis; latus unum facit nervus a quinto primus. Alterum tertius aut processus clinoidei; tertium, ligamentum duræ membranæ minimum, quod ab osse petroso fortissimum, & teres, in processum clinoideum fertur. Ea tota sede sanguis venosus continetur, cellulosa tela mistus, quem adferunt quatuor aut quinque venæ loborum cerebri anteriores.

Vena ophthalmica ab orbitæ sede in eundem sinum se confert, inde ex oculorum cavea emergens, in labiale inscritur.

In id receptaculum patet, sinus petrosus superior; inferior; circularis & occipitalis anterior.

In receptaculo carotis interna est, multo circumfusa sanguine, cumque ea nervus sexti paris & intercostalis.

— *orbitales*: utrinque unus.

Omnis sinus communicant inter se cum sinibus magnis, exonerantque sanguinem, in venas jugulares internas, quæ sunt continuæ, cum sinibus laterilibus; partem etiam sanguinis, tradunt in venas vertebrales, per sinus occipitales inferiores; per sinus orbitales, qui communicant cum venis angularibus, frontalibus, nasalibus, maxillaribus; per venas occipitales, etiam aliqua pars sanguinis aufertur.

Sinus, veræ sunt venæ & venarum more ex cerebro sanguinem revolvunt, quod satis apparcat ex earum continuitate, cum venis jugularibus internis, &c.

Sinus

*Sinus sulcos, suis ossibus imprimunt.*

*Sinus non pulsant, nec agitari queunt, ob arctum  
nexum cum cranio. Sinus vulnerati non fundunt  
sanguinem subsultim.*

*Pro sectione triangulum curvilineum habent; aliis  
venis sunt ampliores, ac robustiores.*

*Sanguis facile ex arteriis, per venulas in sinus  
transit, quod injectiones clare demonstrant.*

*Quia sinus cerebri in dura meninge sunt inclusi,  
majus iis robur inde accedit.*

*Omnis vena cerebri, cerebelli & spinalis medullae,  
absque valvulis sunt; sinus aliqui habent trabeculas  
breves, alii robustas, multas, latasque laminarum  
similes, ex dextro latere in sinistrum transcuntes, de-  
cussim posita.*

*Sinus etiam in medulla spinali observantur, de  
quibus alias dispicieendum.*

*Emissaria: his sinibus addi debent; sunt autem  
venae minores inter sinus, externaque venas, mediæ,  
per aliqua cranii foramina egredientes, uti sunt vena  
ophthalmica, mastoidea, vertebralis; ex perierano &  
externa verticis regione, a venæ temporalis ramo,  
per osseum parietalium foramen; in sinum longitudi-  
nalem falcis, aliquæ se immittunt; vena duræ mem-  
branae præcipue, per foramen ossis cuneiformis, in  
pterygoideum plexum se confert; alia ex sinu cavernoso,  
& a dura membrana; vena tympani in fossam  
jugularcm, &c.*

*Utilitas sinuum: sinus, amplitudine reliquas æque  
grandes venas potius superant, hinc possis concludere,  
naturam tarditatem in sanguinis reditu quæsi-  
visse; refluxum sanguinis venosi in nixu & inspira-  
tione violentiori, aliquo modo moderare probabile  
est.*

Multæ sunt viæ sanguini venoso de cerebro redi-  
turo, ergo non mirum est, vineulum venæ jugulari  
injectum, nullam noxam inferre, neque somnum fa-  
cere.

Ex tarditate sanguinis in sinibus, coagula produci-  
tur, in apoplexia, ecphalæa, epilepsia, phrenitide, sopor-  
ofisque morbis, frequenter observatur.

Ex congestione viæ sunt rupturæ.

*Lymphatica, seu aquosa vasa cerebri, passim ei-  
tantur a multis visa fuissæ; nuperiores autem, præ-  
cipue Hewsonus, Hunterus, Cruyckshank, omni ad-  
hibita industria, negant ea sc vidisse; in dubio  
ergo relinquitur hæc quæstio, donec satis iteratis  
experimentis, melius constet de hac re; præcipua  
corum objectio est: quod nullæ intra craniu cavam,  
glandulae lymphaticæ reperiantur, quales a ductibus  
lymphaticis, non longe abesse solent; & ab iis san-  
citur est, quod omnis absorptio aquosa fiat, a solis  
laetis & lymphaticis vasis, non a venis, quarum of-  
ficium in totum diversum sit, a munere systematis ab-  
sorbentis, id est, laetorum & lymphaticorum vasorum.*

Egregii hi viri nimium novitatis studio addicti vel

amore propriæ singularis opinionis, errasse videntur,  
plane excludendo absorptionem venarum sanguine-  
arum: nam multis experimentis mihi constat, venas  
sanguineas in toto corpore, absorbere particulas vo-  
latiles, salinas, mere aquosas, vel valde serosas, quæ  
non inveniuntur in veris vasis lymphaticis.

Vasa lymphatica attrahunt lympham coagulabilem  
non particulas salinas, volatiles, neque valde serosas  
vel mere aquosas. Itaque venæ minutissimæ sanguineæ  
solæ, attrahunt & absorbent particulas volatiles,  
valde serosas & aquosas; vasa autem lymphatica ex-  
cipiunt solummodo particulas crassiores, densiores,  
firmiores, coagulabiles, glutinosas; sed plura de his  
in Physiologia nostra.

*Glandulæ: inveniuntur eisdem diversi generis  
glandulæ, in utraque meninge.*

Ad faleis nascentis latus, in superiori cerebri fa-  
cie, sunt duræ, rotundæ, verrucarum similes, acer-  
vate; reperiuntur plurimæ, in tota longitudine sinus  
falciformis.

Aliæ solent insertioni magnarum venarum ejus  
sinus accumbere.

Aliæ molles & albæ sunt, pinguedini similes, quæ  
passim in pia membrana reperiuntur; eas Ruyschius  
pro adipe habuit.

Glandulas agminatas in fine anteriori tentorii ce-  
rebelli Hallerus vidit.

Cl. Albinus nullas glandulas duræ membranæ tri-  
buit.

Cæterum, quoties albæ sunt glandulæ, & molles,  
nihil cum conglobatis similitudinis habent.

Utilitas earum nondum cognita, nec ductus excre-  
torii inventi sunt.

*Nervi: in dura membrana nulli adhuc nervi sunt  
detecti; nullum vestigium inventum, cum dura ma-  
ter, opere siphonis Wolfiani, in laminas separeretur.*

*Arachnoidea membrana: telæ aranearum similis,  
diaphana, tenuissima inter duram & piam matrem  
posita, cerebrum, cerebellum, medullam oblongatam  
spinalemque circumvestit: quod flatu facile de-  
monstrari potest in medulla spinali, ubi intervallo a  
medullâ distat, & toto pede longius, quam medulla  
producitur.*

Apud Varolium ejus membranæ prima vestigia re-  
periuntur, lucidam membranam & robustam dicit,  
cujus ope anterior medullæ pars, cerebro nequitur;  
posterior cerebello.

Andreas Laurentius, quando piam membranam du-  
plicem dixit, hanc forsan intellexit.

*Substantia arachnoidea: ex tenuissimo textu fila-  
mentoso, sine vasis & nervis constat.*

In unum continuum involucrum extenditur, non  
descendit in soleos gyrosque cerebri, sed a jugo, ad  
jugum, pontis modo iunctur; fissuras majores  
conjugit, a dextro hemisphærio in sinistrum tra-  
jecta, sic & amplior, medullam spinalem continet.

Quando flatus per vulnusculum impellitur, tunc  
z K surgit

furgit de pia membrana & tumescit: ei tamen per cellulosa fila revineitur; ejusmodi etiam cellulosa, interius, quam Arachnoidea, juga opposita cerebri in gyris revincit.

Per tenera fila cellulosa, cum pia matre revineitur, ab aqua suffusa, latæ laminæ integerrimæ separari possunt.

Non potest haberi pro piæ membranæ lamina exteriori, quia fulcos non subcat, & multo longius descendat in medulla spinali: nec velamentum quod ventriculos investit, nascitur ab arachnoidea.

Multo evidentior membrana hæc est, in specu vertebrarum, quam in encephalo, & a pia meninge evidentissime diversa, aquose pellucens, sicea, laxius piæ circumposita, neque adhærens, multo longius producta; in ima parte medullæ spinalis, in superficie duræ membranæ interiorem continuatur.

Pia mater, seu meninx tenuis: est verum & proprium cerebri involucrum; componitur textu cellulari subtili, pellucido, paulo tamen densiori, ranios plurimos venasque recipit; arachnoideæ subjicitur; cerebrum per omnes gyros ac interstitia, cerebellum,

medullam oblongatam & spinalem, ubique obducit. Omnes gyri suam habent piam matrem, sulcos cerebelli subit, fissurasque; singulos nervorum lacertos tenerimos, undique vestit.

Per suos anfractus & duplicaturas, efficit plurima septa, quæ se demittunt, in rimas, fissuras, circumvolutions, strata, ac interiora medullæ.

Cerebro intime adhaeret & durae non connectitur aliter, quam per venas, quæ sanguinem ad sinus videntur.

Vasa numerosissima accipit, ob ca vascula in cerebro atque cerebello, rubet pia meninx, in strangulatis, apoplectis, &c.

Nervi nullos nervos accipit, hinc nec sentire videtur, nudata pia mater, butyro antimonio tacta, animal se non commovit.

Usus mollissimum viscus continere, firmare, vaseque ordinare. Vicinas passim partes cerebri continent; cerebrum eum cerebello jungit; cerebri lobos inter se, cerebrum eum ponte, cerebellum cum ponte, hunc cum medulla spinali colligat.

## DE CEREBRO, *in specie.*

**Cerebrum:** est tota illa massa mollis & candidans, in cavitate superiore crani, quæ dicitur *calva*, est que inclusa inter duas membranas, duram necne & piam meningem; incumbit orbitalibus & cuneiformibus ossibus & tentoriis.

In omnibus animalibus, qui habent caput & oculos, cerebrum adest; ubi autem hi desiderantur, absit.

Homo omnibus animalibus, præstantia functionum internarum & multitudine antecellit, ita & cerebrum obtinuit, proportionaliter amplissimum; cuius dimidiam magnitudinem non adsequitur bovis maximus.

Proportio autem cerebri ad corpus, in tabula sequenti notatur.

ANIMALIA.	Pondus corporis.	Cerebrum.	Ratio ad corpus.	Authores.
Homo,	lb 3 3 gr.	lb 3 3 gr.	1 ad 35	Hallerus.
Item,	140 — — —	4 — — —	1 — 40	Idem.
Puer 6 annorum,	160 — — —	4 — — —	1 — 22	Idem.
Item adultus,	50 — — —	2 — 28 —	1 — 30	Pozzi.
Galeus pisces,	114 6 — —	— — — —	1 — 1200	Redi.
Testudo terrestris,	25 — — —	— — — —	1 — 2240	Caldesi.
— marinus,	2 4 — —	— — — —	1 — 5688	Idem. Redi.
Canis carcharius,	79 — — —	6 — — —	1 — 12000	Stenonius.
Item,	3000 — — —	3 — — —	1 — 2496.	Idem.
Thynnus,	26 — — —	— — — —	1 — 37440	Redi.
Leo,	390 — — —	— — 1 —	1 — 615.	Buffon.
Felis,	243 — — —	5 10 8 —	1 — 82	Arlet.
Item,	76 — — —	— — 7 24 —	1 — 156	Pozzi.
Lupus,	8 — — —	6 32 —	1 — 230	Buffon.
Canis,	64 — — —	4 3 4 —	1 — 305	Idem.
Item,	62 — — —	26 — — —	1 ad 154, 1 ad 88, 1 ad 54	Arlet.
Castor,	30 — — —	— — — —	1 — 290	Parisini.
Item,	17 — — —	— — 6 —	1 — 362	Buffon.
Elephas,	5000 — — —	10 — — —	1 — 500	Redi.
Bos,	1500 — — —	2 — — —	1 — 1154	Buffon.
Item.	866 — — —	— — — —	1 — 866	Drome.

ANIMALIA.	Pondus corporis.				Cerebrum.				Quota pars.		Authores.
Dromedarius,	lb	3	3	gr.	lb	3	3	gr.			
	369	—	—	—	—	15	—	—	1 ad 216		
Equus,	700	—	—	—	—	28	—	—	1 — 700	Ruffon.	
Item,	400	—	—	—	—	1	—	—	1 — 400	Idem.	
Afinus,	198	—	—	—	—	12	2	48	1 — 60	Idem.	
Cervus,	161	—	—	—	—	11	5	—	1 — 221	Idem.	
Capellus,	19	—	—	—	—	—	25	46	1 — 94	Arlet.	
Ovis,	57	—	—	—	—	—	21	—	1 — 324	Buffon.	
Lepus,	—	136	—	—	—	—	7	—	1 — 213	Arlet.	
Cuniculus,	—	44	—	—	—	—	2	30	1 — 140	Idem.	
Mus domesticus,	—	—	36	—	—	—	—	34	1 — 76	Buffon.	
vulgaris,	—	—	—	324	—	—	—	7½	1 — 43	Idem.	
Glis,	—	—	23	—	—	—	—	28½	1 — 53	Idem.	
Anser,	—	108	—	—	—	—	—	144	1 — 360	Hallerus.	
Aquila,	—	—	—	—	—	—	—	—	1 — 160	Borrich.	
Gallus vulgaris,	—	25	—	—	—	—	1	—	1 — 25	Pozzi.	
Passer,	—	—	—	380	—	—	—	21	1 — 15	Idem.	
Canariensis,	—	—	—	180	—	—	—	13	1 — 14	Idem.	
Simiae,	5	9	—	—	—	—	16	90	1 ad 11, 1 ad 28, 1 ad 107	Buffon.	

Inter animalia homini esse maximum cerebrum ab omni fere tempore scriptum fuit.

Simiae minores & animalia minora, videntur habere majus, at macilentæ sunt.

Adipis in homine rationem habere non oportet, qui non sit inter partes corporis animalis consistentes.

Tam humida est natura medullæ corticalis, ut exhalando perdat  $\frac{8508}{10000}$  aut  $\frac{8100}{10000}$  partes millesimas, aut  $\frac{24}{25}$  sui ponderis in vacca. In fetu vaccæ 8693 & 8522.

Manifeste fluidum est in fetu cerebrum, serique simile, tamque humidum, ut ex mille partibus, amiserit exhalatione 850, 810, 845 partes in cane, per experimenta Hambergeri.

Cerebrum paulum durescit ætate & per morbos.

A spiritu salis in massam laetem resolvitur cerebrum, & contra a spiritu urinæ, cum spiritu vini & nitri mixto indurescit, ut scissile fiat; hoc Frederici Ruysschii fuit inventum.

Cerebrum in aqua fundum petit, ratio ad aquam est ut 10318 ad 10000.

Cum ætate levius fieri notavit Mckelius. Idem cubus recepit cerebri junioris  $64\frac{1}{2}$  grana, cerebelli  $63\frac{1}{2}$ , adultioris grana 64.

Cerebrum constat duplice substantia, quæ vocantur,

1. Medullaris substantia: est alba, firmior, intus in cerebro sita, in medulla vero spinali est exterius.

2. Corticalis seu cortex cerebri, est coloris subcen-

teritii, vel grisei, mollioris consistentiae, in cerebro

exterius apparat, medullarem substantiam ambit in-

star corticis, eique arctissime adhaeret; in medulla spinali observatur contrarium.

Dividitur, tota massa intra cranium contenta, in tres partes, nominanturque

1. Cerebrum, proprie sic dictum, magnum..

2. Cerebellum, seu minus cerebrum.

3. Medulla oblongata, quæ ubi cranio exit vocatur medulla spinalis, ex quibus oriuntur nervi omnes, eorumque ganglia.

Partes cerebrum constituentes sunt:

Integumenta, membranæ, substantia corticalis & medullaris, vasa, arteriæ, venæ, sinus, lymphatica, glandulæ, nervi, &c.

Considerandæ sunt figura, moles, pondus, forma, substantia, fabrica, situs, regiones, nexus, qualitates particulares, usus, &c.

Figura: cerebrum universim consideratum aliquid elliptici refert, sed valde irregulare ob inæqualitates suas.

Moles: homini fere est maximum, uti patet ex tabula annexa, ratio ponderis cerebri in fetu est pene quadruplo major, quam in homine adulto.

Pondus: in adulto homine a libra una cum semisse ad libras quatuor & ultra observatum est.

In fetu librarum octo, cerebrum fuit unciarum quatuordecim; quod est in ratione corporis 1 ad 15.

Cerebrum majus est cerebello in varia ratione ut 9 ad 1; cum cerebrum in puer nuper nato fuerit unciarum quatuordecim, cerebellum fuit sescuncis, id est, 1 ad  $9\frac{1}{2}$ .

*De medullari Cerebri Substantia.*

Medulla cerebri alba, mollis est, tenacior corticis, & non eique subiecta, firmior in hominibus sanis, & non nunquam in aliis, ut in hydrocephalo, insufflata, &c.

In physicis primum siles et habenda, iis quae sensus docent, & non quae fallax imaginatio invenit, ut quae saepius mater est errorum.

In examine ergo structuræ cerebri & nervorum, sensus tam nudi, quam armati, nos edocere debent de veritate, quanquam forte pauca sint, & insufficiencia ad explicandas eorundem functiones, tamen uti ultimæ fines rerum adhuc non visæ sunt & forsitan semper latebunt, satius est, ingenue fateri, artem non eo venisse, ut omnia mysteria intueri licitum sit; melius est nullas potius, amplecti hypotheses, quam incertas sensibusque plane contrarias recipere.

Cuicunque statim in sensus incurrit, substantiae corticalis & medullaris cerebri differentia, tamen causa, ope exquisitissimarum lentium opticarum, reperitur nulla; quippe utraque substantia, detegitur constare, immensa plane multitudine globulorum, qui inter se peculiari quodam ac elastico nexus cohaerent, nec adeo ab invicem separati sunt, ut globulos sanguinis rubros, transparenti sero innatantes, videmus.

Quando moleculæ substantiae, seu corticalis, seu medullaris, cerebri vel cerebelli, supra tenuissimum vitrum ponitur & complanatur, ut apte pelluceat, tunc ope selectæ lentis opticæ detegitur esse, quasi puls ex innumeris globulis constans, quorum globulorum nullus motus, nullus natatus observari potest.

Si illi moleculæ guttam aquæ superstilles, ut humectetur magis ac diluatur, tunc reperies quidem, hinc inde exiguos pulpæ flocculos separatos, sed omnes ex pluribus globulis adhuc cohaerentibus constantes; & rarissimum quasi est, quod unus alterve globulus solus, aut cum uno alterove socio conjunctus, a pulpa reliqua separatus in aqua natet: aqua insufficiens est ad diluendum aut debilitandum globulorum illorum vinculum.

Sed neque hoc potuit præstare, diuturna licet maceratio; floceuli enim qui per tres menses & ultra in aqua macerati fuissent, nihilominus tamen non fuerunt, resoluti in suos globulos, sed mansere cohaerentes æque ac prius.

Quare videntur globuli illi non moveri a cerebro per nervos ad totum corpus, sed manere perpetuo suo in loco ad vicinos adhaerentes, non quidem intercedente aliquo glutinoso liquore, sed tela cellulari tenuissima ac pellucidissima, quæ sit propago septimentorum membranaceorum a pia matre productorum, vasorum substantiam, tam corticalem quam medullarem, abunde perreptantium. Hac itaque subtilissima cellularia tela, globuli illi medullares dicendi, non solum inter se debite cohaerere, verum etiam

nutriri videntur; siquidem omnes corporis partes nutrimento indigent.

Quod nunc globulorum structuram concernit, de ea per microscopia etiam exquisitissima, nihil certi statui potest.

Figura non exacte sphærica, sed irregulariter rotunda gaudent, nec plane omnes ejusdem magnitudinis sunt, sed differunt nonnihil, etiam codem in loco.

Ad id tamen in examine, tam figuræ quam magnitudinis globulorum, attendendum esse videtur: in quanam distantia lens ab objecto locata sit, seu in quonam foci gradu examinetur?

Si enim lentem approximamus globulo, is dum prium in conspectum venit, appareat in magnitudine multum auctus, quamvis adhuc multum obscurus, refert autem discum, utcunque pellucem, tenui margine umbroso circumdatum; quando postea magis accedit lens ad globulum, minuitur ejus magnitudo; discus pellucidus minor fit, & margo umbrosus illum circumdans, crassior redditur & globulus clarus cerni videtur; si adhuc magis cum lente approximamus, disparet in globulo medius ille ac pellucidus discus, totusque globulus fere opacus redditur, quem tamen aliquis pellucidus limbus circumdare videtur; si adhuc magis cum lente ad globulum accedere tentamus, omnia obscuriora fiunt, & globulus antea opacus qui fuit, videtur quasi in plures, sed valde obscure dividi; postea ulterius continuo accedendo cum lente, disparet penitus totus globulus.

Nunc quanquam ea distantia præ cætris eligenda sit, & pro vero foco habeatur, in qua globulus clarissime sistitur, tamen etiam reliquæ distantie vilipendi nequeunt, in quibus, quamvis globulus in toto obscurior apparcat, sunt tamen globuli particulæ, quæ tunc inclius in sensus cadere possunt, quia omnia globuli puncta eodem tempore, æqualiter a lente distare non possunt, adeo neque in debito foci gradu constitui, qui ad distinctam visionem requiritur.

Ut tamen omnia, successive in sensus cadant, rectiusque de tota globuli figura, judicium ferri possit, oportet lentis distantiam nonnihil mutare, jam approximare, & rufus elongare, ad quod præcipue, si minima lens adhibetur, valde accurata machina, cochlea exacta videlicet requiritur.

Comparando globulos medullares cum globulis sanguinis, illorum ad hos ratio est, ut unum ad octo, ita ut globulus ruber sanguinis, facile octies & plures globulum medullarem superet.

*Medullaris nervorum substantia* reperitur similis ea, quæ in medullari & corticali cerebri substantia adest, cum differentia tamen, quod globuli substantiae medullaris nervorum, non tam promiscue jacti videantur,

tur, verum in lineas rectas magis ordinati, ut fibras affectent.

Substantia corticalis & medullaris cerebri mollis est, habetque aliquam, levem quidem elasticitatem; & medullaris nervorum substantia, multo sirmior est ac durior, quæ major durities, non a globulis medullaribus, sed a septis dependet, quæ ex pia matre nervorum medullam includente, oriuntur, & medullarem nervorum substantiam, in plures quasi fasciculos dividunt; tandem datis adhuc minoribus septis, in cellulosam subtilissimam resolvuntur, globulos medullares inter se connectentem.

Vasa sanguinea, per septa reptant, & in tantam abeunt subtilitatem, ut ea nec subtilissima injectione prosequi liccat.

In medullam albam, vasa tenerima corticis ita se immittunt, ut numero sint illa cumque medulla vere continentur.

Medulla cum cortice nexu ita conjungitur, ut alternis processibus, cortex in medullam producatur, & in corticem medulla.

### Cortex Cerebri.

*Substantia* est tenerima & molliissima, ut nihil in homine mollius sit, ad pulvis fere modum accedit.

*Color*, ex cinereo, rubro & flavo componitur, & pene pellucet, quando lamella tenuis est.

*Fabrica*: in cortice copiosissima sunt vascula, quæ ex pia matre veniunt, totumque fere corticem componere videntur, in summam subtilitatem divisi tandem in pulvis formam abeunt, medullæque adhærent.

Vascula hæc, sanguinem vehunt, qua parte ex pia membrana descendunt: rami autem horum, liquidum pellucidum continent, ut videre licet per microscopium.

Inter arteriolas etiam venulæ sunt, minus tamen conspicuæ, quia dum arteriæ injectione replentur, venæ etiam iurgent.

In cerebro circumvolutiones seu anfractus intestiniformes sunt permultæ, profunde, in medullam penetrantes, secundum processus pia matris, quæ sulcos efficit, in peripheria corum, ubique cortex reperitur, etiam in intimis partibus.

*Antonius van Leeuwenhoeck*, anno 1684, cerebri corticem in avibus, præter vascula, vitro quadam & pinguedinis simili humore constare scripsérat. Ut tamen etiam hæc pellucida materies, ex minimis vasculis compонeretur.

In eo humore viderat globulos alios sexies alios trigessies sexies globulis rubris minores; in ipsis vasculis globulos 512es rubro globulo minores: & alia vascula adeo tenuia, ut millies & ultro eo globulo tenuiora essent.

Et ultima ætate Leeuwenhoeckius depinxit vasa corticis in ovo, pene parallela, ex quibus fibrillæ cerebri ad angulos rectos perinde sibi parallelae prodidi-

Aliqui credunt, medullam albam, esse corticalis substantiae productionem, adeoque canaliculorum congeriem, sed Cl. Albinus demonstravit, medullam cortici duntaxat adhærent, opere lanuginis cuiusdam, & vasorum ex una in alteram substantiam penetrantium, neque ex eo, quod arteriolæ a cortice in medullam tradantur, conficiendum est, medullam ipsam ex canaliculis componi: *Penetrant in eam* (ait Albinus) *ut vasa penetrant in ossa*. Et non magis quam ex ossa natura hæc; constant illæ ex medullari. Et neque habitus ejus, neque id quod oculis cernere potui, quicquam obtulit, quo adduci ad suspicandum possim, e canaliculis eam constare: nihil quod ejusmodi quid indicet; nihil quod deducat in hanc sententiam, vide-licet, e sanguine in cortice encephali, & spinæ medulla, secretum humorem quemdam, per medullæ nervorumque canaliculos, in corpus duci omne.

Medulla amat in longos fibique parallelos fasciculos colligi, & in medulla ipsa rudior aliqua fibrarum similitudo observari potest.

rent, quæ ab arteriis alimentum acciperent. Denique vascula minora sanguifera tamen, in rete intricata addit.

*Frid. Ruyshius*, anno 1698, docuit, corticem esse totum mere vasculosum in ultimis autem suis operibus eadē persistebat in opinione, sed addebat arteriolas tandem in aliam formam degenerare.

*B. S. Albinus* admittit maximam quidem partem, vasculis constare, sed adesse præterea substantiam quamdam, quæ per arterias non possit impleri; additque, *quod implere non potuit persuadere habitu suo nequit non esse diversum quid a vasculis, quæ inhærent*.

Postea *Vincentius Malacarne* vidit innumerabilia granula globosa, versus superficiem laminarum disposita, ut medullæ se immergerent.

Demum *S. M. della Torre* non corticem quidem, sed medullam cerebri, globulis fieri, docuit.

Vasa rubra & non rubra in cortice cerebri non probabiliter tantum ponuntur, sed manifesto reperiuntur.

*Injectione felici* major pars corticis cinerea in rubrum convertitur, quod clare demonstrat vasculosum esse.

Certum ergo videtur ex arteriolis & venulis, & tenerima tela cellulosâ, maximam partem cerebri constare; valde demum probabile, eandem telam id efficere, quod non repletur, & in suspensione corticis in aqua macerante perit: et si non pari cum evidencia, sensuumve æque firmo testimonio, totum absque ulla exceptione corticem vasculis incris fieri pronunciare liccat.

Omnis nutritio, accretio seu augmentum corporis,

materiaque ejus voluminis per arterias in totum corpus dispensatur, diduciturque per minutissimos ductulos, seu tubulos; sed utique concipere quisque potest, & hos tubulos compositos esse, e materia quadam & moleculis solidis minoribus quoque quam ipsi sunt tubuli, qui ab arteriis relinquuntur, in incrementum corporis & retinentur, per vim attractionis & cohesionis.

In superficie corticis occurunt excavationes, sis-

ture plurimæ irregulares, tortuose, flexuose ac eminencie intestiniformes.

*Gyri* seu *circumvolutiones* conspicuntur, in superficie cerebri serpentines, seu intestiniformes, quæ sunt separatae ope piaæ matris, faciuntque interstitia intra duplicaturas laminarum, in quibus venæ cerebrales continentur, quæ dein transeunt ad duram matrem ejusque sinus.

### Regiones Cerebri.

1. *Hemisphaeria cerebri*: in superficie cerebrum divisum est a falce, sive septo longitudinali duræ membranæ, in duas partes, quæ vulgo dicuntur *hemisphaeria*; seu rectius vocari deberent *quartæ partes sphærie*, quia cerebrum ipsum cranio exemptum proxime refert dimidiati ovi figuram, & hujus dimidiati repetita sectio facit quartas partes.

Non quidem cerebrum penitus in partes separatur duas; sed in fundo coherent dextrum hemisphaerium cum sinistro, ope latae trabis medullaris; ab anterioribus ad posteriora protensa, hæc sria vocatur corpus callosum.

Sæpe opposita hemisphaeria, per septi intervalla coalescent, quo debeant distingui.

Quodvis hemisphaerium dividitur in duos lobos, anteriorum & posteriorem.

*Lobi*: laterales & infima cerebri portio, profundis sulcis dividitur; cerebri superficiem, in speciem intestinorum, serpentino ductu separant, linearum similes sine latitudine, sulci sunt.

*Suicorum* duo grandissimi sunt, & profundi, quodque cerebri hemisphaerium in duos quasi lobos pene totum dirimunt.

*Lobus anterior, minor*: jacet supra ossa frontis, quæ faciunt ad orbitam, & ad sinus frontales, in fossa anteriori baseos cerebri.

*Lobus posterior & minor*: cuneiformium ossium foveæ incumbit, supra septum transversum.

*Medios* lobos inter posteriores & anteriores aliqui notant; sed hoc valde rarum est.

Omnis sulci arterias copiosas recipiunt.

*Falx cerebri*: a duplicata duræ meningis lamina producitur, incipit a multiformi osse, pone cristam galli inter cerebri hemisphaeria se dimittit, abitque in septum perpendiculariter anterius angustum, latius retrorsum, corpori calloso imminet, postrema pars se in tentoria diffundit.

*Centrum ovale*: quando cerebri horizonti parallelæ taleole auferuntur, augetur medullæ latitudo, & sequitur aliqua cerebri portio, in qua omnium latissima a dextro hemisphaerio in sinistrum continuatur.

Ea sedes, quæ corpus callosum continet, *ovale centrum*, nomen habet. Centri nomine Vieussenius, subintellexisse videtur, circulum interiorem album, circulo quem cogitabat, exteriori corticali concentri-

cum. Est quasi nucleus in nuce, arête in corticali substantia inclusus.

*Corpus callosum*: dicitur ab albore cicatricum simili, vel quod corticali substantia sit durius; medullaris est arcus, qui primus, a superioribus ordiendo, cerebri dextrum hemisphaerium cum sinistro conjungit & latior appareat, quando ea hemisphaeria nolliter ad latus ducuntur, neque enim unice distantiam hemisphaeriorum pene nullam tenet, sed late hemisphaeria incubentia gestat. Anterior unciam, posterius ad tres uncias cerebro brevius est. Firmius est cerebro. Pia membrana obducitur. A falcoiformi duas membranæ cerebri productione, anteriorius aliquo intervallo hic albus arcus distat, posterius ab eadem falce tangitur, non tamen cohæret, verior si placaret recepta nomina mutare, *fornix*, in fine anteriori & posteriori humilior, inter eos fines altior, latior, quo posteriori cerebri sedi propior, angustior ad anterioria.

Finis anterior & posterior, in conspicui hujus fornices ora crassa, & quasi deorsum recurva terminatur.

Anterior terminus originem dicit a cerebri utrinque hemisphaerio, paulo super egressum nervorum opticorum, retro commissuram anteriorem ventriculi tertii; in partem crurum cerebri medullarem, quæ a lobo anteriori advenit.

In tota longitudine sua utrinque medulla cerebri striata, transversa accedente augetur.

Posterior in duo magna tubera definit, quæ dimidia cylindro libera eminent, reliqua parte in cerebri medullam confunduntur.

Ea tubera ad terminum posteriorem ventriculi anterioris finduntur.

Pars brevior retrorsum & paulum introrsum venit, propriumque sibi finem ejus ventriculi replet. Ab eadem similis omnino columna in ventriculi descendens cornu venit, ejusque postremam sedem tenet.

Pars longior cum proxima cruribus fornicis interjecta cerebri medulla unitur; & cum hippocampo comparata in arcum flectitur, atque deorsum antiorumque reflexa sulcis non valde profundis ab incubentibus cerebri jugis notatur, qui sunt septem ad decem.

*Raphe*: est sulcus, modice depresso, ea parte, qua callosum corpus, unicam latam trabem refert.

Ad ejus fulci latus utrumque, eminet tractus medullaris, nervi finilis, secundum totam corporis callosi longitudinem serpentinus, undulatus, anterius socio propior, posterius divergit. Ei arteria utrinque ineumbit.

*Nervus* hie anterius, ad sedem commissuræ anterioris, infra thalamos opticos evanescit.

Posterior finis perpetuo duplex, uti arteriæ a se invicem discedunt, ea in sede.

*Fornix*: est alter medullaris arcus, inferior quam callosum corpus, anterius multo brevior & gracilior, exterum alteri parallelus.

Ejus media basis simplex, uti callosi corporis, incubit interiori convexo jugo, tamen ut velum piaæ membranæ intercedat colliculorum medullarium, qui dicuntur thalami opticorum nervorum.

Antrorum magis declivis est, retrorsum minus.

Triquetra vel quadricorni eraſitie, se inter eos colles immittit, superne planior, & inter thalamos in quandam quasi raphen produceitur, ad latera tenuior est. Brevior quam septum lucidum.

Et anterius & posterius in duo crura discedit.

Anteriora retro commissuram cerebri anteriorem, sub thalamis in crurum cerebri medullam eunt

Posteriora forniciis crura exteriori, minori, non perpetua parte, in hippocampus se immittunt, unde factum, ut cæ columnæ a multis claris viris fornici sint attributæ.

Parte interiori, majori, perpetua, degenerant in *planam fimbriam*, seu *tæniam*, striatam, latamque, quæ in areum pariter cum hippocampo circumducta, ei incumbit; ei adjacet anterior & acie sua libera fluctuat.

Finitur in albam striam, quæ ungui hippocampi intimo se committit, eis digitos & in principio divisionis unguium.

*Tænia* ejusmodi aliquando fuerunt visæ duæ, vel etiam bifidae.

*Psalterium*: inter discedentia posteriora forniciis crura, triangularis medulla est, quæ retrorsum latecit, & a vasis *plexus medii* multis lineis inscribitur, quæ nonnunquam truncum medium rectum, transversaque habent lineas, hinc nomen ortum est.

*Sepium lucidum*: a corporis callosi inferiori facie, abscedit utriusque medulla cerebri, molli membrana testa, venis conspicuis picta, exterum tenuis lamina.

Duæ hæ laminæ, dextra & sinistra, similes & sibi parallelae, a callosi corporis facie inferiori, in superiore faciem forniciis perpendiculariter descendunt. Medium imaginabile intervallum, nonnunquam liquore in satis notabili copia repletur: omnia cum plena sint, præter vaporem, lamina dextra sinistram contingit.

Posterior ea cavea in gracilem caudam extenuatur.

Lamine duæ, pro una habitæ, septum lucidum efficiunt, neque tamen pelluent.

Septi lucidi cavitas triangularis est, satis similis sinui falciformi, membrana subtilli vestita.

Septum lucidum pollicis longius est fornice.

Nunquam defuit hæc cavea.

Ruysehius sesquipintam invenit in septo: alii etiam viderunt aquam in eo.

*Cava principalia cerebri* sunt ventriculi quatuor.

*Ventriculi laterales* duo; inter superiori medullam & inferiorem cerebri, imaginabilis est intercalpedo, non vere cava, dum animal vivit, vel sanum est.

Lacunar superius, a pavimento inferiori distinguitur, ut libera nec cohærens facies cava, superioris medullæ, liberæ pariter faciei, convexæ inferiori, contigua unice incumbat, & mobilis altera super alteram, figurata utraque, sua mollissima membrana vestita sit, & membrana membranam tangat; sic medulla interrupta est per aliquod spatium & sinusositatem quasi facit.

Quando aqua eos ventriculos replet, tunc utique paries superior ab inferiori diffidet, vel si materia injectoria ab anatomico impellitur, cavitas exprimitur.

Teguntur superius a corpore calloso, ac a septo pellucido dividuntur; hinc duo fiunt ventriculi: Dexter & sinister; nomen merentur *lateralis*, vel *tricornis*, ab aliis *anteriores* vocantur.

*Pars major*, *superior* ventriculi, longitudinem cerebri sequitur, parallela horizonti; posterior finis est humilior; longa, inflexa, duo contrarii ductus habet cornua.

*Cornu anterius*: a fodali obtuse extrorsum recedit; pene ultra finem baseos forniciis vinditur.

*Cornu posterius*: in lobum posteriorem cerebri producitur.

*Cornu descendens* ventriculi, in basi cerebri, ad nervorum opticorum de cerebro exitum, finem facit, sola pia membrana testa.

In hoc cornu columnæ medullares sunt, corpus striatum geminum centrum circulare, thalamus nervi optici, tænia fornici continua, pes hippocampi, columna anonyma.

In dextrum ventriculum dicitur sinister aperiri, ubi duo plexus choroidei convenient, inter thalamos, forniciem & plexum choroidicum, ut unicum ventriculum esse dudum dictum sit.

An direkte communicent dubium videtur, quia uno ventriculo aqua repleto hydropico, alter sanus inventus fuit.

Inter duas membranas ventriculi, vapor facit, ne membranae conseruant invicem.

Vapor hic ob nimiam copiam in aquam colligitur, a recentissimis, autem sanisque cadaveribus absit.

Hi halitus & madores ab arteriis exhalati sine dubio a venis resorbentur, uti solent in aliis caveis pericardii, pleuræ, abdominis.

Magna copia aquæ, in ventriculis collecta, sepe inventa fuit, ad plures uncias & libras, etiam semper est funestus morbus.

Aquam cerebri gelatinosam esse & acidō minerali, aut vini spiritu, aut igne coagulari, multi sunt testes.

Cl. Hewsonus aliquic recentiores coagulabilem esse negant, vel viciose coagulabilem fieri.

In cornu posteriori ventriculi, intimus thalamus est, hippocampus dein, & utrique imposita fimbria, intima columnā, convexa & simplex.

*Plexus choroides*: de plexu triangulari medio pia meningis jam dictum est, planus iste & ad veli modum expansus; verum ei alii plexus continuantur, ex parte sui convoluti, teretesque, dexter & sinister, eti demum conjungantur.

Pia mater irripit in ventriculi lateralis utriusve cornu inferius. Ibi plexus in basin cerebri propul-lat, liber, impositus nascenti nervo optico, pia membrana sola velatus. Inde ad summum cornu descendens ventriculi, dilatatus totum tegit hippocam-pum.

Dein contrahitur, tñiamque solam, proximam-que partem thalami tegit, & per superius cornu pergit supra thalamum, cumque plexu medio, secun-dum ejus longitudinem continuatur, ad finem thala-morum anteriorem & posteriorem terminum septi lucidi.

Ibi sub fornice ultra thalamos, dexter plexus fini-stro aut proximus aut coniunctus, dein extorsum de sodali-recedens, evanescit, cuiusque plexu medio con-funditur. Tertium ventriculum claudunt, ut nulla amplius ejus rima pateat.

Præter flocculentam membranam, texturæ valde subtilis, vasculosæ, præter venas grandes, sed pau-cas, nihil in hoc plexu est, quam arteriæ plurimæ. Ee partim in plexu reticulæ manent, partim ad septum lucidum, corpora striata, thalamos opticorum nervorum, forniciem abeunt.

Frequentissime hic occurunt bullæ ovatæ, exæ tenera membrana factæ, liquore rubello plenæ, simili-les hydatidum, quæ forsitan vitio nascuntur. In statu fano microscope solum conspicuæ, per morbum au-gentur, & hydatides fiunt. In varices elevantur, subinde etiam in steatomata degenerant.

*Corpora striata*: in pavimento ventriculi cujusque lateralis inferiori, quatuor surgunt eminentiæ seu colliculi.

*Anteriores, inferiores, exteriores, majores*, duo: sunt *corpora striata*: in crus medullæ oblongatæ de-generant.

*Posteriores, superiores, interiores, minores*: dicun-tur *thalami nervorum opticorum*.

Incisione monstrant strias multas, albas vel cine-reas alternatim, quæ sunt sectiones transverse me-dullarium & corticalium fibrarum.

Oblique ponuntur, anterius vicina sunt, septo lu-cido separantur; posterius interpositis thalamis opti-cis,

Color est cinereus, uti in cortice. Si autem per-

pendiculariter vel horizontaliter secatur, apparet in medio multa medullæ portio.

*Tenia semicircularis, sive geminum centrum semi-circulare, seu limbus posterior corporis striati*, Willi-fii.

Stria est alba, cum striato corpore in arcum flexa, limitem striati corporis & optici thalami sequitur.

Finis posterior est in cornu descendente ventriculi multisque fibris pene thalamum in cerebri substan-tiam terminatur.

*Anterior* finis est varius; crassa fibra ad fornicem accedit: alia in medulla cerebri calloso corpori sub-jecta evanescit. Alia in commissuram sinitur.

A linea alba thalami optici, medullarem striam accipit.

*Thalami nervorum opticorum*:

In posteriori parte ventriculorum lateralium emi-nent alii minores colles, fere ovati; extus in ven-triculo & in facie superiori, cinerei sunt.

Dexter thalamus sinistrum contingit, rectilineo piano & frequenter connascat. Recedunt dein ab invicem tenduntque extorsum. De ventriculo exc-unt in cerebri basin, atque ibi generant nervum op-ticum.

Reliqua medulla facit partem superiorem cursum medullæ oblongatæ.

Supra commissuram dexter thalamus cum sinistro medullari funiculo transverso, jungitur retro com-missuram posteriorem, anterius, quam conarium.

*Linea alba*, recta, ab eo uniente quasi nervo, per thalami crepidinem producitur, quæ in geminum centrum se immittit, & in commissuram anteriorem, ante finem fornicis & in crus ipsum.

In hanc albam striam deduci potest subtile filum medullare, a glandula pineali natum.

*Crura medullæ oblongatæ*: corpora striata inferi-ora & exteriora, thalamique superiores & interiores, cum reliqua medulla undiquaque ex lobo anteriori & posteriori cerebri adveniente, confluent in unam utrinque magnam columnam, quæ superius in colles jam supra dictas, continuatur, inferioris nuda in basi cranii appetit, terces & compressæ, lineis exterius sulcata secundum longitudinem.

Dextra columna ad sinistram convergit, donec se contingat ad posteriorem pontis terminum.

Quando confluerunt, cerebelli medullam sibi sub-jectam hæc tenus sociam accipiunt, ut intracentur po-tius fibræ medullares crurum cerebri, quam confun-dantur.

Pergunt rectæ, efficiuntque medullam oblonga-tam, duobus planis fibrarum, quæ albissimæ sunt.

*Inferius* planum: superficii sue columnæ pro-pius, in corpus pyramidale medullæ oblongatæ de-scendit.

*Superius*: transversis cerebelli fibris a priori dis-tinetum, superiorem posteriorem medullæ oblongatæ partem constituit.

Junguntur haec crura cum illis de cerebello; hac ex unione medulla oblongata nascitur.

*Eminentiae mammillares:*

Ante confluxum crurum in limite interiori hæret tuberculum hemisphericum, medullare superficie tenuis, intus cinereum, ad latera in longitudinem prouidit, ad basin cranii eminet, sub cruribus forniciis & post nervorum opticorum concursum.

*Ventriculus tertius, sive anterior medius:* inter thalamos nervorum opticorum latet, est nihil aliud quam contiguorum thalamorum limes, superne est fornici contigua, inferne cruribus cerebri.

Crura cerebri in basi cranii cocunt, in superiori facie sua, post unionem, vestigium discriminis gerunt, crenam nempe, qua in medio dividuntur.

Ab ea crena, inter thalamos nervorum opticorum imaginaria cavitas concipi potest, quam superius plexus choroideus medius, & fornici subiectus, terminat.

Anteriori loco versus basin cranii per infundibulum dicit in glandulam pituitariam.

Cum ventriculis anteriores non communicat, cum, illis aqua plenis, ipse inanis repertus sit, & cum plexu diæto finiatur.

Communionem tamen multi clari viri admittunt.

Posteriori loco terminatur hic ventriculus ope orificii in canalem, cuius nomen aquæductus Sylvii, in ventriculum quartum cerebello proprium tendentem.

In ventriculo tertio sunt infundibulum, glandula pituitaria, eminentiae quadrigeminæ, nates duæ eminentiae glandulæ pineali proximæ, testes prominentia sub natibus conspicuae: vulva apertura sub septo lucido; anus, foramen ad quartum ventriculum aptatum.

*Commissura cerebri anterior:*

In anteriore fine ventriculi tertii, hic funiculus, qui est fortis, fibris constans medullaribus, jungit medullam cerebri dextram cum sinistra, ante thalamos nervorum opticorum, & ante forniciis crura anteriora. In hanc commissuram fibra alba, quæ per thalamos decurrit, filamenta alba dat.

*Infundibulum:* in ima & anteriori ventriculi sede, ostium ad basin cranii ducere videtur ante eminentias mammillares, pone commissuram anteriorem, ac forniciis crura.

Is meatus membranosus dicit in caveam, sub calloso corpore, super cinereum corticem, quem inferius pia membrana & arachnoidea tegit.

Interior foramen, glandula pituitariae incumbens, descendit, cinerea est fabrieæ, sed exterior pia membrana vestitum, in glandulam pituitariam continuatur, ut cerebrum cerebro cohæret, pia membrana infundibuli, se per glandulam dispergit.

Infundibulum superne apertum est ante thalamos per ostium ovale, foramen commune anterius dictum.

Ambit a sinibus circularibus, qui communicant

cum cavernosis: num cavum dubitatur; in brutis aperta via est.

Cl. Professor J. A. Murray reperit, infundibulum fieri à pia membrana & arachnoidea & tela cellulosa. Cavum esse affirmat, dividique in duos ramos, quorum quilibet suum glandulæ pituitariæ lobum adeat.

*Receptacula, sive sinus cavernosi:* ad latus sellæ equinæ. Ad utrumque latus sellæ equinæ lamina duræ membranæ externa ab interna aliquo intervallo dissidet, ab ipsa sellæ declivitate ad foramen usque, quo arteria a carotide externa nata ad duram membranam penetrat.

Ea tota sede sanguis venosus continetur, cellulosa tela mistus.

*Sella:* glabra fossa est in osse sphenoideo medio, inter parvas alas, processusque clinoides anteriores; alia cteni datur fovea minor, in anteriori facie eminentiæ, quam faciunt processus clinoides posteriores.

Hanc sellam lamina duræ matris exterior tegit; dein superiori loco membrana duræ matris interna, spatio aliquo distans, a dextro receptaculo ad sinistrum migrat, efficitque intervallum.

*Glandula pituitaria:* sedet in sella equina & duplicitura duarum laminarum duræ membranæ; in eo intervallo est substantia parva spongiosa, glandula non est acinosa, nec de lymphatico genere, nec ulli aliæ glandulæ similis, potius est appendix quædam cerebri, mollior reliquo cortice; sed aliqui clari viri veram glandulam esse contendunt.

Eam lamina duræ membranæ protegit, præter foramen quo infundibulum admittit.

Quasi duo lobi sunt: anterior major orbicularis, tenet sellæ equinæ sedem; rubra vel ex albo rubella pulpa est, singularis substantia, non medullaris, nec glandulosa.

Posterior lobus, minor, cinereus, corticalis, mollior, transversum latus, ovalis, in recessum osseum eminentiæ sellæ posterioris recipitur.

A pia matre infundibili, uterque lobus suam membranam habet.

Vascula plurima accipit a carotide vicina utraque, aliqua etiam a pia membrana cerebri.

Ufus nondum est detectus.

*Isthmus:* medulla cerebri retro thalamos opticos continuo descendit, inque columnam fit declivem, quæ anterius pontis nomen habet. Ea medullaris columna inter cerebrum & cerebellum posita posteriorius, nominatur isthmus: a latere dextro hujus isthmi ad sinistrum, una transversa quadrigemina eminentia producitur, fere ad perpendicularum.

*Eminentiae quadrigeminæ:* sunt quatuor prominentiae medullares: anteriores superiores vocantur, *nates*; posteriores autem minores & planiores, *testes*. Veteres hæc nomina incongrua imposuerunt. Sunt autem tubercula exigua, alba subovalia, quorum cæ utroque bina supra orisicum posticum ventriculi tertii & aquæductum Sylvii ponuntur.

Quadrigeminæ eminentiæ facies posterior figurata est, duo paria tuberculorum eminent, transversim latiora, media parte segmentum sphæræ referunt: ad latera in planiorem collem æquantur, extremis denique finibus in fibras medullares dissolvuntur.

Eminentiae striis obscuris interius percurrentur, corticem cinereum medullæ mistum habent. Etiam in natibus extus rubellus color corticisque natura videtur.

Superius his colliculis velum imponitur.

*Glandula Pinealis*, sive *Conarium*: est tuberculum molle cerebri, natibus ejus incumbens, eminent, parvum, conoideum, cineritium; basis est alba, exterior est corticali similis, conica transversim lata, macrone retrorsum inclinato.

Jacet sub velo, inter quadrigeminas eminentias media sedet, juxta duos ramos magis venæ præcipue medii plexus.

Moles est varia, magnitudine pisæ; saepque morbosæ, tumida, aqua suffusa, hydatidi similis, calculosæ, tophacea, dura, atpera, ossæ, & tunc non rarum est capitis vitium, dum vixerunt ægri, adfuerunt mentis errores, cephalalgia, memoria destrœta, stultitia perfecta.

## C E R E B R U M.

*Cerebellum*, quasi cerebrum parvum, vel minus, Græcis παρεγγενεφαλις; perpetuo adest in hominibus, quadrupedibus, avibus, etiam in piscibus: infœcta habent nullum.

*Moles*: cerebro multo minus est; in homine fere ut 1 ad 9 cerebri portiones.

In pueru nuper nato, cum cerebrum esset unciarum quatuordecim, cerebellum fuit sesquiuncia, id est, decuplo aut undecuplo minus.

In homine est proportione minimum.

*Situs*: in posteriori & inferiori calvæ parti, binis excavationibus internis ossis occipitis incumbit, sub tentoriis cerebelli: superne a cerebro premitur, operi septi horizontalis a cerebro sejungitur.

*Figura*: est globosa; sulcis & anfractibus multis superficialibus, longitudinalibus, arcus parallelos circulares constituit.

A cerebro differt, non mollitie, neque duritate, sed fabrica sua, & sulcis externis, qui non ad intestinorum formam fabrefacti, sed arcus circulares, aut ellipticos referunt; profunde hi sulci descendunt, ubique arachnoidca membrana & pia demergit, in imos etiam sulcos.

*Substantia*: externa corticalis, cineritia, mollis; interna medullaris, similis illi in cerebro: sed medulla colligitur ad radiorum modum; exsurgit hæc per totum ambitum cerebelli, & coadunatur in hujus centro, in crura sic dicta quatuor cerebelli. Cruribus cerebri unita, unione hac producit medullam oblongatam.

Cum reliquo encephalo jungitur partim vasis, partim pedicellis gracillimis. Ii petioli medullares, utrinque se immittunt, in striam albam quæ thalamorum longitudinem sequitur.

*Cartesius*, & ejus sequaces, ante seculum, sedem animæ ibi assignaverunt, quam hypothœsin tarde relinquerunt.

Infra glandulam pinealem est chorda medullaris transversa, dicta *commissura posterior hemispheriorum cerebri*.

*Commissura cerebri posterior*: funiculus medullaris, rotundus, firmus, transverse dicitur, ab imo thalamo dextro in sinistrum, super sulcum ventriculi tertii, proxime ante trabeculam fibrosam medullarem, quæ unit thalamos.

Sub hac commissura ante nates, testesque, ductus descindit, qui in quartum ventriculum aperitur.

*Valvula claudi* nequit, cum ad medullam oblongatam adhæreat, & flatus facile transmittatur.

*Aquæductus*: insculpit cerebri medullæ, versus pontem descendantem; dicitur aquæductus *Sylvii*, sed dudum ante *Sylvium* innotuerat.

## C E R E B R U M.

*Medulla* per corticem alio modo, quam in cerebro dividitur; truncus quidem communis medullæ adest, ut in cerebro, sed is in ramos dividitur, quatuor ad undecim; ii ramos per corticem distribuuntur, ut arboreculam incisione facta referant, vulgo vocatur *arbor vitae*.

*Involucra seu membranæ*: sunt eadem, quæ in cerebro observantur.

*Dura meninx*, præbet periosteum internum cranii.

Dein interna lamina meningis duplicata, inter cerebrum & cerebellum procedens, *septum intermedium* efficit, hasque duas substantias separat ab invicem, vocaturque *tentorium* vel *processus transversus*; de transverso enim ossis occipitis processu, utrinque exit, in falcis magnæ cerebri latera dextrum & sinistrum continuatur, quibus fortiter adhæret.

Laterales partes, in eminens utrinque jugum, ossis petrosi arete illigantur, deinde ad utrumque latus, magni foraminis occipitis ad processus clinoideos producuntur anteriores, iisque innascuntur; cerebrum & cerebellum, sic tuta & libera servantur, a compressione vel concussione.

Aliud septum parum eminent, interjicitur duobus cerebelli lobis, diciturque *falx cerebelli*, obversa est magnæ cerebri falcis; surgit de medio processu ossis occipitis, lobos dividit, & ad magni foraminis occipitis medianam sedem bifida evanescit. Tentoria fixat.

*Membrana arachnoidea*: in cerebelli superficie simili modo se habet, ac in cerebro, per fila tenera *cellulosa*

**cellulosa cohæret cum pia membrana; ab affusa aqua possunt separari.**

**Pia meninx:** arcte continet cerebellum; per omnes ejus gyros & anfractus, pia mater duplicita extenditur, vasa sanguifera copiosa, arterias venasque deducit per totam substantiam, a se invicem recedunt.

**Pia meninx** difficulter separatur, in recenter mortuis, nisi fortasse in vita, fuerit humoibus inundatum, aut alia de causa patrebatum cerebellum.

**Divisio:** superior facies non profunde, in duos lobos dextrum & sinistrum diuiditur, a falce cerebelli, a dura meninge enata: hi lobi nonnunquam in tres lobulos minores dividuntur, a sulcis obscuris, aliquanto profundis.

Hi sulci, magis horizonti paralleli sunt, qui posteriores, non enim perinde inclinati.

**Vermis:** in homine sulci hemisphæria cerebelli diuidentis finis, in processum dueit, qui perinde fere, ut corpus callosum cerebri, dextrum cerebri lobum, cum sinistro conjungit, vallecula in replet, quæ inter cerebelli lobos interjacet, ab anteriore fine per posteriorē circumductus ad superiore. Non tamen is perinde medullaris est naturæ, corticque multo miscetur & per piam membranam in sulcos fere transversos sibique parallelos dividitur, inque angulum planum faciei similem medius exsurgit. **Vermem & vermiciformem processum remota** jam antiquitas dixit, quod annulos erucæ imitaretur.

Ejus processus duo fines, nusquam tamen separati intervallo aliquo, a nuperis separantur, Winslowo & Albino.

**Superior** tangit totam valvulam cerebelli & applicatur ad glandulam pinealem, cuncte ea superiore terminum ventriculi quarti ex calamo nascentis sub natibus perficit.

**Inferior**, inferiorem & latiorem finem ventriculi quarti claudit: eam inter & nascentem medullam spinalem, exit plexus chorioideus, quarti ventriculi, & in cranii caveam propullulat.

**Prominentiae:** crura cerebelli sunt duæ columnæ, ex medulla cerebelli egredientes, radicum in modum confluentes & in pontem Varolii terminatae.

**Crura interiora**, ascendunt versus eminentias quadrigeminæ, junguntur ibi cum erubus cerebri, & truncum unicum constituant, qui illico infra pontem, medulla oblongata dieitur, in eumbit hæc ossa occipitis.

**Crura exteriora**, quæ prioribus majora, ab invicem secedunt, arcum binorum ad instar, crura cerebri circumambiunt & sub hisce denuo unita, eminentiam faciunt, annularem, ejus nomen Pons Varolii.

Pontis Varolii figura est, colliculi late ovalis, sed vertice utroque retuso, modicus tumor, qui cranii ossibus duræque membranæ respondet.

Sub erubibus oritur pars ea, medullæ, quæ a cerebello deorsum procurrit, & medullæ spinali implantatur.

**Processus: a cerebello ad testes.**

**Velum interœcum**, præter crura jam notata cerebelli, ejus medulla, cum illa cerebri, aliis diversisque modis unitur.

Multa pars intrinque, a crure magno ascensit introrsum, isthmumque, cum cerebri alba parte componit, & sub testibus finitur.

Transversa stria alba, continuo sub testibus, a dextro processu ad sinistrum extenditur.

Ab ea eminentia tractus ascensit, perpendiculariter, ad testium intervallum.

Sub hoc tractu, qui cerebri commissuras refert, longitudinem ejus processus, ad cerebellum usque conjungit cum sodali, *tenuis medullaris lamina*; eam posterius, vermis superior, contingit & fulcit; ante eam ventriculus quartus est: *valvula magna cerebri* vocatur, a similitudine aliqua.

Ab ea valvula, fibræ exent trans processum ad testes.

A cruribus cerebelli adscendentibus, sub testibus, exterius quam nervus quartus, pariter fibræ medullares nascuntur; earum aliae uniuntur & circumvolvutæ ad cerebri basin, inter id & cerebellum inseruntur; aliae in pontis fibras transversas continuantur; aliae fibræ a parte inferiori cruris magni ad pontem accedunt.

**Processus, a cerebello ad medullam spinalem:** duæ convergentes columnæ medullares, a cruribus cerebelli, dextro sum tendunt, in medullæ spinalis principium, atque ultimis finibus se contingunt.

**Ventriculus quartus, vetribus ventriculus cerebelli:** Herophilo jam notus fuerat, uti monet Galenus; vocatur a recentioribus etiam *cavea rhomboidea*.

Imaginabilis est cavitas uti in cerebro; est parvum subovale cavum, inter crura quatuor cerebelli, medullam oblongatam & protuberantiam vermiciformem.

A dictis quatuor medullaribus columnis, de cerebello adscendentibus & descendebus, quatuor latera posteriora, rhomboidæ caveæ, finiuntur.

In media ejus sede, crena est, cum aquæ ductu continua, quæ cum *calamo scriptorio* olim a Herophilo comparabatur, eam vasculum rubrum replet, per spinalem medullam aliquatenus continuatur.

Ventriculus ipse, super primi paris cervicis egreditur, definit.

**Pedunculi cerebelli** sunt ad latera ventriculi, transcurrentque ad medullam oblongatam.

**Parietes** ejus sunt:

**Anterior:** pons Varolianus.

**Posterior:** processus supradicti, valvula magna cerebri & cerebellum obversum.

**Lateraliter:** quatuor columnæ medullares adscendent & descendentes.

**Superior finis, obtusus** est.

In hanc cavam, similis in fasciculum convolutus, plexus chorioideus, ad latera vermis iuferioris subit, inque cerebri basi nudus eminet, inter septimi & octavi paris nervos, pone septimum.

Dexter.

Dexter sinistro transverso ductu continuatur.

Ubi prodit de ventriculo, aqua facile in medullæ spinalis vicinum spatiū aditum parat.

Totus ventriculus a pia matre vestitur.

Ex calami scriptorii medio, fibre medullares excurrunt, ad transversam fibram valvulae: aliae in nervum molleum continuantur; aliae ad nervum octavi pari, cum tertio ventriculo pergunt, secundum nuperimmas observationes.

*Arteriae:* sunt ex carotide interna, plurimæ etiam a vertebralibus.

*Venæ:* Sanguis venosus a venulis cerebelli exconcreatur in sinum, transversum, quartum & quintum, qui communicant cum venis jugularibus.

*Usus:* cerebelli, idem est ac cerebri; sed nullum habet prædominium in cor, ad cuius motum nullum necessarium intercedit vinculum, seu consensus, ut quibusdam placuit cl. viris: alii affirmantes, potentiam cerebelli in cordis motum; cerebellum pro nervorum cordis securigine habent.

Tria sequentia axiomata generalia præmittere convenient.

1. Cor musculum esse admittitur ab omnibus, habere propiam vim contractilem, & aliam a nervis accedentem.

2. Quilibet nervus a quovis stimulo irritante, vehementer & celerrime contrahitur, quod vocatur *conclusio*.

3. Nervo ligato vel abscto vim amittere, qua artuum regebat vel musculum suum.

Multa experimenta tentata fuerunt in corde ipso, quo constet de vi nervorum cardiacorum.

In oclavo pari nervorum & in recurrente pericula fecerunt, ligarunt nervos, dissecueruntque, & cordis quietem sive subitam mortem exspectarunt; sed hoc exiguo cum effectu. Canes enim aliaque animalia huic experimento subjecta non subito, sed post aliquod tempus, aut plures etiam dies obierunt.

Intercostalibus nervis ligatis, animalia citius perierunt, vigesima quarta vel trigesima hora.

Alii denique, octavi paris nervum & sympatheticum magnum utrumque ressecuerunt. Tunc animal perit quidem, non tamen satis continuo, ut perisse oportuisset, si vis cordis ab his nervis penderet.

Contraria etiam his, pericula fecerunt, Bohnius, Bergerus, &c. ubi animal subito periit, ligato nervo vago, utriusque lateris.

Cl. Massimi observavit, nervis irritatis, motum cordis accelerari, & cor a quiete ad motum redire: & nervis recurrentibus resedlis, irritabilitatem cordi substraetam fuisse; cordis etiam evulsi motum, recurrentibus nervis irritatis accelerari.

Sed huic opponuntur idonei testes, afferentes, irritato octavi paris aliove nervo, cordis motum nunquam acceleratum fuisse, neque pulsus vehementior rem successisse aut sanguinem validius erupisse.

Neque irritamenta nervorum, neque resedla medulla spinalis, neque cerebrum resectum, motu cordis interrupisse, alii affirmant. Sed alii dicunt, nervos posse suppetias cordi mittere, ut sunt nervi cervicis a pari sexto, septimo, octavo, dorsi primo & secundo, qui ad cervicalē ganglion efficiendum conveniunt.

Verum omnibus nervis cordis, truncato capite, resedlis, motus cordis superfuit.

Collectis hinc omnibus, appareret, nervos cordis destructos, ubicunque fuerit, mortem quidem inferre, sed in corde aliquam motricem causam superesse, quæ ejus musculi motum aliquamdiu sustenteret.

Sed ubi cor penitus evulsum, ab omni cum cerebro commercio remotum, nervis destructis, tamen bono ordine & perenni motu micavit; anne hoc insitam energiam cordis non clare evineat? Cordis irritabilitas superest, in quibusdam animalibus, toto die & ultra, viperæ diu a morte, morsus periculosos infligere possunt.

Ranæ cor evulsum, plusculis horis, perfecta systole & diastole, pergit agitare, in aliis animalibus multo longius.

Usus ergo cerebelli non bene cognitus est: officium ejus esse diversum, ab illo cerebri, verisimile est; sed quale sit, adhuc latet.

Fabrica est diversa, ergo etiam effectus differre debent.

Imaginationem, memoriam, ratiocationem, voluntatem aliqui ponunt in cerebro, motuumque omnium voluntariorum sedem ibi assignant.

Cerebelli autem officium esse, nervis quibusdam spiritus animales suppeditare, quibus vitales actiones, voluntati non subiectæ, nobis insciis peragantur, sed hoc erroneum est.

Actiones involuntariæ sunt: cordis motus, respiration, alimenti concoctio, chylificatio, secretiones, excretiones, &c.

Quia demonstratio de spiritibus animalibus deest, & multæ gravesque objectiones obstant; cautius est procedendum, ne nubem pro Junone amplectamur.

Docet anatomia, nervos a cerebello profectos dispergi, per organa voluntati subjecta, aut sensui dictata, ut patet in quarto & quinto nervorum pare, & in octavo, cuius rami ad laryngem feruntur.

Quantum ad processus, eminentias, varias formas, cerebri partes & regiones, figuræ, appendices, &c. attinet; certe valde arduum erit singulis propria assignare officia; sed in re incerta, satius est suspendere judicium, quam vago errorum oceano se committere.

Experimenta sida nimis pauca, quin contraria, maximam difficultatem afferunt, ut ne quidem conjecturæ locus sit.

## MEDULLA OBLONGATA &amp; SPINALIS.

*Medulla oblongata* est principium medullæ spinalis, ergo non debent separari in hoc loco.

*Definitio.* Medulla oblongata est pars continens conjunctas medullas cerebri, cerebellique; exoriens anterius a cerebri, posterius a cerebelli substantia candidiori; in basi crani est collocata.

*Nomen*, hoc habet, quia in formam caudæ est elongata; quandiu intra cranium hæret, nomen *medullæ oblongatae* illi est, simulac autem per magnum foramen ossis occipitis ac per totam spinæ longitudinem extenditur, nomen *medullæ spinalis* obiinet.

Nullo evidente limite a medulla spinali distinguitur.

*Sedes*: medulla oblongata locata est sub ponte Varolii, incubit processui basilari ossis occipitis.

*Ortus*: oritur quatuor radicibus seu principiis a cerebri & cerebelli interiori substantia, ab illo duobus majoribus, quæ dicuntur *crura cerebri*, & duobus minoribus a cerebello vocanturque *pedunculi cerebelli*.

In principio quatuor eminentibus columnis inscribitur; quarum exteriores aliquanto breviores, medullares, cinercis etiam striis mixtæ, obtusæ, *olivaria corpora* dicuntur. Ad latera quasi curvatis caudis in medullam oblongatam inseruntur.

Interiores & tumidiores colliculi, *pyramidalia corpora* nominantur.

In parte anteriore fibræ, a cruribus cerebri, rectæ descendunt.

Medii colliculi sulco separantur, quæ rima per totam anteriorem faciem medullæ spinalis continuatur.

Ad latus ejus rimæ, modice medulla oblongata intumescit.

Posterior pars oblongatae medullæ, e regione anteriorum corporum pyramidalium & olivarium, posteriora habet *pyramidalia*, simili rima distin&a.

*Substantia*: Medulla oblongata videtur pro maxima parte constare tubulis medullaribus, ab interiori cerebri & cerebelli substantia continuatis.

Intus corticem naturam, cum medulla, striatum mistam, habet.

Hæc medulla aliquanto durior est illa cerebri & cerebelli, albicantiorque.

*Involucra*: pia membrana, proxime continet, medullam oblongatam, per ambitum exteriorem, tum per rimas, & pene in duas partes dividit.

*Nervi*: ab hac medulla egrediuntur paria novem nervorum, de quibus infra in speciali tractatione.

In medulla oblongata radicantur omnes nervi, qui cranio excent, & cum medulla spinalis ejus sit elongatio, jure dici potest, quod sit origo & mater omnium totius corporis nervorum.

Veteres anatomici septem tantum paria constitue-

rent; Willisius autem numerat decem paria; sed cervicale ejus rectius ad nervos spinales pertinet.

*Partes*: medulla oblongata in facie inferiori sua, monstrat varias prominentias, processus, seu productiones medullares, truncos nervorum, vasorumque sanguiferorum.

*Processus medullares*:

1. *Crura*: sunt rami majores, anteriores medullæ.
2. *Pons Varolii*: est protuberantia transversalis vel semiannularis. Medulla ex omni cerebelli ambitu advenit instar radicum & in truncum adunatur.

Hæc collectio tripli modo, sinem habet.

Anterior & princeps media pars, utrinque introrsum & antrotsum curvatur, & dextra ad sinistram tendit, donec uniantur, vocantur *crura cerebelli* & *crura minora medullæ oblongatae*.

Cum ea crura medullaria anterius se cruribus cerebelli subjiciant, fit inde quasi arcus, duobus fluminibus confluentibus impositus, cuius nomen *pons Varolii* seu *protuberantia annularis*.

Tota tamen cerebelli medulla non imponitur totis cruribus cerebri; sed intricatio fit.

Medulla cerebelli est anterior & inferior, huic succedunt fibræ cerebri, capitis longitudinem sequentes, dein aliae transversæ a cerebello, iisque novum stratum fibrarum a cerebro.

*Processus minores, posteriores, oblongatae medullæ seu pedunculi cerebelli*: oriuntur utrinque ex protuberantia annulari.

Formant expansiones medullares illas, quæ verticaliter sectæ monstrant ramifications albidas, & vulgo notæ sunt nomine *arboris vitae*.

4. *Cauda oblongata medullæ*: cum paribus duabus tuberculorum vocantur *corpora olivaria* & *corpora pyramidalia*.

Medulla oblongata a ponte Varolii sulco separatur, in ejus medio profundior quasi canalis est; ea in sede latior sub eminentiis mammillaribus diminuitur, nomen deponit, ubi penitus de capite exiit.

*Medulla spinalis* est continuatio medullæ oblongatae cerebri, hæret in cavitate seu theca, quæ componitur ex vertebribus colli, dorsi, lumborum & ossis sacri.

Loco inferiori ad vertebram secundam lumborum terminatur in fasciculum nervorum magnum, *Cauda Equina* dictum, a figura, quam refert.

*Figura*: est cylindrus, anterius & posterius parum compressa; per totam longitudinem binis sulcis signata, in collo minor, in dorso angustior, in lumbis crassior denuo est.

*Fabrika*: ex substantia medullari, alba, & cineritia.

*Differentia*: in medulla spinali diversitas aliqua cum illa cerebri intercedit, nempe substantia medullaris,

laris, alba in spinali mollior est, externe locata, fibris componitur plurimis; cineritia vero, seclusa ac in cerebro, id est intra reconditur.

*Involucra:* simili modo ac cerebrum investitur dura meninga, arachnoidea, tenuique meninga.

Tunicæ duæ priores, laxè continent medullam spinalē.

Extima superficies duræ meningis, a vertebra prima colli ad vertebram duodecimam dorsi, ligamento serrato, denticulato, in intersutulijs egressum nervorum obducitur.

*Arteriae* medullæ spinalis sunt a carotidibus, a vertebralibus & intercostalibus, dorsalibus, lumbariis & sacris.

*Veneæ:* terminantur in sinus vertebrales; & intercostales, lumbales, sacras venas.

*Nervi:* ex medulla spinali egrediuntur quatuor classes nervorum.

1. *Cervicales:* quorum sunt octo paria.

2. *Dorsales:* undecim paria.

3. *Lumbares:* sex paria.

4. *Sacrales:* quinque paria.

Nervi spinæ ex ipsa spinali medulla prodeunt, duplice radice, anteriori & posteriori.

*Anterior* radix jungitur cum nervo intercostali, ramulis sexti & quinti paris produculo, cuius propagines ad partes & viscera distribuuntur.

*Posterior* radix in vicinos musculos constanter insumitur: sola posterior radix ganglion habet, dein unitur cum radice anteriori.

*Finis* medullæ spinalis est circa primam aut secundam vertebram lumborum. In imo sacco, quo medulla spinalis continetur, non infrequens est aquila subrubella, tenuis, cuius nimis copia in fetu, morbum facit, qui vocatur *spina bifida*.

Discissiones & compressiones medullæ spinalis circa superiora mortem inferunt; circa inferiora, læsiones partium sub hac medullæ parte fitarum, excitant.

### *De nervorum funiculis.*

Funiculus nervus est portio aliqua substantiæ medullaris cerebri aut spinalis dorsi; in vaginula membranacea a pia matre producta includitur, & quasi funiculus appetat.

Facile conspicere licet nudo oculo, funiculos in nervis adhuc in cavo cranii & spinæ dorsalis inclusis, ubi ablata arachnoidea, nudi funiculi in sensu incurvunt, maxime in quinto, octavo & nono pari nervorum cerebri, & in radicibus anterioribus, posterioribusque medullæ spinalis, nec non in nervo ischiadicō, aliisque ex transverso dissectis, plures funiculi deteguntur, ex quibus nervi constant.

Hac ratione dudum nervorum funiculi anatomici innotuere. Sed alia suprerat via eos investigandi, nervorum videlicet extra cavum cranii & vertebrarum decurrentium, ex suo primo cellulosῳ involucro, extorticatio.

Hic labor anatomici patientiam non modicum quidem exercet, attamen operæ pretium fuerit intuenti, amoenum spectaculum mire variantis funicularum in suo decursu crassitati & numeri, & miræ plane funicularum inter se concatenationes, plexusque qui se offrunt ablato primo involucro.

Funiculi, ope piæ matris ligantur, ex his omnes, etiam summe exigui nervi constant.

Hi funiculi in plerisque nervis apparent cylindrici, complanati, recti, paralleli, a medulla encephali & spinæ dorsalis usque ad finem distincti.

Numerus funicularum in nervis incertus est: Cl. Meckel, inventit in truncō quinti paris nervorum cerebri, plurimos funiculos, crassitie inæquales, numeravit septuaginta, nonaginta, etiam centum, in Ischiadico etiam plures.

Ope microscopii, examinati singuli funiculi, in minores discedunt, tandemque in fibras innumerabiles dispergiuntur, ut nunquam reperies fines divisionis.

Funiculi per cellulosam telam, in quam etiam interna duræ matris lamina resolvitur, quam primum foramina ossea excidunt, in nervorum funes, ligantur, in qua cellulosa vasa clare cernuntur.

A majore involucrorum numero & tela cellulosa stipata, nervorum durities oritur.

Ex dissectis nervis medulla prominet, instar monticuli, ut argentum vivum prominet, quando a graviore aere pressum, nunc ascendet. Inde est fungosa caro, quæ ex dissectis nervis protuberat, & fungi in læsionibus cerebri, &c.

Nervorum trunci & rami, in suo decursu sœpe inter se conjunguntur & in diversas partes distribuuntur, alii integri in aliquam partem absuntur.

Fibræ in plexibus nervorum, tam intricate mixtæ sunt, ut unusquisque ramus a plexu ablegatus, recipiat fibras ab omnibus nervis, qui ingrediuntur plexum.

Fibrillæ nerveæ, sua cellulosa ambeuntur, quæ inter se cohærent, ac firmantur; de hac cellulosa tela dici protest, eam cum arachnoidea cerebri continuari.

In nervis non paucis & artibus, aliqua robusta albaque vaginæ imago est, quæ funiculos nerveos, in unum nervum conjunctos, undique obvolvit; hæc est accessoria & diversa ab ea, quæ de cerebro advenit.

Ab hac potissimum nervi, alioquin molles, duritiem habent; sed hæc species membranae cellulosæ sit fibris, inque ejusmodi fila dissolvitur. Hæc cellulosa porro nervos ad duram membranam, adque vicinas membranas, musculos, viscera & ossa revincit.

Robur nervis, ut aliis membranis, filisque cellulosis inest.

Pia meninx seu involucrum nervorum minorum, non videri potest certo sensuum testimonio secedere, finem nullo artificio lucisque demonstrare licuit.

Fibræ in chorda vel fasciculo nervo firmiter sunt connexæ,

*connexæ*, & diversi nervi junguntur in uno trunco, seu ganglio, sed *sensatio*, est distincta & possumus separatim movere musculos: si in his duobus, nervi sunt agentes primarii, licet concludere, quod nulla mixtio, unio, confusio, & immediata communicatio fibrarem nervearum adsit, sed quod fibrilla quæque ab origine usque ad terminationem suam integra maneat.

*Elasticitas*: valde paucam, nervi habent, comparet cum aliis partibus corporis humani. Dissecti ex corpore non breviores sunt, quando vasa sanguinea se contrahant tres octavas partes.

*Irritabilitas*: in vivo animali, si nervum scalpello irritaveris, tunc musculi quidem, quo sunque nervus adiverit omnes, in vehementes convulsiones cidentur, cæterum nervus ipse, immotus quiescit, hoc experimentum aliquos claros viros induxit, ad denegandam irritabilitatem nervorum.

Quando nervi sunt compressi, scissi vel destructi

tunc partes, qui utuntur his nervis, ulteriores a loco læsionis, de capite vel spina dorsi, experiuntur diminutionem in sensu, motu, nutritu, vel in totum perdunt ea.

Hi effectus non cernuntur in partibus origini nervorum proximioribus.

A ligatura facta supra nervum sine ejus fabricæ destructione, obstrui potest vis nervea, sed dempta obstruente causa, iterum reddit ad munus consuetum.

Si autem ligatura destruxerit nervum, nunquam recuperabitur.

Cerebri & spinæ irritationes, compressiones, destructiones, efficiunt in partibus, quibus nervi læsi prospiciunt, convulsiones, resolutiones, tabes & sensuum jaclitam; & a causa efficiente remota, symptomata etiam cessant, hinc concludunt nervos communicare cum origine & influxum quem habent in partes nervis subditas, accipere ex energia encephali & medullis.

### Ganglia & Plexus.

*Ganglia* sunt corpuscula dura, olivaria, rubella, tunica speciali cincta, constant fibris nerveis plurimis sibi invicem arte intertextis & sub specie textus tenuisimi cohærentibus.

*Sedem* ganglia habent in nervis, nunquam in cerebro aut in spinali medulla repertæ fuerunt; ganglia vero sunt, quasi nervorum quædam degenerationes.

Ganglia reperiuntur in eo loco nervi, in quo plures rami confluunt & a qua plures secedunt.

Durissima pars nervi, *ganglion* dicitur, etiam in minimis orbitæ, cordis, sacrique ossis gangliis.

Arteriolæ numerosæ ad ganglia accedunt, hinc & eorum rubedo oritur.

*Involucrum* est ex dura cellulosa tela, firma, qua ipsi funiculi nervei interrumpuntur. Vertebralium nervorum ganglia, involucrum habent, ex dura matre.

Ganglia habent involucra crassiora & ampliora vasa sanguifera, quam ipsi nervi, apparentque sic rubriora & muscularia: copiosi nervuli egrediuntur ex gangliis.

In gangliis, fibrillæ nervorum non evanescunt, sed possunt prosequi, ab ingressu usque ad egressum, per totam substantiam ganglii, in facie ejus opposita.

In dissectione conspicuntur fibræ longitudinales, & aliae fibræ oblique currentes laterales.

In transitu per ganglia, fibrillæ communicant cum aliis, mutant directiones, & intra ganglia incrassantur vasculari quadam *substantia*, ei simili quæ est in cortice cerebri.

Cum nervis ejusdem lateris faciunt uniones, non autem cum nervis oppositi lateris.

*Magnitudo* gangliorum: minima sunt in primo par cervicalium, inde sensim augmentur, usque ad cervicale ultimum, & dorsale primum: per dorsum iterum minuuntur volumine, & in lumbaribus, dein incrementantur, usque ad primum sacrale, donec ultimum sacrale, æque parvum ac primum cæricale evadat.

Multi parvi nervi ex gangliis emittuntur, sed non æquales ganglio, in structura autem non differunt ab aliis nervis.

Aliqui nervi, imprimis, qui visceribus proprii sunt, post unionem, formant nodum largiorem, quam omnes nervi sunt, ex quibus compositum est ganglion.

Ex medulla spinali oriuntur 30 paria nervorum qui perforata dura membrana intumescunt in totidemque ganglia: quivis autem nervus duas radices habet, anteriorem & posteriorem; non omnes radices confluunt in ganglio, sed sola posterior intrat ganglion, anterior vero per cellulosam telam ei annexa est.

Nec prius anteriores radices, cum posterioribus uniuntur, nisi postquam hæ ex suis gangliis, iterum egressæ fuerint.

Inter cerebri nervos absque ganglio est; olfactarius, opticus, quartus, septimus, octavus & nonus.

Intercostalis nervus frequentia habet ganglia; in cervice tria: in thorace, lumbis & pelvi tot, quot nervorum propagines ex spinali medulla; tum in cordis vicinia, sub diaphragmate, circa arteriæ cœliacæ & mesentericæ originem: & circa renes in plexuosis rebus. Denique in ramo principe splanchnico.

Ganglia & plexus sunt in vicinia arteriarum.

Ganglia semper majora sunt, quam nervus est, ex quo quodque oritur.

Semper fere nervi numerosiores, ex gangliis prouident, quam subierunt.

*Ganglion cervicale superius*: quando nervus intercostalis de foramine caroticum prodiit, inter processus transversos primæ & secundæ vertebræ, & angulum maxillæ inferioris, in ganglion intumescit.

*Ganglion cervicale medium*: ad quintam vel sextam collig.

colli vertebram, intumescit: ex hoc multi nervi ad cor & recurrentem truncum tendunt, œsophagumque, &c.

*Ganglion cervicale infimum:* in processu transverso vertebræ septimæ, inque primæ costæ nascentis sinu, pone arteriam vertebralem, sit a trunco intercostali hoc ganglion, magnum, rotundum, breve, tenax ac validum; alias sunt duo satis distincta, vicina tamen & conjuncta.

Hoc ganglion accipit ramos, a nervis cervicis sexto, septimo, octavo, & primo costalium.

Edit autem surculos, ad nervos cardiacos, ad recurrentem, ad pulmonem, & cor.

#### *Ganglia semilunaria, plexusque medius.*

Quando nervus splanchnicus, dexter sinisterve, diaphragma penetravit, facit utrinque longum, obliquum, pene transversum ganglion, *semilunare* dictum, ob figuram, quam utrumque ganglion cum plexu conjunctum exprimit.

Ante aortam in plexum coeunt, supra & infra origines arteriæ cœliacæ, mesentericæque, quas arterias repetitis laqueis intercipiunt.

Nervi ab his gangliis orti, sunt: *Phrenici, gastrici, hepatici, lienales.*

*Plexus:* dum plures nervi retis ad instar invicem uniuntur, plexus exsurgunt: ex hisce iterum numerosi ramuli, per vicinas partes uniuntur.

1. *Plexus Cardiacus:* 1. In thoracis cavo, trunca nervorum vagorum emittit nervos recurrentes:
2. Ad exortum n. recurrentium enascuntur pluri alii ramuli anastomosantes cum ganglio cervicali supremo, medio, infimo, cum n. recurrentibus, diaphragmaticis, & pari primo cervicalium: nervi nunc dicti omnes in latere superiori pericardii confluunt & constituunt plexum cardiacum.
2. *Plexus Pulmonalis dexter & sinister:* per pulmones & per asperam arteriam distribuitur: oritur a trunco paris octavi, ramis a plexu cardiaco, & nervis recurrentibus.
3. *Plexus Oesophageus:* Ambo trunci paris octavi secundum oesophagum descendunt, ramus dexter in facie ejus postica, sinister in facie antica, ibi spargunt plures surculos, qui uniti plexus oesophageos producunt; nervi hinc in oesophagum partesque vicinas abscunt.
4. *Plexus Stomachicus:* trunci nervi vagi cum oesophago per diaphragma ad ventriculum descendunt, ibi unione ramorum plexus stomachicos duos gigant.

*Plexus anterior & minor:* per faciem anteriorem, arcumque majorem expanditur ventriculi.

— *posterior:* isque & major, per faciem posteriorum arcumque minorem distribuitur. Rami abeunt ad hepar, pancreas, & diaphragma; uniuntur rami nonnulli nervi vagi, cum ramis nervi intercostalis magni & concurrent ad formationem plexus hepatici, splenici, renalium, &c.

*Plexus Solaris:* in thorace observantur quinque rami nervorum, ex quibus dein ganglia semilunaria oriuntur.

Primus ramorum nascitur a *ganglio dorsali quinto*. Secundus a sexto, tertius a septimo, quartus ab octavo, quintus a nono, decimo subinde ab undecimo.

Rami hi omnes secundum vertebras dorsi descendunt, diaphragma transeunt, inibi utrinque in unum truncum confluent, qui dicitur *nervus splanchnicus*, aut *intercostalis parvus* seu anterior.

Truncus quilibet sub diaphragmate in facie aortæ anteriori lateraliter *ganglion magnum semilunare* producit, ex quo propullulant surculi quidam exigui nervei: uniti hi invicem generant *plexum solare*.

Ex gangliis semilunariis cum aliis ex plexu solari, formantur omnes plexus abdominales, sunt:

1. *Plexus Cœliacus:* oritur ex ramis conjunctis plexus solari & ganglii semilunaris.
2. *Plexus Hepaticus:* oritur ex ramis plexus abdominalis & ganglii semilunaris dextri.
3. *Plexus Splenicus:* oritur ex plexu abdominali & ganglio semilunari sinistro: surculos mittit ad ventriculum & pancreas.
4. *Plexus mesentericus superior:* nascitur ex ramis ganglioruni duorum semilunarium, plexus solaris & abdominalis.

Emittuntur rami ad partem superiorem mesenterii, ad mesocolon, & ad glandulas mesentericas.

5. *Plexus Renalis:* ex ramis ganglii semilunaris, plexus superioris mesenterici & superlumbaris;

Distribuitur per renes & glandulas renales.

Rami quidam hujus & praecedentis prope aortam descendunt, ad generandum plexum mesentericum posteriorem inferiorem.

6. *Plexus mesentericus inferior, &*
7. *Plexus mesocolicus, seu mesentericus posterior:* oriuntur ex ramis supra aortam decurrentibus plexus mesenterici superioris & renalis: ambo ablegant ramos in mesenterium & intestina.
8. *Plexus hypogastricus:* ex ramis plexus mesenterici superioris & inferioris, ad vertebram lumborum quartam ex utroque latere in unum confluentibus.


*Plexus inferius paulo*, in duos abit ramos, quibus ex suo latere in *ganglion planum* intumescit, cuius rami ad partes vicinas, intestinum rectum.

9. *Plexus spermaticus:* oritur ex plexibus mesentericis, cum nervis lumbaribus & sacralibus conexis. Mandat ramos ad vasa spermatica, testes, ovaria.


Ex ortu & conjunctione plexuum horum omnium apparet, omnes in universum aut immediate, aut ope viscerum invicem conjungi.

*Consensus, seu sympathia nervorum:* ex gangliorum & plexuum ortu & conjunctione apparet, omnes in universum aut immediate, aut ope viscerum invicem uniri & consensum habere, in omnia viscera abdominalia suos nervos emittere & sympathetice afficere.

*Usus:* gangliorum nondum bene cognitus est.



TABVLA. XXIX.



Schola et historia Medicinae a Gul Rowley.

## T A B U L A XXIX.

## Figura 1.

- Est portio nervi dextri, tertii paris cerebri.*  
 a. b. Pars hujus nervi, quæ adhuc in cavo cranii decurrit, & a sola pia matre suum involucrum habet.

Notantur in hac parte, striæ interuptæ, satque profundæ, in substantiam medullarem hujus nervi penetrantes, quæ sunt a septis a pia materia, in illam substantiam demissis, iisque vasculosis.

Similes striæ, & ab eadem caussa enatæ, visuntur in nervis opticis, antequam in orbitas intrantes, involucra a dura matre acquirant.

- b. c. Hic fortius nactus involucrum, in crassiores ac concatenatos funiculos abit.  
 d. Est funiculus a ramo nervi ophthalmici ad ramum unum tertii paris cerebri accedens.

## Figura 2.

Nervorum cerebri quinti paris portio ea, quæ adhuc in cranii cavitate potissimum continetur, exemta, & ablata, dura matre nudata, ex facie sua superiore conspicitur.

- a. Truncus quinti paris nervorum cerebri, consistans plurimis funiculis nerveis, crassitie inæqualibus & numero incertis, ita ut septuaginta, nonaginta, etiam centum inventi fuerint.

Hi funiculi multiplicitate inter se concatenati sunt, quam concatenationem, quod mirum nec gravissimi anatomici expressere, sed contrario plane modo parallelum eorum decursum sejunctumque pinxerunt.

- b. Ganglion semilunare Gasserianum, ab inventore nomen habet.  
 c. Primus ramus quinti paris, seu ophthalmicus cellulofo suo involucro orbis.  
 d. Secundus ramus ejusdem, seu maxillaris superior.  
 e. Tertius ramus, seu maxillaris inferior. Ab latto cellulofo horum trium rimatorum involucro appetat quod singuli ex pluribus funiculis inter se frequenter concatenatis componantur.

## Figura 3.

Est nervus quinti paris cerebri ejusdem lateris, sua facie inferiore conspectus.

- a. Truncus quinti paris.  
 b. Ganglion ejus semilunare.  
 c. Primus ramus, seu ophthalmicus.  
 d. Secundus ramus, seu maxillaris superior.  
 e. Tertius ramus, seu maxillaris inferior, qui in tres notabiles abit, quorum.  
 f. Primus, pterygoideos, masticatorios, temporales, buccinatorios, &c. ramos spargit.

- g. Secundus maxillaris inferior, seu alveolaris propriæ dictus.

## h. Tertius lingualis.

Hi duo ultimi in principio sunt multa cellulosæ obduclæ, ut unum truncum constitueat vi deantur.

- i. Est peculiaris funiculorum nerveorum sub trunco quinti paris fasciculus, qui communice origine, cum quinto pari ortus, sub ganglio semilunari in peculiari impressione, in illo ad tertium ramum quinti paris, maxillarem inferiorem dictum, properat, in quem suos funiculos dispergit.

- k. Portio sexti paris cerebri per sinum cavernosum decurrens, unico constans funiculo, post ortum suum seu insertionem nervi intercostalis magni paululum crassescens, & duas breves strias sibi insculptas habens.

- l. Origo nervi intercostalis magni, seu si mavis ejus in sexti paris nervum insertio duplex quasi, anterior & posterior, utraque pluribus & valde tenuibus funiculis constans, qui subito confluent, & rursus dissolvuntur.

## Figura 4.

Pingitur aliis iterum quinti paris nervus, dextri lateris & ab inferiori facie visus, una cum vicina portione nervi sexti paris cerebri.

- a. Truncus nervi quinti paris.  
 b. Ganglion semilunare, per quod versus maxillarem inferiorem ramum multi funiculi irresoluti transeunt.  
 c. Primus ramus.  
 d. Secundus ramus.  
 e. Tertius ramus.  
 f. Fasciculus peculiaris funiculorum nervorum sub ganglio semilunari ad maxillarem inferiorem properans.  
 g. Portio sexti paris cerebri.  
 h. Alia quam in præcedente figura origo nervi intercostalis magni seu sympathici magni Winslowi, qualis saepe reperi solet. Hujus sexti paris nervi nexus, cum ophthalmico aliis, cum Hallero & pluribus aliis non reperitur, nisi cellulofus & vasculosus, minime vero per funiculos aliquos nerveos neque ab ophthalmico ad intercostalem magnum nervosa aliqua radix abscessit, & nisi injectio subtilis vasculorum liquore colorato præcesserit, occasio fallendi observatorum, est profecto opportunissima.

## T A B U L A XXX.

## Figura 1.

Hæc plexum brachiale dextræ lateris, ex homine adulto complectitur, una cum gangliis quinti, sextri, septimi & octavi paris cervicalium, & primi dorsali nervorum, ex quibus videlicet plexus brachialis componitur.

Omnis plexus hujus nervi, fuerit sollicite ex primo suo celluloso involucro excorticati, ut soli ac nudi nervorum funiculi conspicuntur, corumque diversa crassities ac communicandi modus.

5 6.7.8. Nervi ultimorum quatuor parium cervicalium.

i. Nervus primi paris dorsali.

aaaaa. Funiculi, qui ex radicibus anterioribus horum nervorum, ex medulla spinali ortis sunt, & ganglia radicum posteriorum transeunt, nec prius radicibus posterioribus uniuntur, nisi postquam haec ex suis gangliis, iterum egressæ fuerint.

bbbb. Funiculi ex radicibus posterioribus venientes.

cccc. Ganglia a radicibus posterioribus solis formatæ.

ddddd. Trunci nervorum ad plexum brachiale formandum confluentium; quorum primus, id est quintus cervicalis, unico coque crasso constat funiculo: cæteri vero pluribus & saepe inter se communicantibus.

Hi trunci postmodum, miro modo sibi implicantur, quod melius figura, quam operosa descriptio docere potest.

e. Nervus supra scapularis.

f. Nervus axillaris, seu circumflexus.

g. Nervus cutaneus externus, seu musculo cutaneus.

h. Nervus radialis.

i. Nervus medianus duplice radice; nempe

k. l. Ex plexu brachiali prodiens.

m. Nervus cubitalis.

n. Nervus cutaneus internus.

ooo. Sunt alii minores nervi ex plexu brachiali paucim prodeentes & paucim innominati.

## Figura 2.

Est portio nervi mediani, cuius funiculi, ablata extera cellulari vagina a se se opere disjuncti, manentibus tamen suis mutuis inosculationibus exhibentur.

Omnia sunt in magnitudine naturæ denticulata; tamen aliquos funiculos & præcipue eos, qui transversim reliquos connecent, nonnihil inter delineandum prolongare oportuit, ut uno intuitu clare conspiciri possent; attamen aliquos funiculos secarc oportebat.

aaa. Sunt tubercula, quibus similia plura adhuc

videri possunt, quæ nascuntur a medulla funicularum nerveorum ibidem minus resistenter vaginam propellente.

## Figura 3.

Sunt portiones nervorum noni & octavi paris cerebri.

Ambo abscti furcunt proprie exitum suum ex crano & sunt dextræ lateris.

a. Octavi paris nervus, pluribus hic constans funiculis, quorum unus abit ad formandum

b. Nervum pharyngeum.

c. Hic loci nervus vagus intumuit & paucioribus constabat funiculis.

d. Nervus laryngeus a vago ortus & absctus, postrorsumque reclinatus.

e. Portio nervi vagi per collum descendens, ablato ejus celluloso involucro conspicua, ut nudi funiculi nervei in ea cerni possint, qui multiplicitate concatenatione inter se juncti sunt.

g. Nervus noni paris cerebri seu lingualis unicus & crassior constans funiculo, ramoso tamen, dum in linguam ingreditur. Hic nervus cum vago cohærebat, tum per cellulosam, cum per exiguos nerveos funiculos, qui abscti cernuntur.

h. Nervus a nono pari, descendens dictus, absctus & plures radices a nono pari habens, quarum quædam principium nervi lingualis respiciunt, una vero finem & una intermedia sursum spectat.

## Figura 4.

Est similis portio nervi octavi & noni paris cerebri ex dextro latere, sed alterius subjecti defumta, quæ varietatis ergo hic depicta datur.

s. Nervus vagus, tribus constans funiculis.

b. Nervus pharyngeus, a quo funiculus unus descendit & inferius cum tranco octavi paris unitur.

c. Nervus laryngeus.

d. Hic loci nervus vagus unico constabat funiculo, eoque crasso & inæqualiter rotundo.

e. Portio nervi vagi per collum descendantis.

fff. Nervus noni paris cerebri, seu lingualis, unicum funiculum efficiens, ramosum tamen versus linguam.

g. Nervus a nono pari cerebri descendens dictus, cuius altera & superior extremitas abscta, cum vago nervo unita fuit.


Si attentius naturam hujus nexus consideremus, facile concedemus, hunc nervum, non minus ascendentem, quam descendenter dici debere.

TABVLA XXX.




Schola et historia Medicinae a Gul Rowley.





TABVLA XXXI.



## T A B U L A

## XXXI.

*Figura 1.* — Sistit particulam nervi optici humani, in orbita jam ad bulbum oculi de currentis, conspectam per lentein, objectorum diametrum, quatuor centum vicibus augmentum.

aaaa. Nervi optici vagina externa a duræ matris interna lamina producta.

bbbb. Interior ejus nervi substantia, ex multis funiculis constans.

cc. Duæ arteriolæ, quæ tam, supra, quam infra, nerveos funiculòs disseminabantur.

*Figura 2.* — Est sectio transversa nervi optici, in qua funiculorum nerveorum distinctæ sectiones videntur instar parvorum monticulorum prominulæ.

*Figura 3.* — Est sectio transversa nervi ischiadicæ hominis adulti, qui prius exsiccatus fuit, ut ex eo lamella tenuis scindi posset, quæ postea aqua iterum humectata fuit, ut magnitudinem lateralem ferme adepta esset.

Magnitudo tamen naturalis est aliquantulum hic aucta, ut etiam tenuiores nervorum funiculi exprimi possent.

aaaa. Tela cellularis externam nervi vaginam constituens.

bbbb. Sunt quatuor tantum sectiones transversæ, funiculorum nervum ischiadicum componentium indicatæ, reliquæ per se patent, quomodo & magnitudine & figura discrepant.

*Figura 4.* — Est particula lamellæ nervi ischiadicæ transversim secti, delineata per lenticulam objectam in diametro 100 vicibus augmentem.

aaa. Vagina cellularis nerveos funiculos circumdans ac intercurrentes.

*Figura 5.* — Sectio transversa unius funiculi nervi, conspecta per lentem objectum diametrum 400 vicibus augmentantem.

Videtur tota hæc sectio ex minimis globulis inæqualiter rotundis esse composita.

*Figura 6.* — In nervi ischiadicæ nervi transverse secti lamella, quæ in aqua suspensa ope lentis 400 vicibus diametrum objecti augmentis examinabatur, unus nerveus funiculus, situm pendente habuit, quem etiam hæc figura delineatum sistit.

aaa. Pars ejus funiculi propria sua vagina adhuc circumdata.

bb. Medulla ejus funiculi ab elasticitate vaginæ expressa, ex parte lateralí conspecta.

*Figura 7.* — Est particula pulpæ medullæ spinalis in aqua suspensa.

Constat ex meris globulis minimis promi-

fcue, ut videtur, sibi accumbentibus, attamen nexionis inter se per cellulosam subtilissimam, in aqua macerando, haud facile dissolvendam.

*Figura 8, 9, 10, 11.* — Exprimunt trium globulorum medullarium augmentum majus adhuc, & variantem quoque figuram ac magnitudinem, prout, lens, qua examinantur vel proprius vel remotius ab objecto locatur.

*Figura 12.* — Sistit portionem nervi ischiadicæ ex infante per arterias injecto.

Est magnitudo modicum aucta, ut arteriolæ melius exprimi possent.

a. Truncus nervi ischiadicæ, in quo funiculi ejus clare cernuntur.

b. Nervus popliteus externus.

c. Nervus popliteus internus.

b. d. c. d. Hic cellulosa tela copiosior, adhuc tegebat nervos, & vasa plura repleta erant.

cccc. Arteriolæ ex vicina cellulosa, ad nervum pergentes, & ibidem ubique, inter funiculos nerveos reptantes.

a. *Figura 13.* — Est portio crassi cujusdam funiculi nervi cervicalis ad plexum brachiale formandum concurrentis.

b. Prominet fungus, seu monticulus, substantiae medullaris, per strias profundas in irregulares areolas divisus.

Hæ striæ demonstrant, quomodo septa membranacea, orta ab interna superficie, exterioris funiculorum nerveorum involucri, substantiam funiculorum nervorum internam & medullarem partiantur.

*Figura 14.* — Representat fungositatem præternaturalcm substantiae medullaris funiculorum nerveorum, cuius origini occasionem dederat, amputatio brachii foeminæ, cuius manus & antibrachium gangrena pessimum datum fuit. Supervixit operationi felici diu foemina; tandem alio morbo cum periret, data est occasio examinandi truncatum membrum, in quo omnes abselorum nervorum extremitates in nodos intumuisse observabantur; ex quibus radialis accuratius examinatus, post decorticatam cellulosam, monstrabat, quomodo ex funiculis ejusdem nervi, excrcverit substantia medullaris, instar molis informis albæ ac satis duræ.

a. Funiculi nervi, nervum radialem hic loci componentes, miris concatenationibus inter se connexi.

b. Fungositas seu excrecentia substantiae medullaris, funiculorum nervi radiei...

### Vasa cerebri, cerebelli, & medullæ spinalis.

Hæc vasa sunt maxima, rami numerosi, dissimiles & propriam habent naturam.

In homine, ex convexitate magni arcus cordis, tres rami principales, distincti, arteriarum oriuntur:

1. *Arteria subclavia dextra*: quæ dein carotidem dextram emitit.

2. *Carotis sinistra*.

3. *Subclavia sinistra*.

*Carotis*: cum vena jugulari atque octavi paris nervo, ope telæ cellulose in fasciculum colligitur, ascendit ad marginem thyroideæ glandulæ per musculum rectum majorum capitii.

Dividitur vulgo in *externam* & *internam*: cum autem illa, quæ cerebrum adit, exterior sit, aut certe posterior, & quem vulgo *externam* vocant, ea vere sit interior, aut anterior non nunquam, appetet nomina mutanda esse.

*Carotis superficialis*, *vulgo externa*: sequentes ramos edit, qui vocantur:

1. *Arteria Thyeoidea*.

2. —— *Lingualis*.

3. —— *Pharyngea*.

4. —— *Labialis*.

5. —— *Occipitalis*.

6. —— *Auricularis interna*.

7. —— *Temporalis*.

8. —— *Maxillaris externa*.

Porro minores surculi plures, inter carotidis divisionem & glandulam parotidem, ablegantur in varios musculos capitii.

Hic solummodo agendum est de ramis, qui sanguinem vehunt ad cerebrum, ergo missis iis, quæ non ad hæc loca tendunt; primo occurrit.

*Arteria pharyngea*: quæ simplex plerumque oritur a carotide, raro duobus principiis.

Ramus aliquis cum vena jugulari, in cranium penetrat, ad sinum transversum, inclusæ vcnæ tunicas, & duram membranam cerebri vcnit, & in caveam, quæ cerebellum continet.

Alius ramulus, cum nono pare nervorum, in cranium, inque duram matrem vcnit, aut per foramen condyloideum occipitis.

Minuti etiam alii rami, ex superno ramo vertebrali, veniunt.

*Arteria occipitalis*: exit de carotide: late in sinciput spargitur, cum temporalibus & frontalibus communieat.

Ramus perpetuum mittit, per foramen mastoideum, ad duram membranam cerebri, cuius lobum posteriorem & cerebellum obtagit; super atlantem etiam, per magnum foramen, surculum in duram membranam edit.

Ad falcem penetrant duæ arteriolæ, non longe a falciformi sinu & coniunctione suturæ sagittalis cum lambdoidea.

Non rarum est, ramos noni paris & octavi sodales, & jugularis vcnæ, ab occipitali trunco esse.

*Arteria maxillaris interna*: ad maxillam inferiorem, superiorem, nares, orbitam, maxime spargitur; sed non uno in loco; numerosas arteriolas ad duram membranam mittit.

A carotide oritur, vel a temporali arteria; supra ligamentum maxillæ inferioris; ejus rami sunt nasales, palatini, infra orbitales, maxillares inferiores, auriculares, dentales superiores, musculares variis, temporales, pharyngei supremi.

Primus surculus qui ad duram membranam vcnit, nascitur prius, quam meningea. Cum tertio ramo quinti paris, in receptaculum sellæ equinæ tendit, inque hunc nervum duramque membranam, finitur.

*Arteria meningea proxima*: est princeps duræ membranæ: gignitur ex primis ramis maxillaris internæ, nonnunquam ex trunco carotidis, mittit surculos per exigua cranii foramina, ad duram membranam alarum pterygoidearum.

Dein, duobus ramis nervi tertii quinti paris, tanquam laqueo ambitur, per foramina alæ magnæ pterygoideæ in cranium subit, aditque duram membranam.

Versus sinum falciformem, longe latcque, per duram membranam extenditur, quæ lobum anteriorem & posteriorem cerebri continet.

Frequentia retia habet, cum sodali sua, cum meningea, quæ ab ophthalmica, & cum ea, quæ ab occipitali est & per foramen mammillare advcnit.

Ejus rami in adultiori homine, sulcos crano imprimunt, semper majores quo est proiectior ætate.

A meningea surculi prodeunt, qui per fissuram aquæductus Fallopii, ad organum auditum internum vniunt, cumque stylomastoidea conjunguntur.

Alii ex meningis ramuli, in tympanum descendunt.

Primaria aut secunda propago, a meningea mittitur, ad glandulam lacrimalm, & propc extimam alæ parvæ oram de crano exit.

Ex arteriis duræ matris, per foramina parietalia, sæpc trunculi de capite exeunt, cumquc arteriis pericranii communicant.

Dum trunca arteriæ maxillaris internæ, per fissuram spheno-maxillarem ascendit, mittit surculos ad duram membranam, ipsamque medullam & in receptaculum.

*Carotis cerebralis*, sive *interna*: postquam carotis externa, secessit a carotide communi, reliquus ramus pergit, per foramen ossis petrofi, & cerebralem, in calvariae cavum dicit.

Ante ejus ingressum in cranium, in junioribus semper, in *anfractum* contorquetur, ac dilatatur. In vicinia magni foraminis, descendit contra se ipsam,

& iterum ascendit vehementer gyro, ut bis ad acutissimum angulum, ductum suum mutet, est ubi in spiræ modum contorquetur.

Foramen ipsum flexuosum est : in flexionis primo angulo, sanguis de corde ascendens, restringitur in cranium illidit, idque totum concurrit.

Dum carotis per foramen transit, arteriam dat in canalem pterygoideum cunctem.

Edit surculum in tympanum, per aqueductum cum surculo meningea inosculatur.

Subit dein receptaculum, ad latus sellæ equinæ ; quod est intervallum, inter laminam internam duræ membranæ cerebri, ab osse petrofo trans magnas alas, ad latus sellæ equinæ, ad fissuram lacrimalis pergentem ; & super glandulam pituitariam, laminamque externam, quæ ossi adhaeret.

In hoc intervallo, mollis quædam & spongiosa natura est, in quam perpetuo sanguis effunditur, cum sanguinem propria avehit vena.

In receptaculi fine anteriori, aliis insignis anfractus est; arteria dein, laminam internam duræ matris perforat, & nunc est in cavo, quod arachnoideam inter duramque membranam potest cogitari.

Galenus & ejus sequaces veteres, hac in sede Rete Mirabile, posuerunt, ex brutis animalibus, in humanam anatomen receptum, glandulae pituitariae circumfusum, verum arteriarum ramosarum plexum intertextum, in quas carotis resolvatur, & ex quibus, eadem quasi regenerata anterius coalescat.

Oribasius ex Galeno eadem repetit.

Jacobus Berengarius cœclus a natura, primus contra errorem surrexit, dicebat se nihil retiformis in homine invenire. Carotidem omnino non dividi sic ut in se ipsam redeat.

Andreas Vesalius : mirabile rete refutavit, & ex homine rejicit.

Nicolaus Massa : vidisse putat retæ, sed inaneum.

Gabriel Fallopius : obscuram umbram apparere rectis, admisit.

J. J. Wepferus : scholarum figmentum masculine refutavit.

Thomas Willisius : in homine nullum esse asseruit.

Præstaret omnino, hoc nomine in homine abstinere, cui erroncam idem veteres affinxerunt, & utilitates valde singulares adscripterunt.

In receptaculo oriuntur plerumque duæ arteriæ.

Posterior minor : tendit ad membranam duram ; nervo quarto, quinto, sexto & glandulae pituitariae, ramulos impertit, cum vertebralis arteriæ ramis, communicat.

Anterior : adit quintum par nervorum, sextum, tertium, & quartum, duræ membranæ receptaculi & fissuræ sphenoïdaleæ prospicit, & glandulae pituitariae.

Arteria ophthalmica : est primus ramus carotidis, postquam duræ membranæ laminam internam, perforavit ad processus clinoides anteriores.

Rami ad duram membranam tendentes sunt :

*Arteria lacrimalis* : plerumque est ophthalmica propago, aliquando tamen meningea ; per foramen lacerum, orbitam subit, ad glandulam lacrimalem. Sed in ipso foramine lacero per proprium foramen, ramum ad duram matrem remittit, adit receptaculum, nervum quintum & tentorium cerebelli.

*Ethmoidea posterior* : nascitur ab ophthalmica & nonnunquam a lacrimali. Adit cellulas ethmoidales, naresque, hæc etiam ramum mittit ad duram membranam quæ est inter cristam galli & processus clinoides, cum sequenti anastomosat.

*Arteria ethmoidalis anterior* : ejus trunculus in craniī caveam redit, impenditur in cellulis ethmoidalis, naribusque : partim ad duram membranam, orbitis interjectam ; partim ad utrumque latus cristæ galli, ad falce venit, secundum finum falciformem ; princeps falcis est arteria.

*Cerebralis ramus communicans* : in loco, inter foramen opticum, ad angulum, in quo lobus anterior cerebri, a posteriori secedit, edit hæc arteria, surculos ad nervum opticum, infundibulum, glandulam pituitariam, in imum finem inferiorem plexus choriodei.

*Arteria communicans* : est princeps, quæ circulum Willisi, cum vertebralis arteriæ cerebrali ramo constituit : ante quidem Willisium, a Casserio dudum, & Veslingio, depieta fuit.

Circulo minus similis est, tamen figura undique clausa. Anastomosis arteriarum corporis callosi, communicantes arteriæ & cerebrales rami arteriæ vertebralis, trapeziam continuam faciunt figuram.

Hæc est præcipua in homine anastomosis; præter hanc aliæ dantur, inter arterias carotides & vertebrales ; hoc modo circulatio sanguinis liberrima manet in cerebrum, sicut obstrutio & degeneratio harum arteriarum, quæ non est infrequens, parum nocet homini aut animali.

Hæc arteriæ visæ fucrunt, cæcæ, lapideæ, ossæ, minoris diametri. *Willisius*.

Calculosæ, induratæ in maniaco, in cephalæa. *Harmer*.

Arterias tenuis meningis omnes, ossæ videntur *Morgagnius*.

Omnis cerebri arteriæ ossæ. *Buchwald* Obs.

Carotidibus dissimilis animal supervixisse. *Vesalius*.

*Arteria corporis callosi*. Proxime originem communicantis rami, finditur arteria carotis cerebralis, in duos ramos :

*Ramus anterior, minor, callosi corporis arteria* : dat vicino cerebro, anteriori lobo, optico nervo & olfactorio surculos, & communicat cum sodali sua, cumque aliis frequenter.

Ab hoc ipso ramo, surculos in ventriculi tertii anteriora, fornicisque partem cavam, ante commissuram, & in eam ipsam, prioremque partem septi lucidi venit ; numerosos ramos, grandesque, in vicina cerebri hemisphæria edit.

*Ramus curvatis posterior, seu Sylvianæ suffæ:* major ramus: edit ramum ad plexum chorioideum, surculos pia membranæ, crura cerebri.

Trunco suo fossam Sylvii subit, ad utrumque lobum, numerosos edit surculos, per cerebri gyros, deinceps cum ramis prioris arteriæ & propaginibus vertebralis arteriæ anastomosat, arteriæ hinc oriuntur, quæ cerebri medullam passim perforant.

Apparet carotidem internam, dare ramos nervis nonnullis, duræ membranæ, glandulæ pituitariae, oculo, palpebris, naso, frontique; tum tribus cerebri ventriculis, cruribus cerebri, plexui chorioidei in o., & parti cerebri anteriori proprie, in primis in superficie, deinde in intimis, sed ibi in minoribus surculis & in parte unice anteriori.

*Generalia* hæc habent arteriæ omnes cerebri:

Trunci sunt majores, & basi cranii vicini.

Per gyros imos incedunt ramis minoribus, & longius progressis, per gyrorum superficiem.

Omnis serpentino modo infleuntur & trans gyros recte facient, passimque anastomosant.

Omnis tenui constat membrana; a sanguine perlucens rubra & molles sunt.

Dissecta arteriæ collabescunt.

Peculiariter fragiles sunt, ab injectione anatomice facta ceracea, facile rumpuntur, quare a quibusdam dicitur, carere membrana musculari arterias cerebri.

Hæc fragilitas facit vulgatissimam causam apoplexiæ, rupturas nempe.

Majorem hæc arteriæ habent rationem ad suos trunços, Cl. Sauvages facit ut 175 ad 1.

Aneurismata etiam visa sunt in cerebro. Brunnor.

*Arteria Vertebralis.* Oritur plerumque ex subclavia, ut ejus trunci primus ramus sit; sinistra aliquando ex aortæ arcu.

Parvi rami adeunt medullam spinalem, atque musculos. Maxima autem pars ejus sanguinis ad cerebrum venit.

Proxime originem, a nervi intercostalis propagine, tanquam a laqueo continetur.

Ascendit per colli processus, eorumque singulorum foramen.

In processuum intervallis, ad musculos cervicis, emittit minutos ramulos.

Alii ramuli involucrum duræ membranæ, medullæ spinalis adeunt, ac in corporum ac spinarum periosteum, ramos edunt, in retia intricatos.

Supremi surculi, cum dura membrana in cranium ascendunt, & cum arteriis receptaculi, aliisque a carotide natis inosculantur.

Emittit in ipso aditu ad cerebrum, aut prius ad primam vel secundam vertebram, arteriam posteriorem duræ membranæ, quæ longe lateque se extendit, per cerebelli sedem, tum super crucem occipitis, sinus transversos, tum versus processus clinoides.

Ad secundam colli vertebram flebitur duobus fractibus, cum nervo decimo supra atlantem, perfora-

rata dura membrana, per foramen magnum, in cavum calvariae intrat, sub medullam oblongatam.

Iufra primam vertebram, majores ramos mitit ad musculos, duram membranam processus cuneiformis & in falcem cerebelli & ganglion nervi primi.

In calva, uterque truncaus vertebral, in pontis inferiori fine, coeunt, faciuntque arteriam basilaris: alii vocant cervicalem vel truncum vertebratum communium, dat arteriam inferiorem cerebelli: vel profundam datque ramulos ad medullam oblongatam, nervum nonum, oculum, ad plexum chorioideum quarti ventriculi, cerebellum exterius, quam vermis, in sulcum qui pontem a corporibus pyramidibus separat.

Coniunctus duarum vertebralium arteriarum truncus, per pontis Varolii sulcum incedit, ad ejus finem superiorem, inter arachnoideam & duram membranam.

Ad corpora olivaria & pyramidalia ramulos ablegat, & paries inferiores cerebelli, ejusque crura ad durum molleque nervum, ubi auditivam interiorem facit.

In fibrarum transversarum pontis intervallo, varios surculos dat, nervo quinto & sexto.

In superiori fine pontis Varolii, in quatuor ramos dividitur, alii numerant duos Surculi minores adeunt, superficiem cerebelli inferiorem & anteriorem, pontemque.

Dein trunci tendunt, cum cruribus cerebelli, ad nates & testes:

*Arteria a cerebelli superior:* subdividitur in tres ramos, qui sunt anterior, medius, et profundus.

*Anterior,* brevis, crus cerebelli subit, in cerebello, vermis parte anteriore, & plexu thalamis imposito, absimitur.

*Medius,* amplior: late se diffundit, per cerebelli partem superiorem, cum arteriis inferioribus cerebelli, varie inosculatur. Ejusdem surculi sulcos cerebelli, arbusculæ vitæ, atque vermi circumpositos, profunde subeunt.

Alii eunt ad thalamos nervorum opticorum, nates testesque & glandulam pinealem.

Alii in ventriculum quartum, valvulam magnam, crura a cerebello ad testes cunia.

*Tertius profundior:* dat similiter, nunc dictis partibus ramulos.

*Arteria posterior, vel cerebri profunda.*

Aliquanto major, anterior & superior, arteria basilaris divisæ ramus est, *Arteria profunda cerebri*, quæ a priori, interposito nervo tertii parvis separatur.

Ramos dat ventriculo tertio, thalamis, gemino centro, infundibulo, eminentiis mammillaribus, cruribus forniciis, eminentiæ quadrigeminæ pervenit ad medullam thalamorum opticorum, geminum centrum semicirculare, aquæductum Sylvii & pontem.

Edit arterias communicantes, quæ circulum Willisi componunt, cum arteriis a carotide natis.

Ipsa,

Ipsa, circa pedunculos cerebri circumflectitur, ad superiora, posteriora, inter cerebellum & cerebrum.

Ramos mittit in plexum chorioideum, thalamos, hippocampus, tæniam, corpora striata, velum, &c.

Ipse truncus in lobum cerebri posteriore consumitur, longe lateque per sulcos ejus gyrosque divisus, frequenter anastomosat cum ramis arteriarum carotidum.

*Arteria vertebralis sola*: adit pontem Varolii, cerebellum, medullam oblongatam, eminentiam quadrigeminam, glandulam pinealem.

Communes cum carotide habet; plexus chorioideos, cerebri lobum posteriore & anteriore, partem ventriculi tertii, thalamos opticus, corpora striata & septum lucidum.

*Anastomoses*: arteriae cerebrales passim communicant, cum duræ membranæ arteriolis.

*Arteriae receptaculi*: cum ramis parvis nervorum quinti paris sodalibus.

*Ophthalmicæ*, *propagines*: cum meningis præcipuis, &c.

*Arteriae medullæ spinalis*: in veteribus exigua eorum memoria exstat & fere historia a Willisio incepit.

*Arteria spinalis anterior*. duobus truncis nascitur, ex separatis arteriis vertebralibus, anterior est major, ad dorsalem medullam descendit. Datis ad corpora pyramidalia & olivaria, & nonum nervum, ramulis, in collo aut in dorso demum, in unum trunculum coalescit, qui per sulcum anteriorem spinalis medullæ pergit, communieat cum arteriis externis, surculos ad piæ matrem, nervos, nervorum membranas, rami losque cum pia membrana, in sulcum medullæ dorsalis & internum corticem mittit, donec de ima medullæ, in vagina a piæ membrana facta, exeat. Porro per totam caudam equinam continua, in membranis evanescat, in loco ubi cum coccygis os, sacrum os jungitur.

Hujus arteriæ finis ultimus in osse coccygis exscent a quibusdam descriptus fuit & habita pro nervo sine pare.

Convenit cum sodali in fine medullæ oblongata, in fovea anteriori, inter orientem medullam & pontem.

Dextra & sinistra spinalis antica, faciunt *Annulum*, primum; quadratum, ad sedem nervi noni; alterum in colli principio.

*Arteria spinalis posterior*: minor est anteriore, cinq̄e parallela, frequenter eum eadem anastomosat.

Per spatium medullæ, nervis nudum descendit, atque cum arteriis exterioribus, posteriorum nervorum sodalibus, aliisque ad anteriorem faciem medullæ spinalis venientibus, frequenter unitur.

Surculos dat ad piæ membranam, nervos, faciemque posteriorem medullæ in plexum chorioideum quarti ventriculi; eum ipsa medulla circa secundam vertebra lumborum, exhausta finitur.

*Arteriae medullæ spinalis externe*: piæter hos par-

vos a cerebro ramos, multo major quantitas sanguinis, qui medullam dorsalem adit, ab aliis externis truncis accedit. Tres rami ad singula nervorum intervalla venire solent.

Hi trunci generant, tres arteriarum classes, quæ ad medullam spinalem pertinent.

1. *Arteriae medullares*: medullæ spinalis ipsi dicatae: aliæ

*Anteriores*: sunt & majores, nervorum comites anteriorum, saepè in gangliorum duram membranam recipiuntur.

*Posteriores*, adveniunt cum aversi lateris nervis.

Posticæ spinalis medullæ arteriæ in universum anterioribus minores sunt, saepè in anteriorem partem se flecent; & inferiores, proxime superioribus inosculantur.

Anastomosi harum numerus minor est, quam vertebrarum & multa intervalla iis destituuntur.

Hæc fabrica adest, per longitudinem ligamenti denticulati; infra secundam lumborum vertebram, unus cum quoque nervo ramus, advenire solet.

*Anteriores arteriæ*: a vertebrali, deinde a thyroidea ima, a cervicali profunda, aut a prima intercostali oriuntur.

*Posteriores*: eodem etiam modo se habent.

In dorso: ab intercostalibus, undique proveniunt, tum a suprema, quam dat subclavia, tum ab aortis, exque dorsali ramo.

In lumbis: arteriæ lumbales ramos mittunt.

*Ima*: saepè ab ilio-lumbali est.

In sacro osse: arteriæ a sacris nascuntur, quas aorta ima, vel hypogastrici trunci, edunt.

Non cuilibet intervallo sua est arteria:

*Posteriores in dorso* sunt tres, quinque vel septem.

*Anteriores*: duæ, tres, vel quatuor.

In lumbis: nonnunquam unica.

*In esse sacro*: duæ, alias tot sunt, quot vertebræ.

2. *Alter*, ramus trium minimus: ganglion nervi cujusque, & cum eo duram membranam dorsalis medullæ & adipem adeuns, incertæ est originis, modo eum generat arteria thyroidea inferior: quas autem thyroidea non dat, generat partim vertebralis, partim alii cervicales trunculi. Videtur ramulus iste superficialis, in collo saepè scorpius nascit. In dorso lumbisque idem fere semper, a ramo medullæ proprio provenit.

3. *Tertius truncus*, qui adit vertebrarum peristylum: varie dividitur, ita ut quisque, cum binis proximis, superiori & inferiori & cum ramo sibi opposito, in involuero areus & retia faciat.

In dorso supremo intervallo; arteria nascitur ab arteria intercostali superiori.

In reliquis oculo vel novem intervallis: a reliquis intercostalibus, earumque trunco, communicant dorsali ramo.

In lumbis, a lumbaribus.

In osce sacro, a sacris.

Ad caput universum venit, tertia pars sanguinis totius. Si autem deinceps, quæ de carotidibus & vertebralibus ad exteriora capitis abit, tunc non penitus quarta pars, sanguinis totius corporis, ad encephalon veniet. Detrahendo autem sanguinem, qui ad oculos & membranam duram adit, tunc erit porio sanguinis cerebralis aliquanto major, quam est quinta pars universi sanguinis.

Sanguinis per cerebrum iter, valde expeditum est, liber transitus, ex arteriis in venas.

Sanguis in homine erecto ob pondus suum, minori celeritate ad caput venit, & majori redit.

In inorbis acutis, erectus situs querendus, ut maior sanguinis in cerebrum impulsus sit.

In situ supino sanguinis in cerebrum velocitas a pondere augetur, vis qua refluit minuitur, ita crux in cerebrum congeritur.

#### *Vene encophali.*

Sanguis, ex cerebri arteriis, transit in venas.

Venæ in cerebro quidem adsunt, sed non valvulosa; sunt teneræ, suis arteriis ampliores, per corticem, medullam, sulcos & caveas interiores dispersæ.

Sed nullus truncus venosus insignis diametri in cerebro est, neque grandes arterias, majores venæ, comitantur.

Venæ in sinus se exonerant, de quibus alibi.

*Vena jugularis interna*, dextra & sinistra est, præcipuus truncus venosus, prægrandis vena, magis quam aliae uilæ dilatabiles, grandis quæ sit ad fodalem arteriam uti 21 ad 14; ad venam cavam, ut 21 ad 25.

*Vena jugularis dextra*: est continuus venæ cavæ superioris ad cor properantis truncus.

*Vena jugularis sinistra*: est venæ subclaviae sinistre præcipuus truncus.

*Vena jugularis dextra* & *sinistra* recta via a subclavia ad summum laryngem tendit, carotide exterior, sterno mastoideo musculo, coracohyoideo & parte sterno hyoidei recta & cutaneo colli.

Cutaneos ramos recipit & thyroideas venas mediae.

Ad supremum laryngem in duos trunco abit.

*Exterior vena cerebralis*, per foramen in os occipitis & temporum cranium intrat, ibique in vastum bulbum intumescit & vestigium imprimit os petroso & occipiti.

Bulbus non ejusdem magnitudinis est in utroque latere, sed amplior in latere in quod frequentius quisque incubuerit. Dextri tamen lateris bulbus sèpius superat sinistrum.

In hanc amplitudinem venæ exonerantur; sinus occipitalis posterior & anterior, petrosus inferior, hac via dicit sanguinem, a cavernosis per petrosos inferiores & occipitales anteriores: per eosdem a circulari, ex sinu primo, quarto & quinto per transversos, & per eosdem a petroso superiori.

Nullus in capite sinus est, qui per foramen jugulare depleri non possit, & profundissimo loco cum sit posita, sanguinem invitat pondere.

Rami venæ jugularis externi principi sunt:

Ex vena jugulari interna circa supremam laryngis sedem nascitur vena thyroidea superior, lingualis & pharyngea.

Vena faciei princeps *facialis*, seu *labialis*, trans musculos faciei cuti incedit propior, angulum internum oculi petit, cum sodali alterius lateris anastomosat, porro ad frontem ascendit.

*Vena ophthalmica*, de orbita emergens, in angulari rem se immittit, anastomosat secundum superiorem palpebram cum ramo transverso faciei & labiali.

*Vena temporalis* aliquando a jugulari interna, frequentius ab externa nascitur, aut potius ex internæ cum externa anastomosi. Ea per parotidem glandulam, cutem inter temporum, & aponeurosim musculi temporalis, in vertice in ascensit, in frontem, verticem, partemque occipitis dispergitur.

*Vena occipitalis* ascendit, ex magno trunko venæ jugularis internæ, ad occiput pone aurem. Eam etiam frequenter vena jugularis externa generat aut sola aut cum internæ ramo conjuncta; alias maxillaris interna edit.

*Vena jugularis externa*: ex subclavia prodit: Minor est jugulari interna.

Ascendit sub cute; aliquando edit ramum scapularem & cervicalem per universum collum, late per tempora, sinciput & verticem regnat.

*Vena vertebralis*: ex subclavia venit exterius, quam jugularis, aut ab intercostali superiori inter rectum majorem & scalenum, ad cervicem ramos spargit, in duos trunco abit præcipuos:

*Ramus exterior*, secundum processus transversos vertebrarum colli ascendit, cum interno, tot conjungit ramis transversis, quot vertebræ sunt, ad musculos & integumenta occipitis desinit.

*Ramus interior*, sive *profundus*, in imum aliquem inferiorem processum transversum colli viam invenit.

Perforat porro omnes processus transversos superiores & ad quamlibet vertebram ramum profundum emittit.

Ramum ad carnes colli alegat.

Venæ medullæ spinalis, quæ in ejus dura matre sunt vocantur etiam *sinus*.

Dexter & sinistri sinus, totam longitudinem columnæ spinalis sequitur.

Ad singulas vertebrales, ramo transverso ita conjunguntur, ut tot semicirculi sint, quot vertebræ, quibus dura membrana medullæ spinalis ambitur.

Eorum annulus supremus, crano proximus, cum sinibus occipitalibus anterioribus & cum fossis jugularibus unitur.

Iidem annuli ad singulas vertebrales ramum extorsum mittunt, qui in collo in venæ vertebralis profundum truncum, in dorso in venas intercostales; in lumbis in lumbales, & in osse sacro in sacras aperiuntur.

Venæ anterioris ultimus finis idem est, qui medullæ.

*Sinus*

*Sinus eadem sunt longitudine, qua dura membrana.*

*Suprema vena anterior est continuata inter corpora olivaria & pyramidalia, cum sinibus petrosis inferioribus & cum emissario nervi noni communicat.*

*Omnis venae cerebri, cerebelli & spinalis medullae sunt absque valvulis; contraque extra cranii cavam utraque jugularis vena plena est valvulis.*

*Ad omnes ramos jugularis venae, faciales, linguaes, maxillares, pharyngaeos, valvulae duas praefestae sunt, aut unica quando ostium minus est.*

*Sanguis in homine vivo & sano, facile de capite in cor descendit, secundum ductum circuitus legitimi & pondere suo adjuvante; facilius quando caput crecum tenterit, non perinde in erecto homine.*

*In sinibus apparet sanguinem tendere sui ponderis vi, ex sinu falciformi, laterali utroque & quarto, in transversos, sic in fossas jugulares, venas mastoides, & condyloideas, atque adeo in venas jugulares internas, externas & vertebrales.*

*Occipitalis sinus posterior, difficilis contra proprium pondus, sanguinem in transversum, facilius in fossas jugulares, venasve vertebrales mandare poterit.*

*Vasa lymphatica: vasa aquosa cerebri passim citantur in plexu choroideo viderunt plures, ut Stenonius, Neckius, Ridley.*

*In corporibus striatis, Simoncellius.*

*Richardus Carr, vidit lymphatica vasa per os cribiforme ad nares cuntes.*

*In pia matre & in ambitu cerebri vidit Edmundus King, Samuel Collins, imprimis Antonius Pacchionius.*

*Sub meningibus, Loffius, Tassius.*

*In cerebro & intra cerebrum, Hertodtius.*

*Circa anfractus cerebri, Bohnius.*

*Vasa lymphatica varicosa cerebri vidit, Lancisius & Heuermannus.*

*Sub fornice versus glandulam pinealem, grandes lymphae ductus vidit, Morgagnius.*

*In sulcis inter colliculos & secundum vasa rubra in animalibus, Cl. Bourgelat dixit.*

*Nempe quod praedicta experimenta non satis attente sint facta & hallucinationes adsint in observationibus.*

*Hic autem plura objiciuntur ab aliis, & impri- mis a Hewsono, qui multum industriæ posuit in sys- temate absorbentium, negatur se vasa aquosa vidisse in suis experimentis; ejus maximum argumentum est: Quod nusquam in corpore humano longe absque glandulis congregatis lymphatica vasa decurrant, con- cludit hinc, vasa abesse, ubi glandulae desint.*

*Sed nuper Cl. Monroo juniori, probabile videtur, glandulam pituitariam esse de lymphaticarum genere, vidit vasa absorbentia in cerebro piscis Skatesfish, & per analogiam concludit ea in homine etiam adesse.*

### *De Nervis in genere.*

*Definitio: Nervi sunt funiculi teretes, vel plani, fibrosi, albicantes, molles, a cerebro & medulla spi- nali orti, paralleli, pia matre cincti, inde ramoso, sepe concatenato incessu per totum corpus distributi: sunt organa sensus motusque in corpore.*

*Ortus: Omnis fibrilla nervea, seorsim a medulla cerebri, cerebelli, oblongata vel spinali oritur.*

*Decussatio: Antiquorum opinio erat, nervos originem trahere ex eodem latere, ex quo exeunt calvaria.*

*Sed a recentioribus observatum fuit, per experimen- ta & macerationes, quod fibræ medullares decussent, in quibusdam medullæ locis, ad corpus an- nullare & in principio medullæ spinalis.*

*Practici observarunt in pluribus, quibus lœsio ade- rat cerebri, symptomata paralyticos se exscrississe in latere opposito.*

*Experimenta in brutis eadem etiam confirmant, hinc putarunt, principia nervorum existere in oppo- sito latere c quo egrediuntur; haec ultima opinio non est satis demonstrata, quia decussatio in loco uno, non probat hanc ubique obtinere, & contraria utique sunt visa exempla.*

*Nervi reperiuntur in omnibus animalibus, in qui-*

*bus cerebrum adest & medulla spinalis, etiam in in- fectis.*

*In universuni, nervi ab ortu ad fines usque suos ul- timos, vasorum modo, incedunt; ut etiam Vesalius, aliqui clari anatomici non dubitarint, eos in vasorum numerum recipere, ut nempe truncus major sit in ra- dice trunci, inde rami exoriantur, ramorumque ra- muli: sic trunci magnitudo, a secundentibus ramis minuitur.*

*Arteriae & venæ in omnibus nervis conspicuae sunt.*

*Differentia autem magna est nervorum, ab arteriis, venisque.*

1. Arteria ad cor est maxima, ad fines suos mi- nima fit.

*Nervi autem duo saepe, in unum truncum con- fluunt, indeque grandescunt.*

2. Anguli ad quos nervi dividuntur, minime sunt ut in rubris vasis. Arteriarum anguli ad cor ob- tusi; acuti versus partem a corde remotiorem.

*Nervi autem versus cerebrum acutos & obtusos habent angulos. A primo cervicalium nervo, rami ad intercostalem, ad angulos sursum & deorsum acutos mittuntur.*

Omnis generis sunt anguli, obtusi, recti, acuti, acutissimi.

3. Nervi sunt magis plexuosi, quam arteriae, & frequentissime conjuguntur acceptis & emissis rami.

4. Nervi minores sunt arteriis, numerosioresque.

5. Nervi saepe arterias comitantur, tela cellulosa cum iis irretit.

6. Fabrica & ramorum divisione magis variant nervi.

*Substantia nervorum* est vel medullaris vel membranacea, ex pia matre & tela cellulosa composta. Haec in aqua macerata, contabescit & dissolvitur; verus autem nervus immutatus persistit.

Tunicæ sunt a pia meninge, ab arachnoidea, passim etiam a dura matre & a tela cellulosa.

Fibrillæ nervæ, cellulosa tela ambientur, eaque inter se coherentac firmantur; crassiora his sunt fila, quæ funiculos nervios in unum vulgo dictum nervum conjungunt. De hac cellulosa tela dici potest, eam cum arachnoidea cerebri continuari.

*Structura*: Quisque nervus pluribus constat funiculis.

Omnis funiculus membrana cingitur.

Pia mater revincit nervos adeo distincte, ut facile possis, quot in ortu fibrillas numeraveris, tot in fine reperire.

Funiculi hi in fasciculos collecti, per onines partes corporis distribuuntur, nusquam sunt confusi, sed a cerebro ad suos fines distincti.

Nervi non sunt cavi tubuli, non vehunt liquida, secreta in cerebro & cerebello, ad partes exteriores corporis.

*Cavitates*, nec microscopis, nec injectionibus, neque aliis modis, hucusque demonstratae fuerunt.

Ac si adessent, ob nimiam subtilitatem & liquidi adhaesiones ad latera tubuli, non possent exercere certissimas alterationes in corpore, nec efficere celerissimas ejus motiones. Porro nemo adhuc invenit, impetum facientem vim inipellentem, qua liquor nervus protrudatur per omnes & singulas partes.

*Sedes nervorum*: Nervi continentur in cellulosa vel adiposa substantia, decurrent per interstitia muscularum aliorumque organorum, ubi a compressione præservantur; sed in quibusdam locis, experuntur vibrationes arteriarum & contractions musculosarum fibrillarum.

Maximi nervi adeunt oculum, auremque internam; inter cæteras corporis partes, musculi accipiunt grandissimos nervos, ut lingua: e contrario viscera, hepar, lien, pulmo, intestina, minores; membranæ paucos habent nervos, cutim excipias cui sunt plurimi; ossa paucissimos; ossa plana nullos, qui innoverint, ut in crano.

Nervi nulli in dura, pia, arachnoidea membrana cerebri, cerebelli, & spinalis medullæ: in funiculo

umbilicali, placenta, amnio, chorio, nulli in tendinibus, ligamentisque capsularibus, nulli rami in his partibus insuntur; nervi quidecum numerosi, per exteriora tendinum & capsularum, ad sedem destinataem ulteriore eunt. Nulli in periosteo.

Nervi quoquaque tendentes, non rectio decurrunt tramite. Nullus assignari potest nervulus, in remotoribus paribus, cujus genuina origo, non obscuratur.

*Anastomoses* frequentes sunt, diversimode sibi occurunt, vicinos ramos excipiunt, cum iis junguntur; nunc tamen, nunc sunt exiliores.

*Fines* nervearum fibrillarum non videntur: textura subtilis ac tenuis, oculi aciem eludit, ratio autem suadet, esse in minimis furculis, in quos tandem nervi divisi evanescent, sed pro paritate acutissimos oculos fugiunt, nec per exquisitissima microscopia visuisti possunt.

In non nullis nervis sensoriis, resolvuntur in palpam mollissimam, simillimam ei quæ in cerebro.

Aliqui clari viri putarunt, fibras muscularis, esse ex nervis, & falso vocarunt extremitates moventes nervorum. Musculi autem sunt organa sui generis, sed irradiantur cærgia quadam, quæ ex nervis.

*Opticus* nervus, depositis involucris, intra oculum abit in pultem mollissimam.

*Acusticus* nervus mollis, pulpæ similis, per cochleam & semicirculares canales insuntur.

Aliqui clari viri aggressi sunt, metiri ultima stamina nervorum, ac invenerunt fibram retinæ, in hominis oculo esse crassitudine 32,400 es tenuiori quam capillus.

Sic nervi in omnibus finibus suis, ob incredibilem exilitatem, subtilissimi sunt, ac mollissimi, nec possunt ullis artificijs assequi visu. Mira certe ubique fabrica se offert indagantibus: mirabile opus optimi naturæ parentis, longe supra conceptus mortalium!

Si microscopio examinetur nervus, quando musculus est in actione, nulla contractio vel motio observari potest, nulla turgiditas.

Nervi sunt instrumenta, quibus pro voluntate anima utitur, ad certos motus in corpore excitandos; vel ad alios motus, in pluribus corporis partibus impressos percipiendos, per organa sensuum externorum, quæ vehunt sensationes ad sensorium commune.

*Dividuntur* a multis in duas classes & vocantur:

1. *Sensorii* qui recipiunt impressiones externas in corpore factas; & ad animæ sedem vehunt.

2. *Motorii*, qui causas efficaces ad motus in musculos deferunt, qui iterum dividuntur in duas species & dicuntur.

a. *Nervi motorii voluntarii*, qui causas motus ex decreto animæ, ad musculos specialiter vehunt, ut hi efficiant, quod anima cupit.

b. *Nervi motorii involuntarii*, qui voluntati animæ non obediunt, sed stimulo mechanico obsequuntur: ut

ut in corde pulmone ventriculo, intestinis, viscibusque sit, quorum causa motus, in irritatione agnoscitur, hic animae nutus nihil potest.

Nervi sensuum & motus, in structura sua non differunt, & rami ex codem nervo inserviunt motui & sensui.

Alia divisio fundata est in nervorum origine:

1. Nervi cerebri: unde novem paria oriuntur.
2. Nervi medullae spinalis, cujus triginta paria: quorum cervicalia octo: dorsalia undecim: lumbaria sex: sacralia quinque.

Ex his omnes reliqui nervi in totó corpore surgunt, medianibus gangliis, vel junctionibus.

Dictus numerus aliquando variat, ubi nempe una alterave vertebra vel abundat vel deficit, tunc nervorum spinalium par unum, plus vel minus aderit.

Divisio veterum in nervos duros seu motorios, & molles seu sensorios, non satis est in anatomie fundata. Item molles esse ex cerebro, duros autem ex medulla spinali, est contra experimenta. Variabilem nempe habent nervi fabricam & alio loco molles sunt, indurescunt alibi. In artibus tales reperiuntur nervi ex duris truncis nati, & murati in molles.

Nervos molles indurescere, ubi longe progressi sunt, Galenus jam olim dixit.

Divisio nervorum, quod nervi cerebri animalibus functionibus praesint: cerebelli autem vitalibus solum inserviant, erronea est.

Docet anatome, nervos a cerebello profectos, per instrumenta voluntatis imperio obtemperantia, aut sensui destinata, dispergi: quemadmodum id patet, in quarto & quinto nervorum pari, & octavo, cuius rami ad laryngem feruntur.

Involucra nervorum; cum in fabricam nervorum, ipsa mollis & friabilis cerebri medullaris substantia intret, & per eos ad omnes corporis partes, tam sensiles, quam imobiles producatur, facile intelligitur, quam ob rationem natura, nervos membranis muniverit, & in crassiores etiam funiculos colligaverit.

Quando medullaris cerebri substantia, in nervos omnesque partes corporis continuatur, multis periculis, a compressione, extensione, &c, forent nimium subiecti, nisi involueris cautum fuisset pluibus, ut tuto progrederetur extensisque extensionibus & pressionibus facilius resistere queant.

In origine statim nervi cerebri & medullae spinalis, involucro arcto cincti sunt, a quo majorē consistentiā acquirunt, quam quidem medulla habet, cui continuantur; involucrum hoc est a pia meninge, & nervos ultra foramina sui exitus comitatur.

Arachnoidea nervos ab ipso origine ad exitum usque sequitur, iisdem tanien super arctum illud pia matris involucrum, nonnisi laxe inhæret.

Dura meninx nervos intra cranii cavum non immediate investit, sed in transitu per ossea cranii foramina, se illis associat, quam primum per foramina emergerunt, & tunc in duas dividunt laminas.

Lamina exterior duræ matris, reflecti videtur, ac cum perioste continuari.

Lamina interior vero nervos ex foraminibus egressos involvere pergit: sed non in modum membranæ, verum una cum arachnoidea, in textum cellululosum resoluta nervum involvit.

Id omnino certum est & cultro anatomico innescit, nusquam, ullius in nervi sinc, duram membranam reperiri: piam vero meninges, aut involucrum nervorum minorum, a paucissimis quidem nervis ita secere, ut certo sensuum testimonio secedere videas; tamen in oculo exemplum esse, in quo & ipsa piam membrana, evidentissime de pulpa medullari abeat, quando ea medulla eo pervenit ubi sensus organum est. In cellululosam telam nervos dividi, omnino etiam oculo repugnat, qui nervos per eam telam, in cutem facile sequitur.

In medulla spinali, dura membrana, ganglio nervi adhaeret & inutatur in cellululosam. Ex hoc autem excipias, nervum opticum, qui ex crano in orbitam egressus, interna duræ matris lamina, vaginæ fortis membranaceæ in modum, ad bulbum oculi usque comitatur, ut sic nervus opticus firmior redditus, minus in varia bulbi rotatione ac motu patiatur.

Hæc cellulosa, cum adveniente vicinarum partium cellulari tela, nervos per totos suos tractus eingit, defendit, ac cum vicinis partibus connectit, ut situm sibi debitum, ubique semper conservare queant.

Medulla spinalis arcte investitur a pia matre, ita ut si vulneretur hæc, medulla contenta mox exprimitur, pultis ad instar.

Involucrum secundum laxumque, est ab arachnoidea.

Tertium a dura matre, quæ per foramen occipitale egressum, ad pericranium adeo ligatur, ut externam ejus laminam abscedere & cum pericranio & perioste vertebrae primæ confundi diceres; per spuum vertebrarum medullam spinalem, ejusdem nervorum radices includit, pro quibus ad foramina lateralia spinæ dorsi emittit, quæ egressæ in cellululosam telam distractæ, primum nervorum spinalium cellululosum involucrum componere incipiunt.

Primum ergo nervorum, extra cranii & vertebrarum cavum positorum involucrum, ex tela cellulosa constructum est; nam hæc inflari etiam potest, sœpe pinguedinis aliquid continet, vasâ arteriosa venosaque multa habet.

Cellulosum hoc nervorum involucrum, in suo principio & ad crassiores nervorum funes, crassius est: cum progressu nervorum extenuatur magis, ita ut exiles nervorum surculos aut funiculos, subtilis cellulosa tantum sepiat, per quam nudi nervorum funiculi pelluent, quamque ante ultimos nervorum fines, multo magis extenuari, donec planè forte desinat, uti in principiis nervorum nulla aderat, analogia ipsa suadere videtur.

Alterum nervorum, extra cavum cranii ac thecae vertebrarum,

vertebrarum, positionum involucrum a pia matre derivari potest, & latius patet, quam primum, siquidem nervis, a principio suo ex cerebro & medulla spinali datura sit, & ad fines eorundem usque continuari videatur, hoc involucrum non solum medullam oblongatam & spinalem circumdat, verum etiam singulos nervorum inde oriundorum funiculos.

Est istud tegmen, tam fortis texturæ, elasticum, parum tamen expansile, ut medullarem nervi substantiam in se contentam, non debiliter compressam teneat, quod clare patet, si funiculo nerveo, aut ipsi medullæ spinali vulnus infligatur; per hoc medullaris substantia, utpote per locum minus resistentem, exprimitur fungi ad instar.

Hoc probant etiam, funicularum nerveorum tubercula levia hinc inde visibilia, ubi debilior secundæ vaginæ plagula, compressæ medullæ magis præ aliis, cedere tenetur.

Abscētis nervis, medulla subito extruditur, ex fissis funiculis ad modum hemisphærii, etiam in mortuo nervo, hoc sit.

In vivis nervis, multo ampliores ac informes fungi, ex substantia medullari funicularum nerveorum excrescent.

Ab hoc involucro non tanum funiculi nervi stricte vestiuntur singuli, verum etiani intra eorum substantiam medullarem, septa membranacea multamittuntur, quibus in plures quasi fasciculos, eam securi patet.

Durities nervorum ab isto involucro densiori, tenuiorique, & septis ejus plus minus frequentibus, in medullarem substantiam se insinuantibus, dependere facile intelligitur.

Vascula sanguinea in hoc involucro deteguntur, quæ sibi a primo nervorum involucro mutuat; quæque per septa membranacea, intra medullarem nervorum substantiam usque dispersa repunt.

Medulla nervorum seu substantia interna, ab antiquis etiam anatomicis, dicta fuit medullaris.

Hæc substantia cum sit continuatio pulpæ cerebri, videtur non multum differre ab invicem.

Nervorum actionem, ex eorundem detecta struc-tura, explicare impossibile videtur.

Actio nervorum in eo consistit, quod videlicet, imperium mentis, ex cerebro, ad reliquum corpus deferant, & inde iterum impressiones, ab externis corporibus factas, animæ denuntient.

Inserviunt nervi, motui voluntario & sensui; seu mutui inter animam & corpus existentis commercii, instrumenta sunt.

Sed præterea nervi aliqui sunt, qui nequaquam animæ imperio subjecti sunt, teste corde, ventriculo, intestinis, &c., in quas corporis partes, animus immediate, nihil imperat: sed his nervis, alii mechanici stimuli præferti sunt.

Est omnium nervorum natura, ut applicito sibi quoconque stimulo, infra locum stimulatum, in mus-

culis sibi subjectis, motum, invita etiam mente, excitent, ad caput vero sensum, aut voluptatis, aut doloris, deferant.

Nervi cordis ac intestinorum, stimulo mechanico excitantur, nempe a contentis suis, ad contractionem, adiguntur.

Nervi, a mechanico stimulo irritati, in musculis contrahendis, idem faciunt, quod efficiunt, imperio mentis excitati.

Nervi, etiam absenti, & a commercio cum cerebro separati, nihilominus potestatem habent, contrahendi musculos sibi subjectos, quotiescumque irritantur. Ita patet, nervis vitam ac vigorem, aliquamdiu remanere posse, sine commercio cum cerebro.

Quomodo nervi producant contractionem muscularum in physiologia dicetur.

Nervi habent facultatem, congerendi copiosores humores in vasis.

Singulorum nervorum actio, distincta est, & esse debet, ne inter se confundantur; tamen sit interdum, ut aliqui absenti, in alios suam irritationem transferant, invita etiam anima, & hoc vocatur, *Consensus Nervorum*, seu *Sympathia*.

Hæmispæria cerebri, connexiones habent fibrosas, hinc pendet consensus nervorum, cum omnibus partibus corporis.

Nervorum functiones mechanice explicare, multi physiologi conati sunt. At hucusdum, ad veritatem pervenire non licuit. Plurimi sibi finixerunt, non solum medullam cerebri, verum etiam illam nervorum, constare ex canaliculis, stupenda subtilitatis, quos tenuissimus humor, fabrica substantie corticalis cerebri, a sanguine arterioso secretus, permeat; quem liquidum nerveum, aut spiritum animalem, vocant. Hoc liquido, ex cerebro ad musculos propulsio, motum fieri, & ex organis sensuum, ad cerebrum repulso, sensus peragi. Cur autem istud liquidum, imperio animæ ad musculum certum propulsum, nunquam aberret, in decursu ad alios musculos, rationem esse, in canaliculis nerveis, in toto nervorum decursu, nunquam inter se communicantibus; dari tamen locum, ubi omnes nervi inter se commercium aliquod habere possunt, & hunc quidem esse, ad origines nervorum, seu in *sensorio communi*, dicto.

Sed vanum hoc commentum, quod tot saeculis ad hodierna tempora, in medicina floruit, potuit unicus fere inspectus, delevisse; qui ostendisset, medullarem nervorum substantiam, non minus, quam illam cerebri, non ex tubulis, sed infinitis globulis, collectam esse.

Alii iterum, totum nervorum negotium, per fibrarum nervarum solidarum, ex quibus medullam componi statuebant, vibrationes ac oscillationes, absolviri posse, crediderant. Aut solo liquidi nervi fluxu, per fibrarum medullarium interstitia, verum fibræ non magis, quam canaliculi nervi, demonstrari possunt.

Globulosa

Globulosa cerebri & nervorum structura, priora evertit quidem, sed meliora fundamenta ad explicacionem functionis nervorum, nondum suppeditat.

*Percussionis leges*, hic locum habere posse non videtur: nam singuli globuli aliquam compressionem admittent, quare primi globuli impulsio, ad ultimum usque, sufficiens, non pertinet. Neque etiam accurata illa, imperiorum animi, ad determinatos musculos distributio, salvabitur, siquidem, percussio unus globuli, non tantum iis communicatur, qui in linea recta, locati esse concipiuntur, verum etiam, lateraliter attingentibus.

Quae ergo, sunt tutæ ac certæ illæ semitæ, quibus caussæ motus muscularum, ad certos, ac determinatos musculos & quibus sensationes, a diversis corporis partibus, ad cerebrum feruntur, in tanta globulorum medullarium copia? Quid fluidum quodcunque, interstitia globulorum medullarium perflucns explicabit, si id existere supponamus? Qua ratione ducendus est *ignis electricus*? Vis magneticæ, aura vitalis?

Nondum possunt, ex nota hactenus nervorum structura, eorundem functiones, explicari; sicut etiam ex nervorum actionibus, plurium rerum, quæ in nervorum structura deteguntur, ratio sufficiens reddi; quis dicet, quare globulosam nervorum pulpm, in vaginis a pia matre productis, tam compressam esse oporteat, ut absclero funiculo nervo, mox data via exprimatur, monticulumque efficiat? Quis rationem dabit? Quare nervorum funiculi, tam in sua crassitie, quam in miris suis plexibus, ac concatenationibus, per totum suum decursum, ludant? Quare radices anteriores nervorum spinalium, ganglia spinalia insalutata, transeant? Et quare solæ posteriores radices, ganglia spinalia tranare cogantur? Et cur radices nervorum spinalium anteriores, ramosæ, in medullam spinalem inserantur, aut si mavis, ex ea medulla orientur; dum interim posteriores radices, funiculos teretes, non ramosos, complectantur? Quare omnium cerebri nervorum, solum quintum par, post ortum suum, more nervorum spinalium, ganglion semilunare dictum, facere debet? Sub quo peculiaris funiculari fasciculus, ad tertium quinti paris ramum, maxillarem inferiorum dictum, properat insallutato ganglio semilunari, ad similitudinem radicum anteriorum nervorum spinalium?

Multo plura desiderata sunt, in structura nervorum, quorum ratio reddi nondum potest, posteris seges aliqua manet.

Magnum discrimen est, inter verum nervum & cellulosam telam, hæc in aqua contabescit, ac dissolvitur.

Nervi autem nulla maceratione resolvuntur, sed immutati manent.

In fine nervorum, pia mater non desinit, omnis nervus in decursu, & terminacione, obtinet structuram & energiam, similem iis, quæ sunt in cerebro.

Parva pars solummodo cerebri est elongata, ad nervos efficiendos, & medullam spinalem.

In nervis separatis a cerebro, est energia quædam, seu principium vitale, quod iis inest, propter piam matrem iis propriam, & dici poterit, *vis nervea*, qua mediante, ranarum crura abscissa, aut anguilla & decapitatæ, diu movere se possunt.

Quando connexus cum cerebro ablatus, musculi non amplius obediunt imperio animæ, nec ex voluntate moveri possunt.

Nervi non continent, nec vehunt, particulas nutritias, sed solummodo adjuvant arterias in nutritionis opere.

In omnibus nervis, vascula adfunt rubra, sanguifera, copiosa, arteriosa, venosaque.

Minutissimæ ac subtilissimæ injectiones intime subeunt compagem totam nervorum, coloratis liquoribus: arteriolæ ubique penetrant filamenta nervosa. Ubi arteriæ, ibi etiam venæ sunt comites, & præter pulpam medullarem, arterias, venas, & telam cellulosa nihil aliud in nervis videre licet: sed his vulgo non cognitis multæ vanæ, ineptæ hypotheses ortæ sunt.

*Dura mater*, non est connatum, proprium, nervi involucrum, sed remotum, vel ascititum; dura quidem membrana, nervum, arteriam, aut venam, ad vaginæ modum, continet, quam diu per foramina cranii cœunt; quam primum vero egressa est, ac pervenit ad exteriorem faciem cranii, plerumque tota, in periosteum reflectitur. Est tamen, ubi in duas laminas secedit. Exterior tunc, cum periosteo extero continuatur, nervumque nudum relinquit. Inferior parum cum nervo producta, in telam cellulosa solvit. In medulla spinali, ganglio nervi adhæret, & in cellulosa mutatur; nervos continuo deserit, quam primum crano sunt clapsi, excepto nervo optico, quem evidenter dura & pia mater obvolvit.

Nervos non esse elasticos, Hallerus docuit; nervus enim quicunque, nihil mutatur, in vivo animale, vel in cadavere; resectus, immobilis manet, qui undique revinctus fit. Solet unice, uterque finis, ad cum modum in convexum colliculum protuberare, uti argentum vivum eminet, quando a graviori nunc aere pressum, ascendit. Accuratus vero inquirendo, innumeri sunt medullares colliculi, qui ex singulis filamentis, protuberant.

Nervus a cellulosa liberatus, deinde per medium secessus, non retrahitur tunc, ut longior fiat potius.

Ne distracti quidem, brevitatem suam recuperant, sed longiores potius manent. Etiam in hoc phænomeno causa eadem est, ipsa nempe medulla, ex singulis etiam minutissimis funiculis, in speciem dimidiæ sphæræ expulsa, in album monticulum consernit.

Inde fungosa est caro, quæ ex dissectis nervis protuberat.

Cellulosa fila, quæ & totum nervum cingunt, & funes singulos, & fibrillas decimū clementares, elatricem habent, qualis in fibra animali omni, etiam diutissime a morte, superest, & quo ipso vidcas, sex a morte septimanis, ex lœsa medullæ spinalis pia membrana, aut arteria sebo plena, protuberare, hinc medullæ ipsius fungum, illinc sebaceæ materie monticulum.

Contracta fibra, molleam medullam premit, qua de parte resistentia per sectionem nuper ablata est: eadem cellulosa fila, ad latera distracta, redcunt, in suam brevitatem & elaterem ostendunt.

Nervum non esse irritabilem, partes eas sensu carere, dixit Hallerus, quæ usitæ, scissæ, punctæ, ad destructionem usæ, cæsæ, nullum doloris signum, convulsionem, nullam in totius corporis situ mutationem excitant; cum partes in corpore animali insint, quæ sic vexatæ, his signis destituuntur, casus infensiles dicere fas est.

Nervos in actione musculi attrahi, error est, & experiimento evertitur: si nervum stimulo irritaveris, tunc musculi quidem, quoscunque is nervus adiverit omnes, in vehementes convulsiones ciehtur, cæterum nervus ipsum immotus quiescit.

Nullæ oscillationes in nervis produci possunt, quæ signum essentiale naturæ irritabilis constituant.

An nervi ubique sint? Non sunt qui id doccant; quando putant, omnes & singulas animalium partes, sensu aliquo prædictas esse; quod sensus proprietas sit, quæ animalia a plantis discriminaret.

#### *Systema nervorum dividitur in*

1. Cerebrum.
2. Cerebellum.

3. Medullam oblongatam, quæ tria continentur intra cranium.

4. Medullam spinalem quæ in vertebris est inclusa.

5. In nervos, qui ex prædictis quatuor partibus enascuntur & per totum corpus distribuuntur.

Plenam historiam nervorum adornare non finit ratio operis nostri, hic solum dabimus, quæ sufficere possunt ad intelligendas primarias corporis affectiones.

I. *Olfactorium par*: ex corporibus striatis inferioribus posterioribus ortum, antrorum properat, per foraminula ossis frontis ad nasum, per os cribiforme extenditur, in pituitaria membrana mollissimum nervus expanditur, communicat cum ramo quinti paris.

Sero inter nervos receptum est hoc par, aliqui eos cavos esse assertuerunt, hinc a quibusdam ex nervorum numero exclusum fuit.

Nuperiores Platerum & Willistum sequentes, statuerunt hoc primum par, & nervos esse planos, albos, solidos, minime cavos, molles, & prodire aliorum nervorum similes in homine & in avium genere.

Verus nervus est olfactarius, constantissime nervus eodem loco, ante opticos natus, in omnibus animalibus, quadrupedibus avibus, pisibus, amphibiis, & insectis reperitur.

II. *Opticum par*: emergit ex thalamis nervorum

opticorum sive cruribus medullæ oblongata, tendit per posteriorem orbitæ partem, in oculi bulbum, ubi in tunicam retinam expanditur? Sub forma pulsis mollissimæ?

Ingentes sunt, etsi ad parvam particulam corporis eant.

Galenus inquit: nervum opticum diserepare ab aliis nervis:

1. Omnibus est major.

2. Quia solus ita cavus est, ut ejus cavitas sensibus patcat, quæ a ventriculis anterioribus, usque ad locum in quo panniculus oculorum, qui recte dicitur, (*i. e. retina*) se extendit. Hic quidem facilius conspicitur, sed in ventriculis non potest videri, quia subtilissima est.

3. Quia uterque visibilis nervus intus est mollissimus, ut facile sentire possit, extra aliquantulum durus, ut passione fit illatus.

4. Quia per hoc par, multo major spiritus quantitas quam per omnes alios nervos ducitur. Et per visorios nervos, veli spiritus ipsos in substantia, per alios autem (ut pote cavitates manifestas non habentibus): veli solummodo spirituum virtutem, non spiritus ipsos.

5. Quia cæteri nervi, quanto sunt a cerebro remotores tanto sunt duriores, & a propria natura mutantur, iste dicit mollissimus est, & intrinsecus, & in fine, ubi in membranam retinam expanditur, extrinsecus vero solidior.

6. Quod hoc par, e prora utriusque ventriculi separatum, egrediatur, & non recta via, ad oculos pergit, sed per interiora capitis torquetur, & ad ossa narium veniens, commiscetur: iterum hi nervi separantur, & recto itinere, ut egressi fuerant, vadunt.

III. *Par oculorum motorum*: ex basi medullæ oblongatae, ad orbitam oculi excurrit, in sex ramos divisum:

1. Ad musculum elevatorem palpebrae.

2. Ad superbum.

3. Ad humilem.

4. Ad bibitorium.

5. Ad obliquum inferiorem, &

6. Ad tunicas oculi.

Tertii paris nervi multo prioribus minores, nascentur ex medulla lateribus crurum cerebri interposita: utrinque pone corpora mammillaria, late sparsis fibris prodeunt, super sinum superiorem petrosum, per vaginam propriam duræ membranæ, ad rimam lacrimalis properant & in orbitam excurrent.

IV. *Patheticum par*: est exilis nervulus, tendit ad musculum trochlearum; quartum par omnium est minimum.

Origo si simplex: a processu, a cerebello ad testes exterius prodit. Aliquando duo sunt principia, unum longius, alterum brevius; ab eo processu, medianus inter cerebellum & cerebrum, antrorum migrat in orbitam.

V. *Par*

**V. Par divisum vel trigeminum:** Grandissimum est quintum par. Innumerabiles fibræ nervæ naescuntur, a laterali parte & anteriori crurum cerebelli, cæ fibræ uniuntur in planum, crassum funiculum. Dividitur prope sellam Turcicam in tres ramos :

1. Ramus qui dicitur *ophthalmicus*, est exiguus, ad glandulas migrat oculorum, palpebras, musculos nasi & frontem.

2. Medius ramus, & inferior, vocari solet *maxillaris superior*, exit per foramen magnæ alæ sphenoideæ, surculos dimittit in faciem, nasum, labia, palatum & dentes : huic jungitur quidam surculus sexti paris, pro formando nervo intercostali, & aliis septimi paris, pro chorda tympani.

3. Ramus *maxillaris inferior*, magnus & multiplex per os cunei forme, ad maxillam inferiorem, musculos vicinos & linguam tendit.

Subdividitur in 1. Ramum maxillare superiore. 2. Palatinum. 3. Nasalem. 4. Pterygoideum. 5. Dentales. 6. Maxillares inferiores. 7. Linguales. 8. Auriculares. 9. Massetericos. 10. Temporales.

**VI. Par abducens:** exiguum est, oritur ex sulco inter corpora pyramidalia, pontemque Varolii, abit ad musculum indignabundum & nervum intercostalem, qui nervus corporis humani princeps est, & infra fusi receusebitur.

**VII. Par auditorium vel acusticum:** duobus fit nervis quorum indoles diversa est & natura nusquam commiscuit. Sed uterque cum idem foramen duræ membranæ subeat & organo auditus rainos exhibeat, solent pro unico pare numerari. Oritur inter protuberantiam annullarem & processum olivarem laterali-ter, duos habet ramos.

1. *Mollis* dicitur quod naturam medullarem nusquam deponat, tendit ad labyrinthum, pulpæ similis per cochleam & semicirculares canales insumit.

2. *Durior*, abit ad tympanum, chordam, & per aqueductum ad parotides, vicinasque partes. Quando ex foramine stylomastoideo hic nervus egressus est, per faciem universam, partemque occipitis & temporum ita distribuitur, ut cum omnibus tribus quinti paris surculis, cumque cervicalibus superioribus & octavo & intercostali nervo frequenter habeat anastomoses, non immerito *sympathicus minor* dictus a Winslowo.

**VIII. Par vagum vel accessorium:** emergit ex lateribus processus olivaris, excurrit juxta sinus laterales duræ matris per cranium ad collum, pectus, & abdomen, dimittit ramos ad cor, pulmones, ventriculum, aliaque viscera : circa primam colli vertebra formatur ganglion, postea remotius, plexus cardiacus, pulmonalis & thoracicus, a quo nervus reurrens, in latere sinistro aortam, in dextro arteriam subclaviam amplectens producitur.

Communi via cum vena jugulari ex capite exit :

Tres vero rami sunt

1. Superior vel *glossopharyngeus*, sive *lingualis*.

2. *Vagus* ipse, in medio est.

3. Imus vocatur *accessorius*.

1. *Glossopharyngeus*, sive *lingualis*, octavi paris ramus, peculiari meatu per duram matrem transit, neque ullo modo mixtus, tota vena jugulari a trunco vago separatur ; ab eo eduntur rami *pharyngei*, *linguales*.

2. *Nervus vagus* postquam e crano egressus, cum nervo nono nexus celluloso jungitur & cum ganglio intercostalis trunci primo & magno, descendit ad truncum communem arteriæ subclaviæ dextræ & carotidis ejus lateris, inde ad arcum aortæ. Ad inferiorem finem utriusque trunci, edit recurrentem ramum ; dein cum nono pari communicat ; surculos multos ablegat in vicinas partes, frequenter anastomosat cum aliis.

*Dexter* nervus octavi paris secundum initium venæ fine pari, broncho exterior, ejusque ramo posterior, retro pulmonem, semper extra pleuræ saccum, inter folia mediastini posterioris subit.

Sic *sinister* trans aortam & secundum latus exterius arteriæ pulmonalis dextræ migrat, ut paulatim uterque nervus ad oesophagum se conferat, sibique viciniores fiant. Nervus autem sinister, sensim sit anterior, dexter vero posterior, unde etiam plexus fiunt : anterior gulæ anterius impositus & minor : & posterior qui est grandior.

Plexus anterior, ramulos dat ventriculo, oesophago, pyloro, omento, hepati, communicat cum plexu portarum & cum nervo splanchnico intercostali.

Fasciculus posterior in ventriculi curvatura minori, dexterius quam oesophagi ingressus, plexum constituit, ejusque ostium cotonæ instar ambit, dispergitque numerosos ramos, quorum sinistriores aliquot in nervi intercostalis ganglion sinistrum inque ejus cum dextro plexum ramos immittunt : cum intercostalibus efficiunt nervos abdominis.

Alii posteriores rami comitantur arteriam hepaticam, eorum iterum sunt duo plexus. Anteriora rami, arteriæ coronariæ comites, ad plexum magnum semilunarem nervi splanchnici tendunt. Alii pancreas adeunt, ventriculum, omentum, duodenum, pylorum, ad venam portarum, ibi plexum anteriorem efficiunt. Alii veniunt ad principium arteriæ mesentericæ & ganglion magnum & plexum faciunt retrovenam portarum, hi aliique totum per hepar disperguntur.

3. *Accessorius* octavi paris oritur pluribus radibus, ex latere medullæ, cum spinalis tum oblongatae ; & in decursu suo usque ad foramen lacerum unicus est funiculus.

**IX. Par linguale vel gustatorium:** ex lateribus corporum olivarum & pyramidalium ortum, in substantia, papillisque linguæ distribuitur & in musculis vicinis.

*Lingua accipit etiam ramum, ex paris quinti rami tertio, aliumque ex paris octavi ramo glossopharyngeo.*

X. *Cervicale par* : per foramen magnum offit occi-

cipitis ad musculos colli, occipitis, horumque integumenta descendit. Hoc par ab aliquibus medullæ spinali annumeratur, quibus adstipulor etiam.

### *De Nervis spinalibus, &c.*

Medulla spinalis triginta habet paria nervorum, (quibus nervus oritur dupli radice anteriore una, posteriore altera) quarum qualibet pluribus funiculus nerveis componitur.

Radices illæ a primo cervicalium pari, continuo semper, longitudine crescent, donec ultimorum cervicalium longissimæ sint.

Inter anteriores & posteriores fibras ligamentum denticulatum intercedit.

Non utraque radix, ut hucusdum creditum fuit, concrescunt in ganglio, sed sola posterior transit, anterior vero non intrat, sed per cellulosa solum an-

nexa est ganglio, nec prius anteriores radiccs, posterioribus uniuertur, nisi postquam haec, ex suis gangliis iterum egressæ fucrint, quod nuper confirmavit, A. Monro, jun.

Omnibus commune est multis oriri fibris. Post egressionem ex medulla spinali, dividuntur in ramum anteriem & posteriem, quorum & anteriores inter se, dato & emissio ramo in arcus speciem unituntur.

Omnes ex anteriore ramo, surculum edunt ad nervum intercostalem constituendum. Radix posterior in vicinos musculos insumitur.

### *Nervi cervicis.*

Octo numeranda paria sunt, si decimum Willisi huc trahitur, adeoque octavum par cervicalium supra primam costam prodit.

Nervus primus cervicis. Hoc est par decimum, quod Willisi nervis cerebralibus tribuit, sed ex supradictis legibus, omnibus nervis spinalibus communibus, certum est cervicalibus jure accenseri debere: habet enim duplices radices, anteriores & posteriores, confluent haec radices in fulco atlantis in ganglion, quod super atlantem est, indeque in duos trunços abit hic nervus, arcum cum vicino nervo secundo cervicis habet, nervo intercostali ramum suppeditat, infra occiput de medulla spinali exit.

Nervis cervicis commune est grandes esse, hinc lati etiam sunt, ut quadranguli ad latus medullæ produant.

Eorum fibrillæ, radiorum more convergunt, ut supremæ descendant, mediæ transversæ sint, descendant imæ.

*Nervus accessorius*: solus inter omnes, ascendit de medulla spinali; solus in caput redit. Oritur ex facie posteriori medullæ spinalis, quæ cervicalis vertebris continetur, ex quo cauda scde, pone quam nervi spinales prodeunt, augetur a primo cervicalium, & a medulla oblongata. Quando emersit dat ramos, mastoideo musculo, & porro ad trapezium unicè absuntur.

Præcipui nervi ex cervic, utique sunt *Brachiales*, grandes, præque erugalibus maximi.

Ex quinto, sexto, septimo, & octavo cervicalis, truncus anterior præcipuus, obliquè descendit, iisque nervi cum primo dorso in plexum abeunt.

Plerumque tres sunt plexus.

1. *Superior* : ex quo suprascapularis, minor radix mediani & musculocutaneus prodit.

*Medius* : ex quo cubitalis, cutaneus, & radix mediani major; hic plexus tanquam ansa, complectitur arteriam subclaviam.

*Infimus* : ex quo radialis & circumflexus.

Sed saepe medius plexus non differt ab imo.

In plexu fibræ nervorum, per cellulosa clam cohaerent, non tamen confunduntur; siquidem, cuiusque digiti, distinctum sensum, anima percipit.

Septem trunci sunt in brachio :

*Suprascapularis* : a quinto pari musculum supraspinalem & infraspinalem adit.

*Nervus axillaris*, sive *circumflexus* : ex quinto & sexto pari se flebit circa humerum, adit tcretum majorem, serratum majorem, infrascapularem, teretem minorem, exteriorem longum, deltoideum & cutem humeri. Pro ramo radialis nervi potest haberi.

*Nervus cutaneus internus* : ex octavo, saepc cubitalis trunci ramus est, humeri & cubiti pariem posteriori seu ulnare adit, tum in dorsali facie, tum in volari ad minimum usque digitum.

*Nervus musculocutaneus* : a quinto & sexto, radicem alteram mediani edit, perforat coraco brachiale musculum, dat ramos bicipiti & interno brachiali, & ad venam medianam accedit, qua parte tundi potest, porroque cutaneus per partem volarem cubiti, ad pollicem ferc consumitur.

*Nervus medianus* : ex sexto, septimo & octavo & primo natu sequitur ulnare latus arteriae brachialis, tegitur vena mediana & cauda in venæscitione laedi potest.

potest. In vola ramos digitales anteriores dat, magno & profundo arcu cum cubitali concurrit.

*Nervus cubitalis*: ex octavo & primo prodit, circa condylum flexorum humeri circumflexus, in parte volari cubiti descendit; ramos dat musculis, tum manui, cuius in dorso, reliquos ramos digitales edit.

*Nervus radialis*: ex sexto, septimo & octavo & primo, coalescit, omnium brachialium princeps; circa humerum flexus, ex volari, dorsalis fit; reditque suo tronco in volarem partem cubiti; alio ramo cubito dorsalis fit, & cutaneus externus.

### *Nervi dorsales.*

Duodecim numerantur nervi dorsales; primus est, qui sub prima costa descendit, ultimus qui sub ultima.

Horum nervorum primus ad plexum brachiale accedit.

Reliqui a secundo ad imum magis descendunt, in minores fasciculos junguntur & magis ad latus medullæ spinalis prodeunt.

Unusquisque, nervum generat intercostalem verum, qui partim in sulco, partim nudus in costarum intervallis pene in circulum decurrit, musculis pectoris & abdominis prospiciunt. Ex eo intercostali ramo, ad sympatheticum maximum, duplex semper ramus ascendit.

Alter ramorum, cuiusvis nervi dorsalis posterior, ad dorfi musculos dividitur.

### *Nervi lumbales & femorales.*

Si undecim dorsales, intercostalesve nervos numeraveris, erunt lumbales sex; quorum quisque, ab ea vertebra nomen habet, super quam nascitur, imus super sacrum os prodit.

Exeunt per foramina lateralia vertebrarum lumborum, dantque ramos lumbis, ossibus ilii, & musculis abdominalibus, nonnulli eunt cum funiculo spermatico ad scrotum, in foeminis ad ovaria; ad inguina & musculos femoris: alii ad diaphragma: ab omnibus, rami mittuntur in intercostalem magnum.

Ex secundo, tertio & quinto, venit nervus obturatorius, abit in musculum psoam, obturatores, tricipitem femoris.

Ex secundo, tertio, & quarto, venit *cruralis* nervus.

*Nervus cruralis anticus*, seu *medius*: oritur ex unione ramorum nervi lumbaris tertii & quarti tum & ex surculis paris secundi & quinti, supra os ilion scandit, sub musculo Psoa decurrit & sub ligamento Poupartii in latere externo arteriae cruralis ex pelvi egreditur; it ad glandulas inguinales, musculos femoris, tegumenta communia, fasciam latam & cunctim.

Par nervorum quintum cum pari primo sacralium conjungitur.

### *Nervi sacrales.*

Nervorum sacralium paria quinque sunt:

Nascuntur ex cauda equina, egrediuntur per foramina anteriora ossis sacri.

Nervorum horum, quatuor supremi, emissis quibusdam ramis, ad partes in pelvi positas, junguntur cum pari ultimo nervorum lumbalium, in plexum crassum, magnum nervorum, unde exoritur *nervus Ischiadicus magnus*.

Par quintum, totum fere distribuitur, per intestinum rectum, ani musculum, collum vesicæ, urethram, pñem, uterum, vaginam.

*Nervus Ischiadicus*, seu *cruralis posterior & magnus*: nervorum corporis huiani est maximus.

Oritur ex plexu, quem nervi quatuor supremi sacrales, cum ultimo lumbari constituant; ramulos ad vesicam, rectum, & genitalies partes ablegat; tum per incisuram ossis ilii, inter tuberositatem ischiadi-

cum & trochanterem majorem, in parte postica femoris, ad popliteum usque descendit, ibi nomen mutat & dicitur *nervus popliteus*.

*Nervi cutanei*, per totam cutem obtinent, eorum trunci admodum duri qui sunt, sensim diminuta cellulosa telæ portione, mollescunt, donec in papillis cutaneis, pulposi terminentur.

*Nervus impar* veterum, nihil habet nervei. Vaginula est, ex pia membrana facta, quæ arteriolam ex spinali anteriori, venamque ex ima medullæ appendice accipit, adque imum coccygem defert ejusque membranacca involucra.

Cum nervis non debent confundi filamenta alba, dura, quæ ex ima dura matre medullæ spinalis, ad periosteum lumborum & ossis sacri excunt.

*Nervus sympatheticus*: infra fusus de eo agetur.

## T A B U L A XXXII.

## De Nervo Intercostali cervicali, seu Sympathico magno.

## Nomen, &amp; origo.

*Nervus sympatheticus magnus:* ex sexto pari nervorum cerebri.

a. *Ganglion, cervicale primum,* seu *magnum;* inter processus primæ & secundæ vertebræ, & angulum maxillæ inferioris.

b. *Ramus mollis* naturam habet rubellam, mollemeque.

c. *Ramus cardiacus, supremus, vel superficialis.*

d. *Truncus intercostalis cervicalis:* a ganglio superiori ad inferius.

e. *Ganglion cervicale inferius:* ad quintam colli vertebram.

f. *Ramus primus, internus.*

g. *Ramus secundus.*

h. *Ramus superficialis.*

i. *Ramus profundus.*

k. *Ganglion dorsale primum: magnum, seu thoracicum superius:* ad vertebraim primam dorsi.

l. *Ganglion parvum, vel secundum:* inter primam & secundam costam.

m. *Ganglion dorsale tertium:* inter secundam & tertiam costam.

n. *Par vagum: oclavum.*

o. *Nervus recurrens:* paris vagi: circum arteriam subclaviam.

p. *Nervus accessorius Willisi;* seu nervus superior recurrens.

q. *Nervorum cervicalium ramus anterior primi paris.*

r. ——— Secundi paris.

s. ——— Tertii paris truncus.

t. ——— Quartum par.

u. ——— Quintum par.

v. ——— Sextum par.

w. ——— Septimum par.

x. ——— Oclavum par.

y. *Dorsalium nervorum primum par.*

## Divisiones.

*Ganglia tria* habet, ramos, ramos & furculos plurimos.

Recipit ramos a primo, secundo & tertio cervicalis nervo, aliquando ab octavo & nono pari cerebri.

Duo ramuli.

Unus tertius.

Ramus habet ex nervo intercostali cervicali, multasque anastomoses.

Communicat cum secundo ramo quarti paris.

Accipit a 5° & 6° pari cervicalium ramos.

Anastomosat cum cardiaco supremo & recurrente.

Communicat cum recurrente octavi paris.

Super arteriam subclaviam ganglio dorsali primo inseruntur.

Communicat cum sexto pari: octavo: & primo dorsali.

Est quasi appendix ganglii magni thoracici; recipit ramum a primo nervo dorsali.

Recipit ramulum a nervo secundo dorsali.

Truncus ejus.

Permutas habet ramifications & anastomoses.

Musculos sterni & cleidomastoideos perforat.

Cum pari secundo unitur.

Communicat cum priori.

Anastomoses plures habet cum quarto pari.

Communicat cum tertio pari.

Conjunguntur quintum & sextum par.

Communicat cum sexto pari.

Junguntur invicem, mittuntque ramos.

## Distributio.

Per cervicem, thoracem, abdomen, &c. absimitur.

Emitit ramum molle, cardiacum supremum, & truncum inferiorem.

Adeunt carotidem internam.

Carotidem externam tegit, laryngem & pharyngem adit.

Ad laryngem, musculum sternothyroideum & glandulam, aortam que tendit.

Ramus adit glandulam thyroideam; truncus pergit ad ganglion inferius.

Emitit ramos, primum: secundum: superficiale: profundum.

Ad plexum cardiacum.

Adit tracheam, arteriam pulmonalem, venam cavam.

Efficiunt ansas seu laqueos Vieussenii.

Emitit truncum anonymum, ramos ad plexum cardiacum, aortam, arteriam pulmonalem, coronarias.

Truncus pergit ad ganglion tertium.

Uti prior procedit.

In collo descendit.

Ad laryngem, tracheam, arteriam pulmonalem, aortam.

Ad musculum cucullarem descendit.

Emitit ramulum ad ganglion cervicale magnum.

Duos ramos ganglio praebet.

Facit nervum phrenicum; adit musculum sterni cleidohyoideum.


Dat nervos phrenicos, diaphragmaticos, profundum, medium.

Hinc nervus scapularis & phrenicus & pectoralis musculi.

Ad serratum anticum, &c.


Ad musculos pectoralem, ferratos; faciunt nervum cutancum internum, medianum.







### TABVLA. XXXIII



## T A B U L A XXXIII.

## De Nervo Sympathico magno.

Sistit nervos, in dextro nostri corporis laterc ad contendentes, eorumque plexum, arteriae aortae & pulmonali, asperaque arteriae interpositum; (quatenus in primis a dextris nervis conficitur.) Locus plurium nervorum proprius & relatiuus mutandus erat; alias enim eos nec probe conspicere, nec ullo modo delineari potuissent. Sic, discissa est arteria subclavia; ablata est carotis communis, externa atque interna, cum aliis vasis sanguiferis: sinistrorum quoque diductam vides aortam, capitis faciem cum larynge, pharynge, aspera arteria & oesophago: quae posteriora cellulositate, qua partibus adjacentibus adhaerebant, orbata, eo magis a vertebrarum corporibus sinistrorum secesserunt. Par vero vagum cum nervo recurrente, aliquique ab illo provenientibus nervis, ut & vena cava superior, dextrorum remota sunt.

- A. Pars auris externæ dextræ.
- B. Processus mammillaris, musculo sterno & cleido-mastoideo tectus.
- C. D. Musculus sterno & cleido-mastoideus: C. eorum insertio in os occipitis & temporum: D. a sterno & clavicula separati, & superiora atque posteriora versus reclinati.
- E. Musculus splenius capitis, qua ossi occipitis insertus.
- F. —— biventer cervicis, ejusque in primis extrellum, ossi occipitis insertum: (totus enim musculus cucullaris dectus est.)
- G. H. I. Musculus biventer maxillæ inferioris: G. ejus venter primus; H. tendo medius; & I. venter secundus, maxillæ inferiori insertus.
- K. Musculus stylohyoideus, basi ossis hyoidis adnexus, qui in hocce eadavere in duas portiones planiores, quas inter biventris tendo positus erat, fissus reprobatur.
- L. Glandula maxillaris, quæ musculum biventrem maxillæ inferioris ex parte tegit, seu potius sulco insignita est longitudinali, in quo hic musculus situs est.
- M. Glandula parotis.
- N. N. Pars maxillæ inferioris denudata.
- O. O. O. Integumentorum communium facta incisio.
- P. P. Musculus stylopharyngeus, ex parte conspicuus.
- Q. —— constrictor pharyngis superior.
- R. —— —— —— medius.
- S. S. —— —— —— inferior.
- T. —— sternothyroideus.
- V. V. —— sternothyroideus.
- W. Alter museuli coracohyoidei venter, (inferior, anteriorique parti baseos ossis hyoidei insertus) cum tendinis medijs parte.
- X. Musculus hyothyroideus.
- Y. Y. Musculi mylohyoidei, dexter & sinister, basi ossis hyoidis inserti.
- Z. Musculus ceratoglossus, a cornu ossis hyoidis oriens.
- Γ. Glandulae thyroideæ pars.
- Δ. Δ. Oesophagus.
- Θ. Θ. Aspera arteria, inferius in duos ramos divisa, quos bronchia nominare solent.
- Λ. Π. Σ. Φ. Ψ. Corpora vertebrarum colli: Λ. secundæ; Σ. tertiae; Π. quartæ; Σ. quintæ; Φ. sextæ; Ψ. septimæ, a capite.
- Ω. a. b. Corpora vertebrarum dorsi: Ω. primæ; a. secundæ; b. tertiae, a collo — Corpora vertebrarum colli atque dorsi, remotis vasis sanguiferis, & dextrorum reclinato pharynge ac larynge, hic in conspectum veniunt.
- c. Musculus longus colli, obiter indicatus.
- d. —— rectus capitis internus major.
- e. e. —— scalenus prior, in tres caudas se findens.
- f. f. —— —— medius.
- g. g. —— —— lateralis, cauda sua superiori ad processum transversum tertiae vertebræ pertinens; crassior in hoc eadavere, ac alias esse solet.
- h. Musculus levator scapulae.
- i. Arteria axillaris.
- k. —— thoracica externa s. secundæ.
- l. m. n. l. m. n. Costæ tres superiores: l. l. primæ; m. m. secundæ; n. n. tertiae.
- o. o. Musculi intercostales externi.
- p. p. —— —— —— interm.
- q. q. r. r. s. Pulmo dexter: q. q. ejus superficies convexa s. externa; r. r. superficies interna, plana, mediastinum versus spectans, dextrorum reclinata; s. incisura, lobulum superiore & medium distinguitur.
- t. t. Pulmonis sinistri superficies convexa s. externa. Totus hic pulmo ab areu aortæ, sinistrorum ducto, compressus apparuit.
- u. v. Diaphragmatis partes carneæ duæ secundæ s. superiores: u. dextra; v. sinistra; superiore s. convessa superficie conspicuæ.
- w. w. w. x. Pericardium, ex parte relictum: w. w. w. ejus partes laterales; x. pars inferior, cum centro tendineo diaphragmatis connexa.
- y. Vena cava superior, dextrorum ex situ suo mota; unde vena azygos quoque paullulum protracta apparet.
- z. Vena cava inferior s. ascendens, quæ ibi locorum, ut sinum dextrum constitutus, sese expandit.
- α. Vena azygos.
- β. Saccus

3. Saccus vena cavae, s. saccus Lowerianus dexter; haud optime a chalcographo expressus.
- γ. Auricula dextra.
- δ. Arcus aortae, qui ope hamuli lit. σ. sinistrorum ductus, & ex parte compressus representatur.
- ε. Arteria innominata, s. truncus communis arteriae subclaviae dextræ & trunci carotidum.
- ζ. Arteria subclavia dextra.
- η. Truncus communis dexter arteriae carotidis externæ & internæ.
- η. ——— sinistram carotidum.
- λ. Arteria subclavia sinistra.
- μ. Arteria pulmonalis origo & progressus.
- ν. ν. Ramus dexter arteriae pulmonalis.
- ρ. ——— sinistram arteriam pulmonalis, ex parte, sed obscure conspicuus.
- σ. Hamulus, arcum aortae lateri sinistro alligans.
- φ. ϕ. Os hyoideum: ϕ. ejus cornu dextrum; ϕ. basis.
1. Ganglion cervicale primum seu superius s. magnum, quod accipit.
2. Ramulum, a ramo anteriori primi paris nervorum cervicalium (Num. 151.)
3. Alius ramulus, qui ex ramo primi paris cum secundo pari cervicalium communicante (Num. 151 & 152) ortus, ganglio cervicali superiori infurit.
4. Ramulus, ex ramo anteriori secundi paris (Num. 152) nervorum cervicalium, ad ganglion (Num. 1) ascendens.
5. Alius ramus, pariter ex ramo anteriori secundi paris, transverso ductu, ad ganglion cervicale primum (No. 1) abiens.
6. Ramus mollis, ex ganglio cervicali superiori descendens, ex quo oriuntur
7. 8. duo ramuli, arteriam carotidem internam co-imitantes;
9. tertius ramulus, anteriorem carotidis externæ superficiem paullulum legens, furculis postea suis ascendentibus atque descendantibus, pharyngei & laryngei nervi ramulis immixtus.
10. Ramus, quem cardiacum supremum s. cardiacum superficiale vocant, ex ganglio cervicali superiori, recta via, cum trunco nervi intercostalis cervicali (Num. 29) in latere ejus interno descendens.
11. 12. Ejus in duos ramos divisio, exteriorem nempe (Num. 11), & interiorem (Num. 12), qui, facta insula, iterum coeunt.
13. 13. Ramus, ex combinatione rami 11 & 12 conflatus, ulteriusque descendens, accipit
14. ramum ex trunco intercostali cervicali (Num. 29.)
15. 15. Ramus, ex ramo Num. 12 ortus, qui cum ramo No. 13 insulam constituens majorem, sese demittit; ex hoc ramo oritur primo
16. ramus, qui ramo laryngeo (Num. 257) junctus, ad laryngem abit, & quidem partim ad musculum sternothyroideum, partim vero sub eo, ad glandulam thyroideam. (Vid. Num. 258, 259.)
17. Alius ramulus, ex ramo Num. 15 ad glandulam thyroideam discedens.
18. Ramus, sic dictus cardiacus supremus, ex ramo Num. 15 & 13 iterum combinatus, qui ulterius descendendo, dat
19. ramulum, cum ganglii cervicalis inferioris descendente ramulo (Num. 35) anastomosis subeunt.
20. Alius ramus nervi cardiaci superioris, cum eodem ramulo ganglii cervicalis inferioris (Num. 35) duas formans anastomoses.
21. 21. Nervus cardiacus supremus ulterius descendens, in duos tandem se dividens ramulos, quorum
22. primus, cum nervo cardiaco principe (Num. 66, 66) a ganglio thoracico primo (No. 60) exerto, anastomosis constituit;
23. secundus ramulus nervi Num. 21 qui descendendo in tres diffuebat ramulos (Num. 24, 25, 26) quorum
24. posterior cum nervo illo cardiaco (No. 66) a ganglio thoracico profecto, iterum unitur.
25. Ramulus anterior nervi Num. 23 qui accipit ramum (Num. 65) a ganglio thoracico primo descendenterem, posteaque decurrit in latere arteriae innominatae interno, ad ejus exteriorem superficiem, ipsamque aortam.
26. Ramulus medius ejusdem nervi Num. 23 qui iterum dividitur in ramulum
27. internum, seu anteriorem, qui secundum internum arteriae innominatae latus incurvatus, ad anteriorem ejusdem arteriae atque aortae superficiem proserpebat.
28. 28. Ramulus exterior s. posterior rami Num. 26 in posteriori arterie innominatae superficie decurrens. — Sed notandum venit, ramos 21, 22, 24, 25, 26, 27, valde ex situ naturali dimotos esse; arcus enim aortae cum arteria carotide & subclavia dextra, &c. sinistrosum tractus, hosce ramulus admodum extendit.
29. 29. Truncus intercostalis cervicalis, ex ganglio cervicali supremo descendens, paullulum anteriora versus reclinatus, quo ganglia Num. 53 & 54 melius appareant.
30. Ramus trunci intercostalis cervicalis, cum arteria thyroidea inferiori, ad glandulam decurrentis thyroideam. (Interdum ibi anastomosis cum rano nervi recurrentis ovari paris init.)
31. 32. Duo rami, in quos truncus intercostalis, in hocce cadavere dividebatur; quorum alter Num. 31 paullo tenuior, supra arteriam thyroideam inferiorem, alter vero Num. 32 crassior, pone candem decurrebat, insulaque, qua dicta arteria cocrebatur, facta, ambo iterum uniebantur.
33. Ganglion cervicale inferius.
34. Primus ejus ramus s. internus, qui paullulum descendens, in ramulum 35 & 36 dividitur.

35. 35. 35. Ramulus rami 34 qui primo, cum ramo Num. 19 deinde vero duobus surculis cum ramo Num. 20 nervi cardiaci supremi conjungitur; postea autem paullulum inferiora versus progressus, ramo Num. 37 inseritur, ut cum hoc & ramo recurrenti Num. 119 constitutus ramum Num. 40 ad plexum cardiacum descendenter.
36. 36. Alter ramulus rami 34 ad nervum recurrentem oclavi pari (Num. 93) abiens.
37. 37. Secundus ramus ganglii cervicalis inferioris, qui mox sub exortu suo dat
38. ramulum, ad recurrentem nervum oclavi pari descendantem.
39. Reliqua vero nervi 37 pars, pone nervum recurrentem (Num. 39) descendens, cum ramo Num. 35 & Num. 119 conjuncta, constituit.
40. Ramum, in asperae arteriae latere dextro, super eam inferiora versus procedentem.
41. Primus surculus rami 40 ad posteriorem asperae arteriae superficiem abiens.
42. Secundus surculus rami 40 ad lateralem externam & anteriorem asperae arteriae superficiem ascendens.
43. Surculus ex ramo Num. 105 proveniens, seque cum ramo 40 coniungens. (i. surculus, anastomosis rami 40 & 105 constituens.)
44. Ibi ramus Num. 40 dividitur in quatuor ramulos, quorum
45. 46. duo, inter arteriam pulmonalem & asperam arteriam, ad sinum sinistrum & faciem cordis planam decurrebant;
47. tertius rami 40 ramulus super arteriam pulmonalem dextram tendebat, ibique in tres dividebatur ramulos.
48. Internus rami 47 ramulus, tres portigens surculos, ad auriculam dextram abeuntes.
49. 49. Medius rami 47 ramulus, qui surculo ad auriculam dextram dato, lateralem internam, & deinde exteriorem quoque concendebat vena cavae superficiem, anteriora versus paullulum sese inflectens. — (Ccl. Vieussens, Tab. 23, Num. 12, 12, 12, annulum a pari vago formatum, venam cavam circumdantem delineavit, ubi Vieussenii rami Num. 11, 12, 12, cum ramo Num. 10 seu 9 conjunguntur.) — Ramum hunc Num. 49 in hoc tantummodo cadavere vidi.
50. Tertius isque externus rami 47 ramulus, in arteria pulmonalis dextrae superficie distributus.
51. 51. Quartus rami Num. 40 ramulus, qui mox post exortum suum bipartitus, cum ramulis Num. 44, 45, 46, inter arteriam pulmonalem & asperam arteriam, ad sinum sinistrum decurrebat.
52. Ramus superficialis, ex ganglio cervicali inferiori (Num. 33), qui super arteriam subclaviam dilabens, circum eam ducitur, pone eam nempe iterum ascendens Num. 57, ubi ganglio dorsali
- primo (Num. 60) inseritur. — Hoc suo iuxtere Ansam illam celebrein Vieussenii consicit.
53. 54. Ramus profundus, a ganglio cervicali infraiori ad primum dorsale ductus, seu truncus nervi intercostalis cervicalis, ex ganglio cervicali inferiori extorsum ac retorsum, sub arteria vertebrali, ad ganglion dorsale primum abiens: in hoc cadavere gangliformis reperiebatur, duo satis insignia ganglia lateralia (Num. 53 & 54) sistens. Hic truncus cum ramis Num. 52, 56, ansas illas, arteriam subclaviam includentes, efformat.
55. 55. Ramus, a pari cervicalium quinti (Num. 231) & sexti (Num. 232, 233) ramulis conflatus, qui supra arteriam vertebralem, ad ganglion laterale secundum Num. 54 descendit, eique inseritur.
56. Ramulus ex ganglio laterali secundo Num. 54 super arteriam subclaviam descendens, qui deinde circum eam ductus, in posteriori superficie ascendiens ramo Num. 52 inseritur. — sic secunda in hocce cadavere inveniebatur Ansa Vieussenii.
57. Coniunctio rami 52 & 56 partem communem ambarum ansarum constituens.
58. Alius ramulus ex ganglio laterali secundo Num. 54 ad musculum scalenum minimum, (sub priori Lit. e. e delitescit), in hocce subiecto abiens.
59. 59. Alius adhuc ganglii lateralis secundi Num. 54 ramulus, ad ganglion Num. 88 pone arteriam subclaviam descendens.
60. Ganglion dorsale primum s. magnum; aliis thoracicum superius audit.
61. 61. Ramus satis crassus, qui a sexto cervicalium pari, inter scalenum priorem & minimum emergens, ad ganglion dorsale primum dilabitur.
62. 63. Duo rami ab oclavo pari cervicalium, inter scalenum minimum & longum colli, ad ganglion thoracicum superius descendentes.
64. Ramus, a primo pari nervorum dorsalium, ad ganglion thoracicum superius ascendens: (vel, vice versa, ex ganglio thoracico ad primum par nervorum dorsalium descendens.)
65. 65. Ramus a primo ganglio dorsali ad truncum anonymum decurrens, ubi cum ramo 25 conjungitur.
66. 66. 66. Ramus satis crassus, (imo duplo crassior, quam praecedens,) qui a ganglio dorsali primo ad plexum cardiacum descendit, principem in hoc cadavere, plexus cardiaci sistens nervum. — (Decurrit primum tanquam comes rami 65 in quadam vero, ab arteria innominata distantia, paullulum inflectitur, super aspera porro arteria recta deoperans, tandemque in tres ramos Num. 69, 73, 85, disfluens. — Sed notandum est, superiori huic nervi partem, ob arcum aortae, asperaque arteriam sinistrorum ducta, valde protractare extensam & ex situ naturali dimotam.
67. 67. Ramulus, a ganglio laterali secundo (Num.

- 54) ad hunc ramum Num. 66 descendendo abiens.
68. Rami satis crassi Num. 141 a recurrente oëtavi paris provenientis, insertio in nervum principem cardiacum. (Num. 66)
69. 69. Ramus internus nervi Num. 66 qui sinistrorum decurrens, subit ramuni Num 131 & Num. 129 posteaque ex parte circum indicatos ramos retrorsum ductus, ad posteriorem potissimum ascendiit arcus aortæ superficie, in plures ibi surculos dispersus.
70. 70. 70. 70. Surculi rami 69 in posteriori arcus aortæ superficie conspicui.
71. Ramulus rami 69 qui in laterali interna arcus aortæ superficie distribuitur.
72. Alius rami 69 ramulus, inter aortam & arteriam pulmonalem dextram decurrens, qui deinde bipartitus, infra truncum communem arteriæ pulmonalis, ad auriculam gliscet ramum sinistrum.
73. Medius ramus nervi principis cardiaci (Num. 66) qui paullulum inferiora versus progressus, in duos sese diffundit ramulos, nempe Num. 74 & 79.
74. Ramulus sinister rami 73.
75. Ramulus, mox sub exitu rami 74 ex eo dextrorum ductus, duobusque surculis, inter asperam arteriam & arteriam pulmonalem, ad sinum sinistrum, faciensque cordis planam decurrens.
76. Truncus rami 74 qui ulterius, & quidem sinistrorum progrediens, in duos ramulos dispergitur.
77. 77. 77. Tres ramuli rami superioris nervi 76 inter arteriam pulmonalem & aortam descendentes, pluribusque surculis in exteriori superficie arteriæ pulmonalis, (qui vero in hacce tabula haud in conspectum veniunt), emergentes.
78. Alter inferiorque ramulus nervi Num. 76 sub aorta, inter eam & arteriam pulmonalem, ad sinum sinistrum, cum ramulo Num. 140 descendens.
79. Ramulus dexter rami medii 73 qui inter aortæ arcum, arteriamque pulmonalem dextram, recta fere via decurrit, in tres Num. 80, 81, & 84, ramos ibi distributus.
80. 80. Sinister rami 79 ramulus, sub arcu aortæ, arteriaque pulmonali dextra, ad sinum sinistrum, duobus surculis descendens. — An Vieussenii Tab. 23. N. 48?
81. 81. Medius rami 79 ramulus, qui inter arcum aortæ, arteriamque pulmonalem dextram paullulum progressus, circum ramum Num. 86 sese fleetendo, ad posteriorem arcus aortæ ascendit superficiem.
82. 83. Duo ramuli, ex ramulo 81 nati, qui ex ventriculo dextro provenientem aortam in latere dextro ambientes, pluribus ibi dispersis surculis, in anteriori tandem cordis superficie, arteriam coronariam dextram comitabantur.
84. 84. Dexter rami 79 ramulus, qui ramulis Num. 129 & Num. 113 assumptis, inter aortam & arte-
- riam pulmonalem prolabitur, & tandem sub arteria pulmonali dextra, duobus surculis ad sinum sinistrum, pari sicut ramulus 80 modo, gliscit.
85. 85. Ramus externus nervi 66 inter arteriam pulmonalem dextram & aortam descendens, duosque ramulos Num.
86. 87. Comites arteriæ coronariæ sinistre adjungens.
88. Paruum ganglion, quod appendicem quasi ganglii thoracici magni (Num. 60) sifit, superiore parte sua inter primam ac secundam costam situm; inferiore vero secundæ costæ impositum. (Dorsale secundum nominaveris: quod tamen hoc loco non nisi rarissime adest.)
89. Ramus, a nervo dorsali primo, ad hoc ganglion abiens.
90. Ganglion dorsale tertium, (in aliis cadaveribus secundum), inter secundam, tertiamque costam situm.
91. Ramulus, a secundo nervo dorsali, ad ganglion Num. 90 properans.
92. 92. 92. Paris oëtavi, quod vagum dicunt, truncus in collo descendens; inferius, quo recurrentes cum suis ramificationibus eo melius representari posset, ope hamuli dextrorum ductus: unde neque in superiori parte situm pristinum servare potuit.
93. 93. Nervus paris vagi recurrentes, qui circum arteriam subclaviam flexus, ad laryngem ascendit. — Hunc ex situ naturali protractum esse, sponte patet.
94. Primus nervi recurrentis ramus, mox sub exortu suo largiens
95. ramulum, qui paullulum sinistrorum progressus, unitur cum
96. secundo nervi recurrentis ramo.
97. Alter ramulus primi recurrentis rami, qui conjunctis quoque ramulis 95 & 96 inseritur.
98. Ramus, ex combinatis ramis 95, 96, & 97, qui sinistrorum abiens, in duos 99 & 102 ramulos dividitur.
99. 99. Ramulus, ex rami 98 divisione ortus, qui versus asperam arteriam ascendit, & assumto ramo quarto recurrentis (Num. 142), in tres ramos distribuitur, quorum
100. 100. duo superiores musculo sterno-hyoideo inserebantur;
101. tertius vero, in laterali dextra superficie, asperæ arteriæ implantabatur.
102. Alter ramulus, ex rami 98 divisione exortus, pariter ad asperam arteriam progrediens, eandemque ascendens.
103. Coniunctionio hujus rami 102 cum ramo, Num. 116.
104. Tres surculi rami 102 in anteriori asperæ arteriæ superficie dispersi.
105. Nervus, quem coeunt rami 95, 96, 97, conformarunt,

- forinatur, ad plexum cardiacum descendens: in hocce suo itinere anastomosin Num. 43 cum ramo Num. 40 subiens.
106. 106. Tres ejus ramuli, pone arteriam pulmonalem dextram, ad sinum sinistrum & faciem cordis planam gliscentes. (Vid. Perill. Hallei Elem. Physiol. T. I. p. 360.)
107. Ramulus rami 105 quartus, sinistrorum super arteriam pulmonalem dextram abiens, ramulos 81 & 84 ex parte quoque constituens.
108. Sureculus, arteriae pulmonali dextrae implantatus.
109. Quintus ac medius ramulus rami 105 arteriam pulmonalem dextram itidem ascendens, qui dat
110. sureculum ad diætam arteriam, &
111. aliun ramulum ad aurem dextram, nec non
112. tertium ramulum, arteriam coronariam dextram comitantem; antea vero præbet surculum
113. cum ramulo 84 anastomosin subeuntem.
114. Tertius rami 94 ramus, qui sinistrorum progredivi, dividitur in ramum 115 & 119.
115. Ramus, paullulum asperam arteriam versus ascendens; prius vero, quam tam attingit, in tres dividitur ramulos, quorum superior
116. inter asperam arteriam & œsophagum gliseit, antea vero, ope ramuli Num. 103 anastomosin cum ramo Num. 102 efficit;
117. ramus vero medius, ut &
118. ——— inferior, ipsam asperam arteriam ascendunt, ibique in plures dispeſcuntur sureulos.
119. Alter ramus, ex divisione rami 114 obortus, qui descendens, ramo 39 jungitur, vt cum eo ramum conficiat Num. 40 ad plexum cardiacum deorsum progredientem.
120. 120. Quartus ramulus ex ramo 94 qui sinistrorum asperam arteriam versus protenditur, in ejus posteriorem abiens superficiem.
121. 121. Quintus rami 94 ramulus, pone asperam arteriam ad œsophagum progredivi.
122. Ramus a pari vago, ad formandum ramum Num. 121 abiens.
123. Ultimus rami 94 ramulus, qui ipsi pari vago inseritur.
124. Ramulus a pari vago ortus, qui mox in tres ramulos dispergit, posteriori asperae arteriae superficie inseritur.
125. Alius ramus ex pari vago, pone asperam arteriam œsophago insertus.
- 126 & 127. Duo rami a pari vago, (paullulum infra recurrentis originem) œsophago antea inserti; ob dextrorum autem tractum par vagum, hic abscessi repræsentantur.
128. Ramus, a ganglio cervicali inferiori lateris sinistri proveniens, qui pone arteriam subclaviam & arcum aortæ descendit.
129. 129. Ejus ramus, qui dextrorum abeundo, inter aortam & arteriam pulmonalem dextram gliscet, ac ramulo Num. 84 tandem inscrebatur.

Aliis in cadaveribus, aliam semper rami 128 distributionem, alios ramulorum decursus, aliam denique, cum ramis dextri lateris, anastomosi animadverbi.

130. 130. Alter rami 128 ramulus, qui circum latus sinistrum aortæ, inter hanc atque arteriam pulmonalem scese flebit, ad anteriora aortæ abiens.
131. Ramulus, a nervo recurrente sinistri laevis proveniens, & inter arcum aortæ, arteriamque pulmonalem dextram gliscens, dat ramulum
132. qui super arteriam pulmonalem dextram procedit, tribus ei sureculis insertus.
133. Alter vero rami 131 ramus paullulum adhuc descendit, sub finem tandem divisus in ramulum
134. qui cum sureculo ramuli 80 conjungitur.
135. Alter rami 133 ramulus, qui cum sureculo ramuli 80 ad sinum sinistrum descendit. (Sæpe ramen similes Num. 133, 134, 135, ramulos, et si perquam curiosus in eos inquirebam, invenire haud potui.
136. Ramus, quem in hocce solummodo cadavere reperi, secundum sinistrum arteriæ aortæ latus, inter aortam & truncum arteriæ pulmonalis a cardiacis sinistris, (& quidem a ranio ganglii cervicalis superioris), ad plexum hunc magnum prospersus: dabant vero primo
137. ramulum comitem ramuli Num. 72 ad sinum sinistrum. Deinde ramus 136 ulterius dextrorum procedens, alium porrexit ramulum
138. qui ramo 112 inscrebatur.
139. 139. Tertius denique ramulus cum ramulo 111 & sureculi 48 ad aurcm dextram descendens.
140. 140. Ramus, a cardiaco sinistro ortus, comes rami 78 quo cum sub arcu aortæ ad sinistrum descendit sinum.
141. Tertius a nervo recurrente octavi paris Num. 93 deflectens ramus, qui sub Num. 68 nervo cardiaco principi Num. 66 a ganglio thoracico primo orto, inseritur.
142. Quartus ramus a recurrente descendens, anastomosin cum ramo 99 iniens.
143. Ramus, a recurrente ascens.
144. 145. Duo ejus sureculi, musculo sternothyroideo lit. T. inserti.
146. Tertius rami 143 ramulus, versus laryngem ulterius ascens.
147. Alius ramus ex recurrente, qui cum eodem ad laryngem ascendit.
148. 148. Nervus accessorius Willisi, seu nervus recurrentis octavi paris superior parte sua, musculos sterni & cleido-mastoideos perforans.
149. 149. Idem nervus, ex musculo sterni & cleido-mastoideo iterum emergens, atque ulterius ad musculum cucullarem descendens.
150. Ramulus, qui in musculo sterni & cleido-mastoideo, a trunco nervi accessorii secedebat, & non nullis ramulis hisce muscularis traditis, separatim ex

ipsi

151. iterum emergebat, atque nervo *accessorio* de-nuo inferebatur.
151. Ramus anterior *primi paris* *nervorum cervicalium*, qui ramulo Num. 2 ad *ganglion cervicale magnum* porrebat, cum *pari secundo* communicat. — Inferior ejus pars solito tenuior erat.
152. 152. Ramus anterior *secundi paris*, qui binis ramulis Num. 4 & 5 *ganglio cervicali magno* inserit, descendit.
153. Primus ejus ramulus, qui dat
154. surculum ad *musculum rectum capitinis anticum majorem* lit. d. deinde vero ulterius descendendo, trunculo suo
155. *tertio pari* *nervorum cervicalium* inseritur.
156. Secundus nervi 152 ramulus, ad *ansam communicationis* *nervorum cervicalium* cum *nono pari cerebri* *nervorum* abiens.
157. Tertius nervi 152 ramulus, ramo priori s. truncu *paris tertii* insertus.
158. Quartus ramulus *ncivi 152* cum ramo Num. 183 *tertii paris* communicans.
159. Quintus nervi 152 ramulus, ad *magnum nervum auricularem posteriorem* Num. 189 discedens.
160. Sextus nervi 152 ramulus, qui dat
161. surculum ad *magnum nervum auricularem posteriorem* Num. 189 reliqua vero
162. hacce sua parte *nervo accessorio Willisi* inseritur.
163. Septimus ramulus nervi 152 *nervo accessorio* iidem insertus.
164. Octavus denique ramus, eidem *nervo accessorio*, sed superius paullo, junctus.
165. Truncus *paris tertii* *nervorum cervicalium*, vel, si mavis, prior ejus ramus. — Quia enim ratio prioris rami, *tertii & sequentium parium cervicalium*, ad ramos suos posteriorcs longe major est, quam *primi, secundique paris*; merito igitur nominatos ramos anteriores, truncos nominaveris.
166. Primus ejus ramus, ad *ansam communicationis* cum ramo *descendente noni paris*, sicut ramus 156 descendens.
167. Secundus ramus *tertii paris*, ad *quartum par & nervum phrenicum* decurrens.
168. Ramulus, qui truncu *paris quarti* inseritur.
169. Alter ramus, in *nervum diaphragmaticum* implantatus.
170. Tertius ramus *tertii paris*, qui in posteriori musculi *cleido-mastoidei* margine in duos dividitur ramulos, quorum superior
171. conjunctionem cum superiori ramulo quinti rami *tertii paris* Num. 187 init, & ad *nervum cutaneum medium colli* constituendum quoque facit;
172. inferior ramus ex Num. 170 ortus, qui in musculo *sterno-mastoideo*, juxta ejus marginem posteriorem distributus, recta via decurrebat.
173. Quartus ramus *tertii paris*, primum paullulum descendens.

- Ramo anteriori *secundi*, truncoque *tertii paris* cum musculo *sterno-mastoideo* sursum posterioreaque versus tractis; indicatus ramus longe magis, ac in situ naturali, in hacce *nervorum admiratione* descendit.
174. Eius ramus ad truncum *paris quarti* abiens.
175. 176. 177. 178. Alia, caue duplex rami 173 cum truncu *paris quarti* anastomosis: huc etenim anastomosis duabus radicibus 175, 176, oritur ex dicto ramo *tertii paris*, quae confluunt, sed illico iterum dividuntur, duobusque ramulis 177, 178, truncu *paris quarti* inferuntur. Quae in itinere medio facta conjunctio crucem quasi sistit, duasque circumscriptiones s. insulas triangulares format. Ramulus alter Num. 175, 178, ex ramo 173, ad *par quartum* accedet; alter vero Num. 177, 176, vicissim ex *pari quarto* ad ramum 173, *tertii paris* ascendere videtur.
179. 179. Ramulus ex ramo 173, (vel ex conjunctione hujus rami 170, cum ramulo Num. 177, *paris quarti*) qui *accessorium Willisi* Num. 149 concomitans, unaque sub musculo *cucullari* descendens, duobus ei ramulis jungitur.
180. Prima anastomosis rami 179 cum *accessorio*, quae una radice ex indicato ramo 179 oritur, duobusque *nervo accessorio* inseritur surculis.
181. Altera anastomosis rami 179 cum *nervo accessorio* Num. 149.
182. Reliqua pars rami 173 quae iterum ascendens, constituit *parvum nervum auricularem posteriorem*.
183. Quintus *tertii paris* ramus, qui mox sub principio suo ramum 158 *secundi paris* accipit, posteaque
184. ramum emittit, recta fere in hoc cadavre, juxta posteriorem *cleido-mastoideo* marginem deorsum tendentem, in duosque tandem ramulos se divideat.
185. Ramulus ejus externus, cum ramo Num. 210 *quarti paris* conjugatus.
186. Alter ejus ramus s. internus, cum ramo Num. 212 *quinti paris* pariter copulatus; (unde rhombus exoriebatur, per quem vena jugularis externa ramus descendebat).
187. Ramus, in margine posteriori musculi *cleido-mastoidei* ex ramo 183 obortus, qui ibi locorum circum dictum marginem inflexus, super muscolum *cleido & sterno-mastoideum*, in exteriori superficie antrorsum ac sursum versus ascendit, atque cum ramo 171 unitus, *nervum cutaneum medium colli* constituit.
188. Alius ramus, in margine posteriori musculi *cleido-mastoidei* ex ramo 183 pariter proveniens, ibique inflexus, musculum *cleido & sterno-mastoideum* quoque indicato saltet modo super scandens, ac *nervum cutaneum inferiorem colli* efficiens.
189. Ramus *tertii paris* maximus, seu truncus *paris tertii*,

*tertii*, qui ramulis 157, 159, & 161, secundi *paris* auditus, ad marginem posteriorem musculi *cleido-mastoidei* sese inflectit, & supra *sterno-mastoideum* anteriora ac superiora versus progreditur, siveque *magnum nervum auricularem posteriorem* constituit.

190. *Par quartum nervorum cervicalium.*

191. *Primus ramus quarti paris*, qui cum ramo Nūin. 169 *tertii paris*, superiores nervi *phrenici* constituit origines.

192. 192. 192. 192. *Nervi phrenici descensus.*

193. 194. 195. *Tres nervi phrenici rami*, qui in partem *diaphragmatis* carneam secundam, seu superiorem dextri lateris distribuuntur.

196. 197. *Duo reliqui rami nervi diaphragmatici*, qui ad partem carneam primam ejusdem lateris descendebant.

198. *Secundus ramus quarti paris*, dextrorsum ad truncum *intercostalem cervicalem* abiens.

199. 199. *Tertius quarti paris ramus*, admodum tenuis, qui musculo *scaleno medio* lit. f. implantatur.

200. *Ramus profundus paris quarti*. (Winslowius posteriorē nominat. §. 189.)

201. *Hujus ramus exterior*, ad interiorem museuli *cucullaris* superficieem descendens.

202. *Secundus ramus rami profundi Num. 200* ad musculum *infrascapulare* deproperans.

203. *Tertius rami profundi Num. 200 ramulus*, ad *coraco-hyoidei* carnem inferiorem proficiscens.

204. *Quartus rami profundi Num 200 ramulus*, ad *supraspinatum exorrectus*.

Plures ramuli quoque, a ramis 201, 202, 203, 204, in interiori *cucullaris* decurrebant superficie, & *cucullari*, aliisque scapulae musculis, nec non *scaleno medio* inserebantur.

205. *Ramus exterior quarti paris*, s. *medius Winslowii* § 190, p. m. 185.

Hunc anteriorem quoque appellaveris; ramum 200 posteriorē denominaturus.

206. *Primus ejus ramus*, qui mox sub principio in duos ramulos 107 & 108 dividitur.

207. *Ramulus rami 206 qui exterius supra quintum, sextumque nervorum cervicalium par* descendebat, & sub eute, surculis quibusdam emissis, finiebatur.

208. *Alter rami 206 ramulus*, pone *par quintum & sextum cervicalium* descendens, glandulis nonnullis *jugularibus* insertus.

209. *Secundus ramus rami exterioris Num. 205 quem subcutaneum thoracis s. summi humeri nominaveris.*

210. *Primus ramus subcutanei thoracis Num. 209 qui descendens, cum ramo 185 anastomosis subit, & ramo quinti vel sexti paris Num. 212 inseritur, rhombumque illum, Num. 186 indicatum, ex parte conficit.*

211. 211. *Nervi subcutanei thoracis* in tres ramos divisio, qui pluribus ramulis supra musculeum *pectorale* quoad maximam partem, reliquis vero supra *deltoides* partem sub cute decurrent, multisque surculis cuti, tunicae cellulosae ae recensisitis musculis impenduntur.

212. 212. *Ramus a quinto pari cervicalium*, per musculeum *scalenum anteriem* proveniens, anastomosi cum ramo 186 & 210 copulatus, (siveque rhoimbo eo, quem Num. 186 & 210 indicavimus, ex parte confecto) ad musculeum *subclavium* (in hocce cadavere sublatum) decurrens.

213. *Quintum par nervorum cervicalium.*

214. *Nervus scapularis Monoi s. superscapularis Halleri*, qui in hoc cadavere ex solo *quinto pari*, ante combinationem cum *sesto* oriebatur; alias a *quinto, sexto, & septimo* proveniens.

215. 215. *Ramulus a quinto pari ad nervum phrenicum abiens.*

Hunc ramum interdum vidi paullo inferius ex conjunctione *quinti & sexti paris* ortum, antrorsum deorsumque descendantem, musculo *subclavio* ramulum largientem, ac denique in ipsius *pectoris cavi* parte superiori nervo *diaphragmatico* inscreum: talem etiam vidit Cel. Huberus, in *commentatione de medulla spinali, speciatim de nervis ab ea provenientibus*. Gotting. 1741. §. XX. p. 50.

216. *Conjunctio quinti paris cum sexto.*

217. 217. *Par sextum nervorum cervicalium.*

218. *Ramus, ad musculeum pectorale decurrens, reclinatus.*

219. 219. *Par septimum nervorum cervicalium.*

220. *Communicatio paris septimi cum paris sexto.*

221. *Ramus a paris septimo ad serratum anticum, serratumque magnum descendens.*

222. 222. *Octavum par nervorum cervicalium.*

223. 223. *Primum par nervorum dorsalium.*

224. 224. *Conjunctio octavi paris cervicalium cum primo dorsali.*

225. *Ramus ex nervo 224 ad nervum paris quinti ascendens.*

226. 226. *Alius nervi 224 ramus, ad pectorale musculeum abiens.*

227. 227. *Tertius nervi 224 ramus, qui cum ramo 221 anastomosis subibat, sivecum eo, musculo serrato antico & serrato magno inserebatur.*

228. *Nervus cutaneus internus, ex nervo 224 ortus.*

229. *Ramus nervi 224 ad ramum paris septimi, oblique ascendens, ut cum illo nervum constitut medianum.*

230. *Hamulus, truncum octavi paris dextrorsum ducent.*

231. *Ramus a pari quinto, per interstitium inter musculeum scaleni prioris caudam secundam & tertiam emergens, cum alio*

232. *ramo, a pari sexto cervicalium simili ratione,*

- sed inter caudam primam & secundam scaleni prioris egrediente, & cum tertio
233. ramulo a pari sexto, qui per primam caudam dicti musculi prodit, confluens efficiensque nervum Num. 55 ad ganglion cervicis laterale secundum Num. 54 descendenter.
234. Ramulus, ex trunco communi ramulorum 231, 232, 233, ad musculum longum colli abiens.
235. Capitulum majus primae costæ.
236. ————— secundæ costæ.
237. Secundum par nervorum dorsalium.
238. Nervus pharyngeus octavi paris nervorum cerebri; (interdum ramus inferior nervi glotto-pharyngi.)
239. 240. 241. Trcs ejus ramuli, musculo constrictori pharyngis medio immisfi.
242. Quartus ejus ramus, musculo stylo-pharyngeo insertus.
243. Nonum par nervorum cerebri, linguale dictum.
244. Nervus a nono pari descendens, qui obviam it nervo
245. a secundo Num. 156 & tertio pari cervicalium Num. 166 descendenti, eique implantatus, efficit ansam communicationis Num. 244, 245, noni paris nervorum cerebri, cum secundo & tertio pari nervorum cervicalium.
246. Ramus sinister, ex inferiori ansæ communicationis parte ad carnem superiorem musculi coraco-hyoidei abiens.
247. Dcxtre ramus, ex ansæ communicationis inferiori parte ortus, inferiorique carni musculi coraco-hyoidei insertus. (Sed hic ramus cum inferiori illa carne præcisus est.)
- 248 & 249. Duo ramuli medii, mox coeuntes, spatiumque sic formantes triangulare.
250. Ramus ex coalitis ramulis Num. 248 & 249 obortus, qui paullulum sinistrorum descendens, pluribus ramulis musculo sterno-hyoideo & sterno-thyroideo inferebatur. (Is vero ramus in hacce tabula præcisus est, quo reliqui nervi manifestius conspicerentur.)
251. Ramus, a pari nono anteriora versus oblique descendens.
252. Ejus ramulus ad museulum hyothyroideum tendens.
253. Alter ejusdem ramulus ad musculum coraco-hyoideum.
254. Ramus laryngeus octavi paris, qui divisus, dabat
255. ramum superiorem, juxta os hyoideum insertum.
256. Ramus inferior laryngi octavi paris, qui duos tenuissimos nervi mollis aecipiebat surculos, hic non expressos.
257. Ejus ramulus, qui cum ramulo Num. 16 a nervo cardiae superiori proveniente conjunctus, porrigit
258. ramulum ad musculum sterno-thyroideum, & alium
259. ramulum, ad glandulam thyroideam, sub musculo sterno-thyroideo decurrentem.
260. Truncus rami inferioris laryngi Num. 256.
261. Ejus ramulus, ad constrictorem pharyngis inferiorem abiens.
262. Ramulus nervi 260 ad musculum sterno-thyroidem proccdens.
263. Ramulus, ex nervo 260 ad glandulam thyroideam proficiscens, qui nervo quoque recurrenti octavi paris anastomosi jungebatur.



*Fig. I*



*Fig.II.*





Fig. III.



## T A B U L A XXXIV.

## FIGURA I.

Nervos quoque a dextrō corporis humani laterc cor  
adentes delineat, ramosque arteriæ aortæ superstra-  
tos. Hæc itaque cum arteria *subclavia*, *carotide*  
*communi* atque *interna*, in situ, quantum fieri pot-  
erat, naturali exhibitur: notabiliores nervi pone hæc  
vasa incidentes, ductus tantummodo punctis expressi.  
Totum collum, pari ratione, uti in Tab. I. exten-  
sum est; ligneo scilicet cylindro ei supposito. De  
iis vero partibus, quas præcedens tabula repræsentavit,  
sequentes ablatæ sunt: *auris externa*, *musculus*  
*sterno & cleido-mastoideus*, *biventer maxillæ inferioris*,  
*stylohyoideus* cum *mylohyoideo*, nec non *glandula maxillaris* & *processus styloideus*.

- A. *Musculus biventer cervicis*, cujus extremum ten-  
dineum, ossi *occipitis* affixum, cum parte quadam  
carnis cernitur.
- B. *Musculus splenius capitis*, ejusque extremum ten-  
dineum, ossi *occipitis*, ossi *mammillari* & processui  
cognomini insertum.
- C. —— *levator scapulæ*.
- D. —— *scalenus lateralis*.
- E. E. E. —— *medius*.
- F. —— —— *prior*.
- G. —— *rectus capitis internus major*.
- H. —— *styloglossus*.
- I. —— *stylopharyngeus*.
- K. —— *constrictor pharyngis medius*.
- L. —— —— —— *inferior*.
- M. —— *hyothyroideus*.
- N. *Musculi coracohyoidei venter superior*.
- O. *Musculus sternohyoideus*.
- P. —— *sternothyroideus*.
- Q. —— *ceratoglossus*, a cornu ossis *hyoidis* ad  
linguam procedens.
- R. —— *bafoglossus*, quadam sui parte, a cornu  
ossis *hyoidis*, majori vero, ab ejusdem basi oriun-  
dus.
- S. —— *geniohyoideus*.
- T. —— *genioglossus*.
- V. —— *longus colli*, ibi pro parte apparens.
- W. *Pars musculi constrictoris pharyngis superioris*.
- X. *Musculus sterno-mastoideus*, lateris finistri.
- Γ. *Os occipitis*.
- Δ. *Processus mammillaris ossis temporum*.
- Θ. *Meatus auditorius externus*, in superficie interiori  
adhuc cute tectus. Particula cartilaginis ci simul  
adhæret.
- Λ. *Processus styloideus* ibi cum parte *ossis temporum*,  
ex qua educebatur, remotus est.
- Ξ. *Capitulum maxillæ inferioris*, s. *processus condylo-  
deus*. Tegens cum ligamentum dissectum est.
- Π. *Angulus maxillæ inferioris*.
- Σ. *Glandula sublingualis*, pro parte ibi prominens.

- Φ. *Basis ossis hyoidis*.
- Ψ. *Locus*, ubi cornu *ossis hyoidis* dextrum latet.
- Ω. *Cartilago thyroidea*.
- a. *Arteriarum carotidum communis truncus*.
- b. *Ramus ejus cerebralis*, quem *carotidem internam*  
vocant.
- c. *Ejus flexura Cowperiana dicta*, extra *carotidis ca-*  
*nalem* semper præsens: in hoc cadavere ca sic ex-  
trorsum vergebatur, ut ibi ipsam *venam jugularem*  
*internam* pro parte tegeret.
- d. *Carotidis ramus externus*, *externa carotis dictus*.  
Sed monendum est, arteriam *carotidem commu-*  
*nem* Lit. a. *internam* Lit. b. *atque externam* Lit. c.  
in hacce figura paullulum anteriora versus remotas  
esse. In situ etenim naturali, ganglio illi longis-  
simo, Num. 168, 169, 170, proxime & *commu-*  
*nis* & *interna carotis* adjacebat, immo nonnihil il-  
lud tegebat.
- g. *Truncus communis arteriæ lingualis & labialis*.
- h. *Arteria lingualis*, sub *musculo ceratoglosso ulterius*  
progreediens.
- i. —— *labialis Halleri*, cujus rami omitti sunt:  
aliis angularis s. *facialis* audit.
- k. *Truncus arteriæ carotidis exteriæ versus tempora-*  
*affurgens*.
- l. *Arteria occipitalis*, quæ super *venam jugularem*  
*internam* oblique ascendebat.
- m. Ibi arteria abscissa est *auricularis posterior*, in  
hoc cadavere solito insignior.
- n. *Arteria ad musculum masseterem tendens*.
- o. —— ad *glandulam parotidem proserpens*.
- p. —— *maxillaris interna*.
- q. —— *temporalis*.
- r. —— *subclavia*.
- s. —— *axillaris*.
- t. —— *cervicalis profunda*.
- u. —— *thyroidea inferior*.
- v. *Ramus arteriæ thyroideæ transversus scapularis*:
- w. *Arteria vertebralis*.
- x. —— *mammaria interna*.
- z. —— *laryngea*, (alias ex *thyroidea superiori* pro-  
venire solet.)
- y. —— *thyroidea superior*.
- α. —— *innominata*, *truncus communis arteriæ*  
*subclavie & carotidis dextræ*.
- γ. —— *carotis sinistra*.
- δ. —— *subclavia sinistra*.
- ε. *Aorta ascendens* in arcum fese flectens.
- ξ. ξ. Hucusque aorta pericardio tecta reperitur, quod  
in hocce margine t. linea fese introrsum dicit, su-  
per aortæ inferiorem partem totumque cor, &c.  
retrorsum descendens.
- η. *Vena cava superior dextrorum reclinata*.
- θ. *Concursum venæ cavæ superioris & inferioris*.

1. Hucusque pericardium venam cavam ambit; uti  
Lit. &.
2. Vena azygos.
3. Ejus ramus, intercostalem venam sistens.
4. Arteriae pulmonalis truncus, ibi sub pericardio  
prominens.
5. Ventriculus anterior, pericardio tectus.
6. Aspera arteria.
7. o. o. o. o. Glandulae bronchiales.
8. Prima costa.
9. Secunda costa.
10. c. o. Glandula thyroidea.
11. Nervus accessorius octavi paris.
12. Ramus anterior primi paris cervicalium, ad secun-  
dum par descendens.
13. Ejus ramus, ascendens, sub vago plures surculos  
sursum tendentes musculo recto capitis laterali &  
recto antico majori tribuens.
14. Ramulus ex ramo Num. 3 ad ganglion cervicale  
primum, angulo fere recto desiliens.
15. Ramus sub vago, intercostali & arteria carotide  
